466.IV.q.15.
9842, R-a-1

Conventus
Neostadiensis
FF. Franciscanorum

1473

H * 168. BMC VI 709. Stillwell P 657.
15. II. 1966.

[illegible]

ITVLI Epistolarum Pii Secūdi. Pont. Maximi Que In Hoc Volumine Continentur

Prima indicit conuentū Mantuāum ad Kl'as Iunias anni iccccl viiii. ī q̄ hortatur oēs prīcipes: ut Mātuā ueniāt: aut oratores mittāt ad cōsultādum pro defensiōe fidei orthodoxe .fo. i

Secunda cōtinet uitam beate Catherinæ Senēsis & eius canonizatiōem .fo v

Tertia in qua excommūicat Sigismūdum ducem Austrie propter uim ab illo illatam in cardinalem Sancti Petri aduincula .fo xi

Quarta in qua priuat Deietherū ecclesia maguntina ꝓpter iniquos eius mores: & quoniam ausus fuerat aduersus sese in sua regione concilium cōgreagare fo. xx

Quinta ubi refellit quædam deinceps a Diethero in suā excusationē scripta ad collegium Cardīalium fo. xxiiii

Sexta continet demerita Sigismundi malateste & excōmūicationē eius fo. xxxviiii

Septima ad Mahumetem Turcorum regem: in qua multis ratiōibus hortatur eum ad ortodoxam fidem uenire fo. lxiiii

Octaua in qua uenetos incusat: quod tam diu tardauerint oratores ad mantuanum concilium mittere. fo. c iii

Nona ad Federicum imperatorē ei suadēs ut officiū capitaneatus sibi cōmissum potius īpartiat' alberto marchiōi brādeburgēsi q̄ alteri fo. c iiii

Decima ad ducem Mutinæ eum increpans & mandans

Contra Neoptodos

ſub excommunicationis pœna ut aſſignet ꝓcuratori bus apoſtolicis facultatem exigendarum decimarum uigeſſimarum & trigeſſimarum in omnibus locis ſue dicionis & territorii fo. c v
V ndecima ad ferdinandum regem commendans negotia Iohānis miraballi: & petens animum eius ī re caſtilionis ſæpius promiſſi fo. c x
D uodecima ad Iſabellam ſiciliæ Reginam de iis quæ ad regem ſcripſerat. fo. c xi
T ertiadecima ad Franciſum Cardinalem ſenēſem ut cardinalem ſanctæ ſiciliæ tanquam patrem obſeruet proficiſcentem ad exercitum. fo. c xi
Quartadecima ad cardinalem Aquileienſem: in qua hortatur eum ut legatus proficiſcatur in regnum ſicilie: oſtēditq; nole cæptū bellū derelīquere fo. c xi
Quintadecima ad ferdīandū regē: ī qua dubitātē eū de pōtificis āimo cōfirmat. fo. c xii
S extadecima ad regem Caſtellæ & legionis neſe opponat Cardinali ſancti ſiſti ad prouiſionem eccleſiæ legionenſi. fo. c xiii
D ecimaſeptima ad Cardīalē Sanctæ Siciliæ: qua monet eum ne putet eſtimationē ſuā eſſe apud ſe īminutā ex direptione cuiuſdā oppidi. fo. c xiii
D ecimaoctaua ad Iacobum Sabellum: qua eū monet: ut dimiſſo IacoboPicinio ad eccleſiæ deuotionem reuertatur. fo. c xiiii
D ecima nona ad Cardinalem theanēſem: qua ortatur: ut forti animo militiā tolleret. fo. c xv
V igeſſima ad Iacobū Sabellū: ut tandē redeat ad pōtificis gratiā: ut pollicitus fuerat. fo. c xvi
V igeſſimaprima ad federicum Imperatorem in fauorem Franciſci Sfortiæ ducis mediolani pro īueſtitura

ducatus. fo. c xvi
V igesimasecunda ad eundem bonum animum suum erga illū ostendēs qui non posset īmutari fo c xviii
V igesimatertia ad Regem frācorum adhortās ipsū ut pragāticā sanctionē e regno suo eliīnet fo. c xviii
V igesimaquarta ad Duccm Burgūdiæ ut. Io. Episcopū Atrebatensem instruat; quo pacto se habeat gerere cū Rege franciæ. fo. c xviii
V igesimaquinta ad Regem francoꝝ cōmendat eum ꝙ pragmaticā e regno tollere uelit; cui Reginā Cypri e regno pulsam cōmendat. fo. c xviiii
V igesimasexta ad Cardīalē Atrebatēsē ut cōfirmet regē frāciæ ī ꝓposito tollēde pragmaticæ. fo. c xxi
V igesimaseptīa ad Regē frācoꝝ extollens eū ob elimīatam pragmaticā sanctionem fo. c xxii
V igesimaoctaua ad eūdē; qua hortat ne adhibeat fidē si qs de sua sāctitate ad eū mala suggeret. fo. c xxii
V igesimanōa ad eūdē qua eū laudat de extictiōe pragmaticæ & ꝓmissiōe auxilii cōtra turcos. fo. c xxiii
T rigesima ad ducē Mutīæ qua hōeste refellit quedā ab eo scripta ad oratorē suū agentē rōæ. fo. c xxv
T rigesimaprima ad Regem francorum commendans eum de bono animo erga pontificē; & de regno Sicilie ratū fore affirmās quod ꝓmisit. fo. c xxxvi
T rigesimasecunda ad eundē credentialis in Episcopum Andegauensem. fo. c xxxvii
T rigesimatertia ad eundem ī qua quedem refellit; quæ falso ei fuerāt enarrata. fo. c xxxvii
T rigesimaquarta adeūdē; ubi excusat se de iis quæ accidērūt in regno Siciliæ. fo. c xxxviiii
T rigesimaquīta ad cardīalē Sāctæ Ceciliæ mōitoria de agēdis cū Illustrissimo Cōite urbinati. fo. c xl
T rigesimasexta ad Federicū Cōitē palatinū reprændēs

eū quod arma Deiethero iūxerit:& edixerit neqs apo
ſtolicas litteras ī ſuo dōinio
publicaret. fo. c xl
Trigeſimaſeptima ad comitem Vrbinatem ut ſolita uir
tute perſeueret cōtra Sigiſmundū: fo. c xli
Trigeſimaoctaua ad Ducem Venetiarum:ut ſibi fauo
ri ſit aduerſus Sigiſmundum aut ſaltem iuſtum bel
lum non impediat: fo. c xlii
Trigeſimanona ad Imperatorē:ubi dolere dicit de quo
dam caſu imperatoris & renunciatione
capellani ſui. fo. c xliii
Quadrageſima ad epiſcopum Tornacenſem ſe excuſans
ad quærelas ducis Burgundiæ de præſidentia īter car
dinalem Atrabatenſem & nepotem ducis & de quibus
dam aliis monaſteriis: fo. c xlv
Quadrageſimaprima ad Ducem Burguudiæ petens ab
eo intentionem ſuam in cauſa eccleſie
Maguntine. fo. c xlvi
Quadrageſimaſecunda ad Archiepiſcopum Ianuenſem;
monens ut abſtineat ab illo ducatu et
magiſtratu temporali· fo. c xlvii
Quadrageſimatertia ad Regem Francorum monens ut
perſeueret ī deuotiōe eccleſiæ rōanæ. fo. c xlviii
Quadrageſimaquarta ad ducem Venetiarum a quo pe
tit conſilium de expeditione contra-
Turcum. fo. c l
Quadrageſimaquinta ad Epiſcopum Tornacenſem;lau
dans eum de iis qnæ aduerſus turcos
Turcos proſequebatur. fo. c li
Quadrageſimaſexta ad Ducem Burgundiæ monens;ut
ſeruet quæ promiſerat ei aduerſus
Turcos. fo: c lii

Quadrageſimaſeptima ad regem portugallie mōens ut
præſtet auxilium contra Turcos. fo. c lv
Quadrageſimaoctaua ad regem Caſtelle perſuadens ut
nolit deeſſe in expeditione pro fide fo. c lv
Quadrageſimanona ad Franciſcum Sfortiam Ducē Me
diolani monens ut perſonaliter proficiſca
tur contra turcos. fo. c lvi
Quinquageſima ad Blancam Mariam Duciſſam Medio
lani;ne obſtet uiro deliberanti
ire pro fide.. fo. c lxiiii
Quinquageſimaprima ad cunctos chriſtianos ut profi
ciſcantur ſecum in expeditionem
contra turcos. fo. c lxv
Quinquageſimaſecunda ad Ducem Burgundiæ;ut non
interponat tempus ad eundum
contra Turcos. fo. c lxxvi

PII SECVNDI PONT. MAX. EPISTOLAE. DE CONVENTV MANTVANO

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Vniuerſis & ſinglulis chriſti fidelibus has noſtras litteras inſpecturis. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Vocauit nos pius & miſericors deus ad ſacram beati Petri ſedem uiceſq; dilectiſſimi filii ſui domini noſtri ihesu chriſti debilibus humeris noſtris commiſit interris paſturam gregis ſui credidit & alto fluctuãtem pelago fidelis populi regere nauiculam iuſſit. Grauis hæc nobis ſarcina eſt nec noſtræ uires ſunt quæ tanti regiminis ferre molem ſufficiant. Procelloſum eſt ualde mare atq; infeſtum per quod nobis nauigandum eſt. Nutat & fatiſcit carina qua uehimur. Trepidant ac deficiunt remiges uentiq; aduerſi ſunt & in horrida tempeſtate iactamur. Nam poſtquã Conſtantino principe pax reddita eſt eccleſiis nunquam dominici gregis ea præſſura fuit quam modo cernimus nunquã adeo coarctatos catholicæ fidei limites ſuperior ætas uidit. Exiit olim in omnem terram ſonus apoſtoloꝝ: & in fines orbis terræ uerba eorum. Subiecerũt omnes reges terræ: omnes tribus omnes populi colla ſua chriſto domino: & ſalutaris fidei ſacramẽtis imbuti gloria in excelſis deo per unigenitum filium eius: & in terris pacem bonæ uoluntatis hominibus acclamauere. Surrexit deinde annos iam ſupra octingentos pſeudo propheta Mahumetes in Aarabia. qui blaſphemãs ſacratiſſimam trinitatem: non ſolum contribules ſuos: ſed ægyptios: atq; omnẽ Syriam auera & orthodoxa religione auertit: officinã noſtræ ſalutis: in qua deus noſter pro noſtra redemptione præcioſum ſanguinẽ fudit: barbarus hoſtis

in uaſit:lectum illum purpureum & ſuauiſſimis flagran
tem odoribus in quo propter nos uita noſtra obdormiuit
indomino:ſpurciſſimæ ſarracenoꝝ manus obtrectauere
atq; obtrectant & quæſtus tantum cauſa chriſtianis oſten
dit.recuperauit ea ſancta loca chriſtiana uirtus aliquãdo
zelo fidei atq; armis potens:mox deſidia atq; ignauia per
didit.Paulatim deinde omnis aſia eſt amiſſa.& Libiæ po
puli defecerunt eccleſiæ pulcherrimæ quæ inuocabant do
minũ nr̃m ihesum chriſtum illiq; pſalmos dies noctesq;
decantabant:nunc horridum atq; abominandum Mahu
metis nomen implorant & relicto ueri dei cultu nefandis
imbutæ ſacris obſcenis inſeruiunt cerimoniis. Tranſmiſ
ſum eſt & Gaditanum fretum:& ad hiſpanos uſq; Mahu
metis penetrauere uenẽa magnaq; pars beticæ a nobis ali
ena eſt inqua regnum ſarraceni obtinent quod granatæ
uocãt:nomini chriſtiano apprime infenſum:ex altera par
te qua uerſus orientem Europa porrigitur nõ potuit ma
re chriſtianam religionem tueri.Barbara turcoꝝ gẽs deo
atq; hominibus odioſa ex orientali Scythia progrediens.
Cappadotiam:Pontum.Bithiniam.Trhoadem.Piſidiam.
Cilitiam:& omnem quam uocant minorem Aſiam occu
pauit.Neque contenta his impotentia & diſſentionibus
græcoꝝ freta Helleſpontum tranſiuit omneſq; ferme græ
canicas urbes.Atticæ.Boetiæ.Phocidos.Achaiæ.Macedo
niæ & Traciæ occupauit.Reſtabat regia urbs Conſtantino
polis tocius orientis colũen atq; caput:Patriarchalis atq;
imperatoria ſedes.Vnicum grecæ ſapientiæ domicilium:
ubi tot magnificentiſſima templa:tot ſacraria:tot palatia
principum:tot nobiliſſimæ ciuiũ ædes olim fuere tot pub
lica & priuata opa ſumptu ſingulari induſtria cõſtructa
ut exteri eo uenientes admirati ſplendorem urbis nõ tam
mortalium quam cæleſtium eã eſſe patriam dixerint hãc

quoq; diebus nostris dum latini inter se diuisi græcos de
serunt Turcorum crudelissima natio inuasit expugnauit
expilliauit fædauit deque ea urbe triumphauit:quæ toti
orienti leges dedit.Peloponesus quoq; hac urbe deuicta
armis capta est:Christianus populus inseruitutē ductus
A Carnania nunc uastatur & Epyrus Seruia quæ quōdā
superior Misia dicta est paucis exceptis oppidis ī potesta
tem hostium uenit.Bosnēses siue illirii & Dardani & Peo
nes tributa turcis pendūt neq; hoc modo quiescit effera
ta turcorum rabies eiusce gentis dominus:tetra potius
belua quā rex appellandus uirotissimus draco potius di
cendus quam Imperator sanguinem humanum sitiens
coactis ingentibus copiis inde hungaros urget.hinc Epi
rotas Albanosq; uexat:& tumēs opinione sui sacrosanctū
euangeliū omnemq; christi legem euersurum se iactitat
Christiānis uero ubicunq; fuerint uincula uerbera cædes
& horribiles crutiatus minat̄ non dormit hostis humani
generis sed circuit quærens quē deuoret:hinc turci præ
munt inde insultant Saraceni.Christiani Principes qui
bus Turci nulla ratione pares esse possent:inter se discor
des suas potius iniurias.quam cristi contumelias ulciscī
contendunt:& priuatas utilitates præferūt publicis:alii
marcentes ocio deliciis indulgent:alii cumulādis opibus
inhiant.neq; sacerdotes neq; populares satis suum offici
um faciunt:cultus diuinus ubiq; imminutus est:neq;
superiores uirgam iusticiæ rectam tenent.neq; īferiores
obedientiæ colla sumittūt.Confusa ōnia & turbata sunt
blasfematur passim diuina pietas:&in mandatis suis cō
temnitur deus:nullus timor.nulla reuerētia legū.Hinc
nobis iratum celeste numen ꝓsperari aduersus nos Tur
corum arma permittit:& qui reliquis gentibus impare
solebant christianos:īfidelibus barbaris tributarios uec

tigaleſq; fecit. Ad hæc nos tempora uocati ſumus: ut his malis obuiemus in Romano ſolio collocauit nos deus. Difficilis ſane prouincia cõmiſſa eſt nobis Scimus imbecillitatem noſtram: & ſub tanto dignitatis pondere miꝝ inmodum trepidamus: nõ tamen deficimus animo: nec de celeſti miſericordia deſperamus: ſed quanto inferior eſt noſtra uirtus dignitate credita tãto maius exalto auxilium præſtolamur. Et ſi enim ĩſcrutabilia ſunt magni dei iudicia & inueſtigabiles uiæ eius: nec poteſt humana curioſitas eius archana pertĩgere illud tamen exploratiſſimum eſt ueritatem noſtram quæ chriſtus eſt nõ poſſe mentiri: extant eius oracula: & in euangelio ſancto certa promiſſa: quibus futurum ſe dominus uſq; adconſumationem ſæculi: cum ſuo grege teſtatus eſt: confidimus in eius præſentia quia recta uadentibus non deerit: cælũ & terra tranſibunt uerba eius promiſſaq; nunq̃ deficient neq; a lege ſua præteribit unus Apex. Fluctuat ſæpenumero apoſtolica nauis: ſed non demergitur concutitur: ſed non frangitur: opugnatur ſed non expugnatur temptari ſinit deus electos ſuos uinci non ſinit: ob eam rem quãuis tempeſtate noſtra turbidum eccleſiæ ſtatum in uenerimus naufragoſumq; nimis circa fidele nauigium mare nõ tamen fiducia deeſt quin eo iuuante qui de ſuis theſauris ꝓducit uentos & illis imperat atq; mari ſalutis portum pertingere ualeamus nõ poſſumus certa de futuris policeri quæ diuĩa maieſtas cæca caligine occulu it. Illud nobis fas eſt promittere & palã prædicare: quia non derelinquit deus ſperantes inſe. Extant in ſacris litteris exempla pene innumerabilia ſpem nobis optimam pollicentia. Præterimus mirabilia facta Moyſi & qui ei ſucceſſit Ioſue. Tranſimus Gedeonem. Yeptam. Samſonem & quos libri iudicum memorant parua ſæpe manu

inumerabiles hoſtes fudiſſe cũ ad diuinum confugiſſent auxilium. Adoloſcẽtulum Dauid aduerſus ferotientem Goliat manus diuina nequaq̃ deſtituit. Ezechiæ regi ob fidionis mala ferenti non defuit angelus domini qui Senacharib potentiſſimi regis trucidaret exercitum. Cõcluſos in parua Bethuliæ ciuitate iudeos apud ſuperbum Olofernem per manus pauperculæ uiduæ tutatus eſt dominus. Machabæi quoq; ſæpe deleuerunt numeroſas Anthiochi copias: q̃uis eſſent ipſi pauciſſimi & inermes: affuerunt in domino confidentibus diuina præſidia. Non eſt abbreuiata manus domini q̃uis noſtra peccata creuerũt quæ oculos eius a nobis auerterũt ꝓpter peccata noſtra euenerũt nobis mala: ſcelera nr̃a nos odioſos fecere iniq̃tates noſtræ peſſundauere nos. Aggrauata eſt manus domini ſup populũ peccatorẽ & tradita eſt flagellis chriſtiana ſuperbia: more ſuo agit nobiſcum deus: quos diligit corrigit atq; caſtigat paterna hæc ſunt uerbera: emẽdati onẽ magis quam pœnã exigentia. Quod ſi reuertamur ad clementiam eius emendantes opa noſtra & dolentes ſuper iniquitatibus pœnitentiam faciamus: mutabit & ipſe deus ſentẽtiam ſuam & furorem quo erat in nos accenſus in amorem & gratiam. Nunq̃ ſua miſericordia implorantibus denegatur: pronus eſt aduenia dominus neq; nos æqua lance cũ Turcis expẽdit. Nos filii adoptiui illi emãcipati nos ſuæ ciuitatis ciues: illi hoſtes: nos ĩtra eccleſiam illi extra: nos ſacramenta ſua recepimus: illi cõtempnũt nichil nobis obſtat niſi quod ĩdiuina lege negligentes humana uincimur fragilitate ad pecandum ꝓni ſæpe timorem dei poſtponimus: neq; ut obligati ſumus diuina præcepta ſeruamus. Quod ſi cõuertamur: & corde ſimplici dei miſericordiam imploremus non eſt dubium quin ſeconda oĩa nobis fiant: & reccõciliatus nobis do

minus ſuper hoſtes noſtros furorem ſuum extendat. Factum eſt periculum ſuperioribus diebus: nam quum in traſſet hungariam Turcorum ductorum ī manu potēti & numeroſiſſimo peditum equitumq; exercitu & cōfide ret inpotentia ſua. cunctaq; proſternere nō dubitaret pauci tūc cruce ſignati & inermes: ac nudi ſola fide armati & cæleſti muniti præſidio tantū exercitum deleuere. qd ſperandum fuerit ſi conuenientes īunum chriſtiani Prī cipes pro defenſione chatolicæ fidei concorditer arma capeſſant non eſt tanta Turcorum potentia quanta uulgo creditur nec pares illorum uires noſtris exiſtūt: quippe numero militum robore ſplēdoreq; armoꝝ & rei bellicæ peritia chriſtiani ſemp ſupiores fuere quā. Turci Quod ſi aliquando noſtri exercitus uicti ſunt diuina magis permiſſiōe id actum eſt ꝓpter delicta noſtra quam uirtute hoſtiū: nec unq̄ illiſ in cruenta victoria euenit nec noſtri totis uiribus ut illi pugnauerūt: ſed pauci ex noſtris aduerſus omnem illorum potentiam cōmiſſere certamen & tamen ſæpe felicem exitum inuenere quemadmodum pauloāte in hungaria contigiſſe retulimus. Et nunc ergo ſi oculos noſtros dirigamus in cælum ſi renuntiantes nequitiæ clippeum fidei ſumētes aduerſus hoſtes uiuificæ crucis cum bona fiducia militauerimus: exaltabit dominus uexillum ſuum: faciet nobiſcum ſignum inbonum & victoriam dabit in manu noſtra nec ultra permittet Chriſtiāis imperare Turcos hac nos ſpe ducti & animati quæ prædeceſſores noſtri pro defenſione catholicæ religionis aduerſus turcos cæteroſq; barbaros chriſtiāi nominis hoſtes inchoauerunt totis conatibus proſequi decreuimus & adiuuante altiſſimo complere ac perficere cōfidimus: Nam & ſi fuit illis prudentia maior: conſilium perſpicatius experientia diuturniorum: deſiderio tamen

ac feruore tantæ rei nulli eorum cædimus. Deus qui tri
buit uolontatem bene agendi potestatem ꝓsequendi pro
sua benignitate nō deneget. bellū aduersus Turcos terra
mariq; nostri prædecessores indixere: hoc nūc gerere no
strum est: neq; detrectamus laborem nec sumptus fuge
re animus est nichil erit inpotestate nostra quod inexpe
dictionem tam sanctam tam utilem: tam necessariam re
cusemus profondere nec nobis expensæ graues erunt:
nec tedioſi labores. Verum quia rē magnā sumus agres
suri: & causa communis est quam prosequimur: agitur
enim de tutela christianæ fidei: īqua omnes rēati sumus
& sine qua saluari non possumus: necessarium nobis ui
sum est quod comunibus opibus atq; uiribus est agēdū
id cōmuni consilio tractandū esse. Voluentes igitur anīo
& sedula meditatione pensantes: quonam pacto christiāe
uires ad decernendum tam utile bellum inunum coire
possīt nullam expeditiorem uiam repperīus quam si chri
stianos Principes: ac potentatus īunum aliquem locum
conuocemus: inquo cum ipsis aut eoꝝ oratoribus pleno
mandato suffultis per nos ipsos conueniamus: ac de tali
expeditione tractemus & tandem aliqd christiano dignū
nomine concludamus: cogitantibus autē de conuentiōis
loco duo nobis occurrunt uix trium dieꝝ itinere inter se
distantia quæ pensatis reꝝ ac temporꝝ conditiōibus satis
opportuna esse uidentur: Mantua scilicet ad Mincium si
ta fluuiū haud procul a lacu Benaco & Vtinum in agro
foroiulien. Nam Mantua uicina montibus qui Galliam
& germaniam ab italia disterminant: eum situm habet
ut facile transalpini Principes & Italiæ potētatus eo se cō
ferre possint. Ampla insup est urbs & rerum abundans
quæ adusum humanum sunt necessaria. Vtinum quoq;
īsigne oppidum est & magni populi capax fertilitate cir

cum iacentis agri & maris uicinitate ad conuẽtus aptiſſi
mum celebrandos: rei etiam quæ tractanda eſt cõmodiſ
ſimum: nam qui ex Italia contra Turcos tereſtri ꝓfectu
ri ſunt itinere his forum iulii primum occurrit. Galiaꝝ
quoq; & hiſpaniarum gentes ac Rhenani & Theutones
hac iterum ineandẽ expeditionẽ haud incouẽiẽter habue
rint huc accidit quod hungari de quorum ſalute potiſ
ſime eſt agendũ ſunt enim præcipui qui tempeſtate no
ſtra Turcorum uexantur armis & murum ſe pro noſtra
religione conſtituunt ab hoc oppido non procul abſunt:
facileq; conuentui chriſtianoꝝ ibidem cælebrando ſuas
neceſſitates exponere poterunt: & deinde conſolationem
opportunius commodiuſq; precipere. Nec cariſſimo in
chriſto filio noſtro federico Romãorum Impatori ſemp
Auguſto difficilis ineum locum tranſitus fuerit: ſi quẽ
admodum de ſua in commune bonum optima uolũtate
confidimus: eo tranſferre ſeſe uoluerit cũ paterna eius
dominia Forciullienſis territorio contigua ſint uolen
tes ergo cum diuina ope ſicut ex debito paſtoralis officii
ſumus obnoxii chriſtianæ plebis ſaluti cõſulere ac pro tu
tela noſtræ religionis undiq; auxilia præſidiaq; contrahe
re de conſilio & aſſenſu Venerabilium fratrum noſtroꝝ
ſancte Romanæ eccleſiæ Cardinaliũ in altero ex locis præ
dictis adproximas Kalendas. Iunias pro capienda ĩhac re
defenſionis fidei communi deliberatiõe inter nos & cun
ctos chriſti fideles qui principatu aliquo notabili potiun
tur conueniendi diem conſtituimus: & harum ſerie con
ſtitutam eſſe decernimus. Vniuerſos igitur & ſingulos
cariſſimos ac dilectos inchriſto filios noſtros Romanum
Imperatorem præfatum cæteroſq; Reges & Principes ec
cleſiaſticos & ſæculares. Duces. Marchiones. Comites.
Cõmunitates quoq;: quæ ſuis legibus uiunt & ad defen

ſionem fidei aliquid præſidii afferre poſſunt per uiſcera miſericordiæ dei noſtri ihesu christi obnixe hortamur re quirimus & monemus: ut adpræfixam diem in altero di ctorum locorum per ſe ipſos ſi aliquo modo queant ſin autē per legatos ſuos uiros graues & auctoritate īſignes ac plena poteſtate munitos prorſus adeſſe curent & feſti nent nec domi remaneant niſi neceſſitas in euitabilis ur geat ſed noſtrum potius ſequantur exemplū. Nos enim ne quid ad res benegerendas ex latere noſtro deſit q̄uis ualde neceſſaria ſit noſtra præſentia in urbe Roma nec poſſimus ſine magno incommodo noſtro & terrarum Romanæ eccleſiæ ſubiectarum damno & periculo īaliēas migrare prouīcias quia tamen pluris facimus catholicæ fidei defenſionem quā eccleſiaſtici patrimonii tutelam & ſpiritualia præpōimus temporalibus relinquere ad tem pus almam Romam noſtramq; ſedem & cariſſimā ſpon ſam decreuimus atq; in die præſignato: aut Mātue aut Vtini concedente altiſſimo conſtituēur: nec recuſabimus alia quæ uis onera ſupportabilia noſtris hūeris quæ ad proſecutionem tā ſancti & neceſſarii operis nobis & his qui ad conſtitutam diem conuenerint expedientia uiſa fuerint aut quomodolibet opportuna. Neq; enim nos ſu mus qui pro rebus catholicæ fidei benegerendis pro tutā da religione: p magnificando nomine chriſtiāo: aut ſum ptus formidemus: aut labores. Faxit tantū diuina pietas ne pio deſiderio noſtro præſtemur impedimētum quādo ea mens noſtra eſt id ſtabile propoſitum ac certum qua eius incomoda: qua eius pericula paruifacere ut neceſſi tati orthodoxiæ fidei cū dei honore: & chriſtiani populi ſalute: qnieteq; conſulamus. Datum Romæ apud ſanctū Petrum. Anno īcarnatiōis dominicæ Milleſimo quadrin gēteſſimo quinquageſimo octauo. Tertio Idus Octobris

II Epiſtola ſiue oratio Pii Pape ſecundi in uitam & canonizationem beatæ Chatherinæ Senenſis.

Ius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Vniuerſis chriſti fidelibus ſalutem & apoſtolicā benedictionem Miſericordias domini quas ī dies largius experimur: non ſatis explicare poteſt lingua mortalis/uī cunt humana eloquia diuina beneficia: nec homini datū eſt creatorem ſuū abunde collaudare/nec ſi omnes artus uerterentur in linguas: quando ex nihilo creati de non eſſe ꝓducti ſumus ineſſe: nec uel lapides uel plantæ uel aīalia bruta: ſed rationis participes diuinoꝝq; capaces effecti ſumus: ac non ſolum angelis: ſed ipſi quodammō inuiſibili & excelſo deo ſimiles gloria: & honore coronati ſup omnia opa eius imperio potiti. Verum ſi nos ipſos rebus cæteris comparemus: nulla creatura magis ingrata reperta eſt quam homo. Si luciferi & ſocioꝝ eius ſuppbiam præterimus ſolus inter creata rebellis deo: & ingratiſſimus homo eſt. Reliqua omnia diuinam pietatē inſuo eſſe collaudant/nec eius unq̄ præceptis aduerſantur/naturæ legibus parent: & ea pagunt ad quæ ꝓducta ſunt. Terra aratrū patit̃/& ſuſcipiens ſemina tanq̄ ſub uſuris multiplicata reddit & imperio dei obediēs culta atq; inculta humano generi conſulit. Saxa ī ædificiorum uſum recepta præſto adunt: nec ſciſſa uel ex cocta reſiſtūt fructificāt arbores ī agro uirētes/& poſtq̄ aruerūt aut ignē nutriunt aut ædes tectaq; ſuſtinēt. Quanta herbarum ſiue ī foliis ſiue inradicibus ſiue in floribus ſiue ī ſeminibus: ſiue ī ſucis: ineſt utilitas! quanta ī fluminibus cōmoditas! quanta inlacubus ac maribus/quæ dum nauigia

ſubeunt ĩter rẽotiſſimas gẽtes comertia præſtant. Quid animalia cætera ſiue aquatia ſiue terreſtria. In omnibus laudatur deus: dum naturæ iuſſa capeſſunt. Eleměta & ſidera faciunt impata. Sol peragit curſum ſuũ. Nec præ-
ſcriptas Zodiaci metas excædit: nec alieno lucens lumĩe ſuo muneri luna deeſt: nec errantes errant ſtelle certum ſemper & ſtatutũ iter agentes. Omnia in cælo & in terra laudãt deum: & in officio manẽtia benedicũt ei. nec legi reſiſtunt impoſitæ/ grauia deorſum cadũt/ leuia ſurſum feruntur: Cuncta gratitudinẽ oſtẽdunt diuinitati: dum parent atq; naturæ. Solus homo ĩgratus ĩobediens ac re-
bellis inter tot creata reptus eſt: puerſi angeli ruinã imi-
tatus. Ille in cælo ſupbiens creatoriq; ſimilis eſſe cupiens in Abyſſum præcipitatus meditati ſceleris pœnas dedit: Homo de limo factus & in terra poſitus ſuæ imbecillita-
tis immemor. & ipſe quoq; alia cupere cœpit q de ligno ueſcens ꝓhibito per boni & mali cognitionẽ æqualitatẽ cum diis optauit propter quod de paradiſo deliciarũ eie-
ctus in multas ærumnas datus eſt & porta regni celorũ clauſa mors introiuit in orbem terraꝝ quæ nulli homini parceret: quantum filii Adam ante diluuiũ aberrauerint & quã procul ádiuina uoluntate receſſerint: ſecuta ultio patefecit: quæ omnẽ carnem aquaꝝ mundatione deleuit Ea excepta quæ cum pio Noe in arca ſaluata eſt. Cæterũ neq; infiliis eius nequitia ac ꝓſidia defuit. Malignati & ipſi ſunt & in omne ꝓlapſi nefas. Turris babel ĩcontume-
liam domini cepta eſt: & ibi labium uniuerſæ terræ diui-
ſum. Ab his bella introducta ſunt. Rapinæ tumultus. in-
cẽdia cædes: adulteria: ſtupra: & Idolorũ cultus: & quic-
qnid malorũ libido ac ſupbia gignit. pauciſſimi uſq; ad Abraam repti ſunt diuinæ legis amatores ille uero uni-
cũ certumq; pietatis exẽplum adeo uoluntati dei ſe ſe ſũ-

miſit Vt proprium filium immolare nō dubitaret propter quod in ſemine eius benedictæ ſunt omnes gētes: ex cuius liberis non ſolum prophetæ orti ſunt diuinæ legis prædicatores: Sed ipſe quoq; ſaluator chriſtus ſecūdum carnē naſci dignatus eſt: qui pro ſalute humani generis cū informa dei eſſet æqualis patri exīaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiēs: & homo factus tedia carnis ſubiit: tormenta & cruciatus ꝓtulit: & ad extremā mortē nō ſecūdū naturā: ſed ignōinioſā: ſed uiolētā: ſed acerbiſſimā & uix homini tolerabilem in ligno crucis ſuſtinuit: īquo moriēs mortem noſtram dextruxit: & uitam raparauit. Diſpoliauit īferos: abduxit ſanctos patres: & uictor mortis ac diaboli triumphator cælum iam longo tempore clauſum apiens aſcendit ad patrem nobiſq; uiam oſtendit per quam ſequi eum poſſemus. Euangelica lege tradita & baptiſmo cæteriſq; ſacramentis aptis per quæ lapſi repararemur: & ſaluarēur. Nec tamen tot tantiſq; allecta beneficiis noſtra proteruitas ac malignitas conquieuit: nec gratum exibuit animū: nec uicia deſeruit homo: ſed quo maiori præuēti ſumus munere gratiarū eo magis ingrati reperimur & ad illicita ꝓcliuiores. Nam quo modo ſublimem diligimus: aut honoramus deū: quo modo eius mādata ſeruamus? quis ſacroſancto euāgelio paret? quæ ſubiectio erga ſupiores? quæ charitas erga īferiores? quis equitatis? quis iuſticiæ cultus? quæ religio? qui mores hominum? Sunt qui dicunt in cordibus ſuis non eſt deus: alii impia efferunt dogmata & blaſſemias ī deum cudunt alii uoluptatum ſerui: nil aliud cogitāt niſi quo modo libidines ſuas expleant. Illi oppibus inhiant aliēis illi humāum ſanguinem ſitiunt. Rara īnocētia eſt ea que parum tuta. Neq; ꝓpinquitatis iura ꝓſunt neq; ſcriptæ aut ſancitæ moribus leges: uiribus ac fraudibus cuncta

obediunt. Ita ut neq; ab re princeps mundi hui⁹ appellat̃ diabolus: quãdo pars orbis maior eius arbitrio ducitur. Nã quãtũ est quod Pseudo ꝓphetæ Mahumetis insania possi-det̃? Orientis præcipua portio. & Aphricæ maxima regna, & in hispania granatenses) & in græcia multæ prouintiæ sub mahumethe christum blasphemant. Nec parua est iudæorum natio per orbem terrarum late dispersa Sãcti euãgelii & christiãæ legis inimica. Nec desunt in septentrione atq; in oriente cultores idolo⁹. In angulum europæ christiãitas redacta est. Nam q̃uis per asiam ac libyã christiãi non pauci dispersi esse ferantur Non tamen illorum sincera est fides: qui procul ab apostolica sede ĩter infideles habitantes & cum hereticis communicantes improba quædã sapiunt & multis erroribus scatent, nec christiani qui sunt in Europa tam re quam nomine christiani existunt, adumbrata & ficta est multorum religio sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est qui digna christiano faciat opera, a fructibus eorum cognoscetis eos inquit in euangelio dominus. Si uiuimus ut christus iubet christiani sumus. Iohãnes apostolus eius filios esse homines asserit cuius opa faciunt. Si dei mandata seruamus dei procul dubio filii sumus: Sin diaboli: ad eum pertinemus, dicente dõino: Vos ex parte diabolõ estis: dura sententia: & tamen uera. Illius quisq; filius est & ad eum pertinet cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati christiani a diuinis præceptionibus procul abierint & quantum diabolicis suggestiõibus adhæserint per se se quiuis intelligit. Interroget quisque conscientiam suam & retroactam ante oculos mentis uitã collocet & quantum ab officio ueri christiani recesserit palam cognoscet. quæ cum ita sint maxima est summi dei benignitas: & incredibilis misericordia quæ nos tolerat & uiuere sinit expectans ut aliquando cõuersi redeamus in ui-

am.Sed inuenti ſunt in omni ætate nõnulli deo placẽtes uiri ſancti qui uiuẽtes in carne deſideria carnis uicerunt / & cæleſtem in terra uitam egerunt.quorum meritis & ĩ terceſione ſubſtentata eſt mondi machina/ & cõminatus ignis retentus/ & ira dei ultioq; ſuſpẽſa/nec dubitamus quin hodie quoq; aliqui ſint accepti deo quorum præces cæleſtem nobis regem placatum benignũq; reddãt.Inter alios autẽ qui deo placuerunt & diuinam nobis clemen- tiam placauerunt/urbs Senæ inter etruſcos nobilis/ætate noſtra Bernardinũ aluit/qui nobili loco natus in adolo- centiæ flore mundo renuntiauit & ingreſſus beati Frãci- ſci religionem cum fratres ſui ordinis procul abiiſſe ab inſtitutis & regula patrum repperiſſet.eos acriter corre- xit:& cum eos omnes in uiam reducere non poſſet ſeque- ſtratis pluribus quibus regulam ſeruare placuit cũ his cœnobia frequentauit quæ multa de nouo erexit:& ſan- ctiſſimis inſtitutis reformauit Circuit Italiam prædican- do uicia fulminauit/uirtutes erexit mira eius abſtiẽtia fuit:mira integritas:moderatio.grauitas:eloquii multa ſuauitas/ multa doctrina & quoniam uerus erat paupta- tis cultor/ hoſtis pecũiæ & omnium deliciarum inimicus. Semper in eius uultu ingens alacritas eniuit & in mẽte ſumma quies ut qui ſola ĩnocentia gaudebat.Nullius ſi- bi conſcius criminis ſcandalis compluribus in Italia obui- auit & multa miracula perpetrauit propter quæ adhuc uiuens ſanctus habebatur & miro plebium colebatur ho- nore/nuſq̃ ſine populi frẽquentia:& ſingulari reuerẽtia receptus:qui cum apud Aquilam Marſorum urbem hu- ius uitæ curſum peregiſſet a Nicolao quinto prædeceſ- ſore noſtro:ipſo Iobelei anno cum chriſtiãus orbis ad ex- pugnãdas uiciorum ſordes frequens urbem inuiſeret ĩ- ter ſanctos chriſti cõfeſores relatus eſt.Fuerat & ĩ ætate

ſuperiori parentum noſtrorum memoria in eadem urbe & in ſexu fœmineo uirgo Caterina non minoris meriti nec minus accepta deo cuius preces in conſpectu præcelſæ diuĩitatis humano generi ad modũ ſalutares: & olim fuiſſe & nunc eſſe & in poſterũ fore non dubitamus. Nã ſicut peccata malorum hominum ac blaſphemiæ iram dei ſuper nos ꝓuocant ita & ſanctorum opa rogaminaque auertunt. Verum Caterina quamuis angelicam interris uitam egerit & ante annos octoginta decedẽs ad cælum migrauerit multiſq; ſignis & glorioſis miraculis claruerit: Non tamen adhuc ĩter ſanctas chriſti uirgines a militanti eccleſia recepta erat. Neq; enim Romani põtifices qui ante nos fuerunt id decreuerant. Voluerat Vrbãus Sextus hunc ei honorem impertire: & poſt eum Innocentius Nonus: ac deinde Gregorius Duodecimus q huius uirginis & ſanctæ conuerſationis eius præcipuam habuere noticiam. Sed uexati ꝑturbatione ſciſmatis quod eorũ tempore uiguit & multis bellorum turbinibus ac moleſtiis agitati diuino ut credimus conſilio id omiſerũt. Ne ſæuiente diuiſionis procella quod ſanctum una obedientia decreuiſſet: prophanum altera cẽſuiſſet. Dilata eſt res uſq; ad tẽpora noſtra nobiſq; huius ſacerrimæ uirginis canonizatio reſeruata tanq̃ conterraneæ noſtræ atq; conciuis ut ſenenſis uirginis ſanctitas decreto ſenenſis hominis in Romana ſede ſedentis prodiret in lucem. Inqua re non imus inficias affectum nos aliquem ſanctum & piũ traxiſſe. Quis eſt enim qui ſuæ urbis præconia ſuæ patriae laudes ſui generis uirtutes non libenter uulgari procuret cum id poſſit & rite & honeſte facere. Excellẽtia facta: & illuſtres uirtute homines in omni genere & in omni parte orbis nemo eſt: qui non cupide uideat. Libẽtius tamen & maiori cum iucunditate ſua in patria: & in ſua

gente. Et ſi nos quidem beatæ Caterinæ ſublīes dotes: No-
bile ingenium/diuinam mentem/ſacratiſſimam uoluntatē/
in omni natione quam lætiſſimi uidiſſemus: lætiores tamē
in urbe Senenſi quæ nos gēuit/ſi quidem meritorum eius
longe magis & magis peculiariter participes eſſe confidi-
mus quam ſi uirgo hæc aut in africa aut in Scythia ſiue
in india nata fuiſſet. Neq; enim fieri poteſt quin ſanctoꝝ
propinquitas aliquid habeat prærogatiuæ. Nihil tamen ob
hanc cauſam plus minuſue dicere licet quam uerum eſt.
Nec propter cognationem aut patriæ charitatem inter ſan-
ctos quiſq; ſine meritis: ſine ſolito examine/ſine conſuetis
ſolemnibus referendus eſt. Quapropter & ſi iucunde au-
diuimus beatam Caterinam ſenenſem eſſe cuius canoniza-
tio petebatur: Non tamen in eius cāonizatione quicq; omi-
ſimus ex his quæ tāta in ſolemnitate requiruntur. Aderāt
multæ preces non modo Senenſis populi: uerumetiam ali-
oꝝ. Nam & cariſſimus ī chriſto filius Federicus Rōanoꝝ
Imperator Auguſtus: ſimulq; dilectus filius nobilis uir
Paſcalis Venetiarum Dux nobis ſupplicauit: ne hāc uirgi-
nem ſuo īterris honore priuatam ulterius eſſe ſineremus.
In quam multorū populorū deuotio eſſet incenſa & mul-
ta de ipſa miracula uulgarentur. Mantuam uero petēs cū
intereundum apud Senenſes aliquādiu ſuperſediſſemus
& in conſiſtorio publico ingētia eius merita & miraculoſa
ſigna nobis eſſent expoxita: cumulatiſſimæq; preces porre-
ctæ ut ſanctorum chriſti honores illi decerneremus haud
quaquam ſtatim annuimus. Sed pro ueteri conſuetudine
tribus ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinalibus uni Epiſcopo/alteri presbitero: reliquo Diacono
uiuæ uocis oraculo commiſimus: ut debitis habitis ꝓceſſi-
bus de uita & moribus ipſius Caterinæ deque miraculis
eius ſiue in uita ſiue poſt mortem patratis: & de reliquis

ad canonizationem neceſſariis diligẽter inquirerent. No-
biſq; in ſecreto Conſiſtorio ut moris eſt: fidelem relatio-
nem facerent. Commiſſarii per annum & ultra: donec ex
Mantua Romam rediſſemus rem diſcutiẽtes inuentis p̃
ceſſibus antiquis apud Venetos: & alibi habitis examina-
tiſq; de nouo teſtibus: & ſumma cum diligentia cũtis põ-
deratis cum ſeorſum inter Cardinales tantum omniũq;
quæ inuenerant Veracem nobis relationem feciſſent ac
deinde per aduocatum ea quæ nobis expoſuerant ĩpubli-
co Conſiſtorio denuo recitari curaſſent. Poſtremo conuo-
catis in aula noſtra Romæ uniuerſis qui tunc erãt incu-
ria eccleſiarum præſulibus aſſiſtentibus nobis Cardina-
libus iterum Commiſſarii præfati per organum Venera-
bilis fratris noſtri Vilhelmi epiſcopi Portuenſis natione
gallici qui primus eorum erat rurſus cuncta quæ ĩuene-
rant & rite probata uidebantur coram explicauerunt.
Exquorũ relatione quæ ampliſſima fuit hæc ſummatim
accepimus: quæ uera comperta cognita & explorata ſunt.
Virgo Caterina ex ciuitate Senẽſi oriunda mediocribus
orta parentibus: prius deo ſe ſe dedicauit quam deũ pos-
ſet per ætatẽ cognoſcere. Sex annos nata ut domino ſerui-
ret hæremum cõcupiuit & urbe egreſſa in cauerna qua-
dam loco ſolitario delituit quamuis iubẽte ſpiritu paulu-
lum demorata domum redierit angelicam ſalutationem
edocta quotiens paternæ domus ſcalam aſcendit: totiens
p̃ ſingulos gradus flexo geniculo beatiſſimam uirginem
matrem domini ſalutauit & anno maior uirginitatem
ſuam conſecrauit chriſto quem ſua in maieſtate ſedẽtem
mirabili uiſione contemplata eſt: & archana cæleſtis aulæ
uidit quæ non poteſt effari lingua mortalis. Mundanas
delicias aſe omnes abdicauit: orationi totam ſe dedit: Cor-
puſculum ſuum Ieiuniis uigiliis ac uerberibus afflixit

Coæquales puellas ut idem facerent & docuit & ꝑſuaſit / Pubes effecta ſciſſis crinibus mortale coniugiū recuſauit: Conuicia & maledicta hominum ſpreuit. Beati dominici habitum quem fœminæ geſtant de pœnitētia nūcupatæ / extorſit potius quam impetrauit. Ancillare officium ī paterna domo exercuit / nihil magis cupiēs quam uilis apud homines & abiecta uideri: paupibus chriſti (Nam id pater ſibi īdulxerat (larga manu ſubuenit / ægrotātibus ſūma diligētia miniſtrauit. Diabolicas temptationes & aſſiduas malignātium ſpirituum pugnas patiētiæ clipeo & fidei galea ſupauit. Incarceratos & oppreſſos quibus ualuit modis conſolata eſt. Nullum ab ea uerbum non religioſum non ſanctum excidit omnis ſermo eius de moribus fuit: & de religione: de pietate: de contemptu mundi & amore dei: & proximi: de cæleſti patria. Nemo ad eādē acceſſit qui nō doctior meliorq; abierit / doctrina eius infuſa: nō acquiſita fuit: prius magiſtra uiſa eſt quā diſcipula: quippe quæ ſacrarū litterarum ꝓfeſſoribus / ꝑſiſq; magnarum eccleſiarum epiſcopis difficillimas de diuinitate quæſtiones proponentibus: prudentiſſime reſpondit: & adeo ſatisfecit ut tanquam agnos māſuefactos remiſerit quos tanquam lupos ac leones ferocientes acceperat / quorum nonnulli diuinam in uirgine ſapiētiam admirati diſtributis mox inter chriſti pauperes quas poſidebāt ſubſtantiis accepta domini cruce: uitam deinde euangelicam egerunt. Summa huius uirginis abſtinētia fuit: & mirabilis uitæ auſteritas. Nā cū uini & carniū uſum ꝓrſus abieciſſet neq; pulmentariis ullis uteret: ad extremū eo deducta eſt: ut nec legumina ederet / nec pane ueſceretur niſi cæleſti quem uerus chriſtianus in ſacramento ſumit altaris. Inuenta eſt aliquando a die cineꝝ uſq; in pentecoſtem ieiunium ꝓduxiſſe ſola euchariſtiæ cōmunione

contẽta. Per annos circiter octo minimo herbarum ſuco eoq; parum retẽto & cõmunione ſacra ſubſtẽtata eſt. Ad cibum quaſi ad ſupplicium ꝓgebat. Ad communionem altaris quæ illi fere quottidiana fuit: quaſi ad cæleſtes nuptias inuitata eſſet ſumma cum alacritate ꝓficiſcebatur. Cilicio ſnb ueſte utebaꝫ quo carnem macerabat. Nullæ illi plumæ nulla puluinaria erãt. Lectum ſibi ex aſſeribus confecerat: atq; in eo iacens breuiſſimum ſomnũ accipiebat. Raro enim ultra duas horas ĩterdiu noctuq; dormiebat. Reliquum omne tempus uigilando, orãdo, prædicãdo opa miſericodiæ agendo contriuit. Spinoſis cordulis carnem ſuam macerauit, dolore capitis pene aſſiduo torquebatur: æſtuabat febribus, nec illorum cruciatu carebat. Luctabatur quam frequentiſſime cum demonibus multiſq; illorũ moleſtiis uexebatur. Sed aiebat cũ Apoſtolo Cum infirmor: tunc fortior ſum: nec enim in tantis laboribus deficiebat nec charitatis opera negligebat. Aſſiſtebat miſeris indigna ferẽtibus, arguebat peccatores: & blãdiſſimis uerbis ad pœnitentiam reuocabat, præcepta ſalutis omnibus læta dabat. Quid ſectãdum quid fugiẽdum eſſet alacri uultu oſtendebat: diſſidẽtes ſummo ſtudio cõpõenbat: multa extinxit odia & mortales ſedauit inimicicias: pro pace florentinorum qui cum eccleſia diſſidebãt & interdicto ſuppoſiti erant eccleſiaſtico, Apenninum & alpes tranſire atq; uſq; in Aduenionẽ ad Gregoriũ vndecimũ Pon. Max. anteceſſorẽ nr̃m proficiſci nõ dubitauit: Cui uotum ſuum de petẽda urbe Roma inocculto factũ & ſoli ſibi ac deo notũ ſe ſe diuinitus cognouiſſe mõſtrauit. Fuit enim in ea ſpeties ꝓphetiæ & multa prædixit anteq̃ fierẽt: & occultiſſima reuelauit. Rapiebaꝫ ſæpe a ſpiritu & in aere ſuſpenſa diuinis contemplationibus paſcebaꝫ adeo extraſe acta ut expuncta ꝓcuſſaq; nihil omnino

ſentiret.idq; frequẽter ſibi contingebat cum diuiniſſima reficeretur eucariſtia magnum & ſanctum erat in plebibus Caterinæ nomen/undiq; ad eã ægroti:& malignis uexati ſpiritibus deducebãtur & multi curabantur langoribus & febribus:in chriſti nomine impetrabat & demões cogebat ab obſeſſis abire corporibus/ppter quas res duobus romanis Pontificibus Gregorio cuius pauloante meminimus:& vrbano Sexto acceptiſſima fuit:adeo ut legationibus eorum fungeretur multiſq; & magnis ſpiritualibus gratiis ab eis donaretur.Eadem cum uitæ agonem iam peregiſſet anno ætatis ſuæ tertio circiter ac trigeſſimo in urbe Roma diem ſuum clauſit de cuius anime in cælum aſſumptione & glorioſa receptione:ſtupendæ & admirabiles reuelationes factæ reperiuntur apud eas perſonas quæ uirginem dilexere.Maxime uero apud eius confeſſorẽ Raimundum Capuanũ ſacre theologiæ magiſtrũ qui poſtea generalis totius ordinis prædicatorꝝ pater magiſter & rector effectus eſt.Is nanq; cũ genuæ ageret ea nocte qua uirgo migrauit hora matutina ĩtra dormitorium apud imaginem matris domini eam contẽplatus eſt miro ſplendore fulgentẽ & uerba ad ſe cõſolatoria dicẽtẽ Corpus aliquandiu ſeruatum deniq; in eccleſia fratrum prædicatorum quæ de Minerua ut dicitur Romæ cõditũ eſt nõ ſine maxima populi deuotione ac reuerẽtia.Cuius tactu pleriq; ægroti ſalutem conſecuti ſunt/adeo ut non nullis ſaluti fuerit ea tetigiſſe quæ ſacrata uirgĩis membra tetigere.Poſtea quoq; uirgo ipſa iam cælo recepta uota ſupplicantium benigne audiuit & ut a ſponſo & domino ſuo chriſto Saluatore exaudirentur curauit.Multi enim ex diuerſis ægritudinibus curati ſunt q̃ audita beatæ Caterĩæ glorioſiſſima fama eius patrociniũ ſupplices petiuere;Propterea Venetiis ubi nunq̃ uirgo ipſa fuerat

& multis in locis nomẽ eius cum ueneratione receptum
eſt & uota ei plurima fiunt. Hæc & alia quam plurĩa cũ
uenerabilis frater noſter Epiſcopus portuẽſis in conuen
tu Cardinalĩũ & præſulum expoſuiſſet & liquido ꝓbata
eſſe affirmaſſet, rogati ſingullatim omnes cum Cardina
les tum præſules: qui plurima affuerunt ſentẽtiam dice
re cunctorum ſuffragiis beata uirgo digna cælo & aſtris
declaranda uiſa eſt. Nec quiſq̃ fuit qui non magnopere
canonizationem eius faciendam ꝓbauerit. Quibus adlõ
gum auditis Iuſſimus in Baſilica beati Petri Apoſtolorũ
principis ſuggeſtum magnum & ornatum apparari, ſup
quo hodie aſtante populo & clero ſermone de uita & mi
raculis huius uirginis per nos habito miſſarum ſolemni
bus cælebratis & conſuetis cæremoniis rite pactis ad ca
nonizationẽ huius uirginis ſub his uerbis duximus pro
cedendum. Ad honorẽ omnipotentis, & æterni dei patris
& filii & ſpiritus ſancti, ad exaltationem fidei catholicæ &
chriſtianæ religionis augmentum, auctoritate domini no
ſtri ihеſu chriſti & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum
eius, ac noſtra, Caterinam Senenſem illuſtris & ĩdelebilis
memoriæ uirginem cuius corpus in eccleſia prædicatorũ
quæ de minerua nũcupatur hic romæ iacet: & in cæleſti
ihеruſalem inter beatarum uirginum chorꝰ: quando id
ſua uirtus diuina ſufragante gratia meruit: iam pridem
fuiſſe receptam & æternæ glioriæ corona donatam, de fra
trum conſilio declaramus eãq; tanq̃ ſanctam publice pri
uatimq; colẽdã eſſe decernimus & diffinimus atq; inſan
ctarum Cathalogo uirginum quas romana ueneratur ec
cleſia redigi & aſcribi mãdamaus. Statuẽtes feſtum eius
ſingulis annis prima mẽſis maii domẽica die a buniuerſa
li eccleſia celebrãdum eſſe & omnes illi honores præſtan
dos qui cæteris ſanctis uirginibus conuenire noſcuntur

& insuper sepulcrum eius in ipso festo uisitantibus septē annos & totidem quadrigenas de iniunctis eis pœnitētiis in forma ecclesiæ misericorditer imppetuum relaxamus: Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno īcarnationis dominicæ Millesimo quadringēteſimo sexagesimo primo Tertio Kalendas Iulii. Pon. nostri anno tertio.

III Epistola Pii Pape secundi ad uniuersos christi fideles in excomunicationem Sigismundi Ducis Austriæ

IVS episcopus seruus seruoꝝ dei. Vniuersis christi fidelibus ad quos hec litteræ peruenerīt salutē & apostolicam benedictionem. Iustissima quāuis iudicia & hōestissima sint quæ uis apostolicæ sedis decreta & opera eius mortalis coarguere nemo possit quia tamen multi reperiuntur inique mentis homines qui erecto supcilio tollere os in cælum nō uerentur & gradiente lingua eorum super terram in christi uicarium iactantes obprobria facta eius damnare sæpennumero audēt & nitidā ueritatis faciem confictis mendatioꝝ tenebris obnubilare conantur opere precipuum esse cēsemus quæ per hos dies aduersus Sigismūdum ex prīcipibus Austriæ sua cōtumacia: & iniquitate requirēte per nos & sacrū collegium nostrum sta tuta ordīata & iudicata sunt ad noticiā uestrā his scriptis perducere ne fama uelox præcurrens falsa pro ueris psua dere ex suo more aut addens gestis aut adimēs auditores fallere possit. Rem igitur sicut gesta est ante oculos uestræ mentis ponemus. Vos beniuolas aures adhibete & boni cōsulētes matris uestræ & omnium fidelium magistræ sacro sanctæ Romanæ primæq; sedis digna & solita reuerentia decretum sententiamq; suscipite.

Ccleſia Brixīenſis quæ olim Sabionēſis & aliquā do Brixionenſis eſt appellata in alpibus ſita eſt quæ Germaniam ab Italia ſeiūgunt admodum inſignis. Siquidem Romanorum pontificum priuilegiis compluribus honeſtata & Imperatoꝝ largitate dōata nō ſolum prædia: ſed arces & oppida muniſſima poſſi det & ipſi⁹ Brixinēſis urbis ciuile dōinū hꝫ dioceſis eius & ad Enum fluuium protendit qui Danubio ī Baioaria apud Patauiam miſcetur & in Athesim reſpicit qui Tridentū Veronamq; preterfluens: Inſignis Vrbes in adriaticū ex oneratur pelagus. Epiſcopus eius inter principes Impii collocatur: & ab Imperatore abſq; medio īfeudum recipit principatum ac regalia. In eccleſiaſticis negotiis eccleſiæ Saltzburgenſis ſuffraganeus eſt & metropolitico iure il li ſubiectus: aduocatus eius in temporalibus cauſis ſiqd aduerſi patiatur. Comes Thirolis ab Impatoribus cōſti tutus eſt: qui tueatur eccleſiam nō qui oppugnet. Ob eā rem non parum utilitatis quot annis accipiēs: Nam præ dia opulenta & ampliſſima ab ipſa Brixinenſi eccleſia no ſcitur obtinere. Principium autem aduocationis in cōite Alberto fuit: qui primo p corradum ipſius eccleſiæ pōti ficem non ſine pluribus conditionibus aſſumptus: & de ipſa aduocatia: quæ feudum eſt eccleſiæ inueſtitus ab Im peratore confirmationem obtinuit. Vacanti autem huic eccleſiæ Sedente Nicolao quinto prædeceſſore noſtro. Ni colaus ipſe de fratrum conſilio dilectum filium noſtrū Nicolaum tituli ſancti petri aduīcula presbiterum Car dinalem ī Epiſcopum & paſtorem præfecit. Qui & ſi diu contradicente & reluctante Sigiſmūdo poſſeſſionem tāen pacificam & quietam eccleſiæ ſuæ deniq; conſecutus eſt & utiliter plebi per plures annos prædicando monendo hortando & pontificale officium exercendo præfuit. Sed

cum ſedẽte Caliſto tertio qui noſter fuit īmediatus præ ceſſor Cardinalis ipſe ac epiſcopus Brixinẽſis more boni patrisfamilias & diligentis atq; attenti prælati pia loca re formans & iura eccleſiæ ſuæ exactæ perquirens īueniſſet Sigiſmundum emendationi monaſterii ī ſoneburgio ex eo aduerſum: quod nihil ſine eius aſſenſu fiendū præſu met ac cnm tanq̃ Thiroléſem comitem pleraq; magni momenti feuda ab eccleſia ſua obtinere: que minime ut moris eſt recognouiſſet hortareturq; ſpiritualem iuriſdi ctionem ne perturbaret: & nonam reciperet inueſtiturā iuſq; iurandum præſtaret Mox diſſenſiones ortæ ſunt & ipſius Sigiſmundi grande odium aduerſus Cardinalem excitatum. Propter quod cum ſtatuiſſet Cardinalis ut fi delis Archimandrita ſuas oues diligentius reſpicere & a noxiis itineribus retrahere cunctoſq; malos mores eradi care & plantare bonos & eliminare uicia & ſeminare uir tutes Surexiſſentq; præterea maligni quidam homines tam clerici quā laici quibus amara erāt præcepta iuſticæ & aducrſus ſalutiferam Cardinalis reformationē contu maciæ & rebellionis cornua erigerēt: Cœpit Sigiſmūdus malignantium patrocinium & quāuis eſſet ipſe quoque ex ouibus Cardinali tanq̃ epiſcopo Brixinenſi commiſſis in Paſtorem tamen & patrem & magiſtrum animæ ſuæ ſeſe extollere non expauit. Sed omni ſtudio atq; conatu adorſus eſt ne ſalutifera morum reformatio aut ī clero aut in populo Brixinenſi locū haberet: Adeoq; bonis acti bus ipſius Cardinalis obicē ſe præbuit ut mōialiū quoq; quarum ſupra meminimus diſſolute ac turpiſſime uiuē tium ne claudi reformari ue poſſent protectionem & tu telam aduerſus Cardinalē receperit. Adeoq; ab honeſta te procul habuit ut Cardinalem ipſum neq; in ſua dioceſi neque in ciuitate tutum eſſe aut pōtificale munus exer.

cere posse ꝓmitteret :introductis & persuasis sicariis qui uitæ eius insidiarentur.quod cum Calistus antedictus ac cepisset mox litteras monitorii aduersus Sigismūdum de creuit præcipiens ei ne cardinalē in ecclesia sua in qua pon tificio fungeretur ab executiōe sui officii quoquo pacto de terreret:eum ue suum munus exercentem impediret si se cus ageret Anathema esset pœnas læsæ maiestatis in curre ret & omni territorio suo sacris interdictum ipso facto in telligere.Obaudiuit Sigismundus Pontificis maximi uocē atque contempsit & interposita quadam appellatione malo deceptus consilio a Romano throno quod nulli ꝓmissū est contra ius fasque ꝓuocauit & in rebellione sua ꝓseuerans nouis indies contumeliis cardinalem affecit creuere supra modum Sigismundi odia aduersus cardinalē nec poterat ei quicquā pacifice loqui.Ob quas res cum tuto sibi esse ī ecclesia non posse cardinalis aīaduerteret:ad nos confugit per idem tempus iam propemodū accinti eramus ex urbe recedere Mantuanū conuentum petituri:quem ꝓ tuitione fidei aduersus turcos indixeramus:Eum igitur ab ecclesia sua quodāmodo profugum excepimus benigne & ꝓ tem pore consolati legatum de latere qui uicem nostram ī urbe Roma & circuniacenti regione impleret consulentibus fra tribus & cohortātibus reliquimus.Ipsi Mantuam ꝓ com muni salute cum Romana curia petiuimus.Vbi cum aliq bus mensibus remorati essemus & Sigismundum ad nos uenientem intellexissemus:ut componere inter eos concor diam & tam atroces inimicitias amputare possemus cardi nalem accersiuimus:Quo ueniente & Sigismūdo præsen te pluribus diebus modo per cardinales & alias īterpositas etiam Illustrium personas principum:modo per nos ipsos reconciliare alteri alterum conati sumus:atque huic pacis negotio sūmo adnixu operam dedimus.Sed nihil ꝓfecius

Incaſſum abiere ſtudia noſtra: Irriti omnes labores fue
runt: quāuis cardinalis iudicio noſtro ſe ſubmittēs & ar
bitros non ſuſpectos acceptur⁹ ſe dicens uiam iuris nūq̄
recuſauerit aut refugerit. Abiit ex Mantua Sigiſmūdus
in patriam ſuam infecta pace minar⁹ plenus & iræ. Et cū
paulopoſt nos quoque tranſlato conuentu domum repe
tere ſtatuiſſemus: Cardinalis ex pmiſſo noſtro ad dioce
sim ſuam ſe trāſtulit: aſſerentibus amicis adhuc pacem
inueniri poſſe: neque Brixinam petiit. Nihil. n. ibi tutū
eſſe ſciebat. Sed in arcem quandam ſui epiſcopatus mūi
tiſſimam ſe recepit: Vbi cum aliquandiu conſediſſet hor
tantibus nonnullis non paruæ auctoritatis uiris qui se
partibus ambabus amicos oſtendebant: & nihil periculi
nihil inſidiar⁹ timendum eſſe dicentibus ad Brunecham
ſe contulit quod eſt ipſius eccleſiæ Briſinenſis non parui
momenti oppidum litteris maxime fretus: quibus ipſe si
giſmundus ſno ſigno obſignatis bona fide promittit ec
cleſiam Brixinenſem & cardinalem quo adiuxerit ſe pro
tectur⁹: Ad quem locum miſit mox Sigiſmundus unum
ex conſilio ſuo nobilem uirū inter aulicos ſuos primariū
qui Cardinalem in ſuam traberet uolūtatm. Is multa cū
Cardinali prolocutus cum nihil ei poſſet iniuſtum ſuade
re quia iura eccleſiæ ſuæ nollet proiicere: concordia tāen
in omnibus reperta eſt: Vnico tantum excepto articulo q
regalia concernebat: & cum in eo aliter cōueniri non pos
set: de ſuſpenſione temporali actum eſt. In qua cum ora
tor biennales cardinalis uero intuens moram tam diuī
nam eccleſiæ ſuæ periculoſam eſſe. Semeſtres tantum tre
ugas afferret. Tandem interueniente capitulo etiam biē
nales admiſſurus eſſet. Pendente adhuc tractatu & ora
tore nondum a Brunecha digreſſo Sigiſmundus nō tam
concordiam ut opere comprobauit: quam confuſionem

Cardinalis & furoris ſui curſum quærens turgidus & ni
mium tumens: nō iracundiam cohibere non ſe ipſum ullo
pacto uincere potuit: cæſſit audaciæ: ſuccubuit temeritati:
Rancori atq; odio paruit: Iuſſit accerſiri milites exercitum
cōgregari Belli machīas apparari. Quibus expeditis mis
ſo phēale q bellū Cardīali indiceret quanuis eſſet maior &
ſacra ebdomoda & tēpus pœnitentiæ datum copias eduxit
& iter faciens ipſa die paſcæ āte bruneckam armatas mili
tum acies collocauit: Machinas admouit. Inſultū fæcit op
pidum cœpit. Nec moratus arcem quoq; ſumma ui oppu
gnare aggreſſus eſt. Inquam cum familia Cardinalis ſeſe
receperat. pugnatum eſt aliquandiu non parua contentiōe
Sed cum perſuaſum eſſet Cardinali arcem diu defendi nō
poſſe & pereundum omnibus eſſe niſi ſe dederant īterueni
entibus mediatoribus certis condicionibus cōcluſa pax eſt
Inquibus nihil erat conuentum: quod uel arx uel Cardina
lis in poteſtatem Sigiſmundi uenirent & nihilominus cum
iuſſiſſet pacem & ſecuritatem publicari: claues arcis extor
quēs & munitiones: & Cardinalem aretiſſima cuſtodia ſer
uari iuſſit. Sicque per aliquod dies cum ſummo probro &
ignominia & omni cōtumeliarum genere Cardinalis ī po
teſtate Sigiſmundi retētus eſt: Nec libertaem optīere po
tuit niſi remiſſis iniuriis. Caſtro quodam eccleſiæ tradito
magno auri pōdere ſoluto reſtituto creditorum Clyrogra
pho cōpluribus aliis extortis cōdicionibus præter eas qui
bus pax ātea fuerat publicata. Omnibus denique eccleſiæ
iuribus & priuilegiis ereptis: Neq; his cōtentus Sed iniq
tatem iniquitati congeminās cum ſacerdotes obpiaculum
commiſſum iuri parentes a ſacris abſtinerēt: Nō ueritus
eſt necem Cardinali denunciare: niſi ad ppḥanationē ſacro
rum illos compelleret. Temerarius atq; ī felix qni talia ge
rēs nihilominus eius eccleſiæ protectorem ſe iactat cuius

eſt euerſor inuentus. Quæ ſingula cum nobis ex ordine re nuntiata eſſent: mirum inmodum horruimus: congela tum eſt illico pectus & in ſtuporem ſumus conuerſi: nec ſatis deteſtari aut abomīari tam horribile ſcelus potera mus. In ſacerdotem: in paſtorem: in epiſcopum ſuum: in Cardinalem eccleſiæ romāæ: in fratrem noſtrum: in excel lens apoſtolicæ ſedis membrum uiolentas mittere māus Sigiſmundi temeritas non exhorruit. Et quo tēpore āni hæc patrata ſunt? Nempe in die paſce ī die illa maxima & Sanctiſſima: In die qua uictor mortis & triumphator in ferni dominus rexurrexit. Indie qua chriſtiani ſinguli re demptori gratias agunt: & expurgato ueteri ferméto ſa cratiſſimo chriſti corpori & ſanguini cōmunicant In qua die nemo tam ſceleratus eſt: tam impius: tam immanis: Si modo chriſtiāus eſt: qui non ſacerdotibus ſeſe ſubiici at eoſq; ſummis ꝓſequatur honoribus. Sed qua die ſuaꝝ rectoribus animarum cœteri præcipue obſequi ſtudēt ea die ſacerdotem ſuum Sigiſmūdus inuaſit cœpit in carce rem coniecit. In honeſtauit Spreuit turpiter habuit. Fui mus diu anxii & admodū dubii his cognitis nec ſatis te nebamus quid eſſet agendum: quamuis nō dubius rūor Sed çertiſſimus nuncius perpetrati ſceleris ad nos perue niſſet. Nam hīc atrociſſimi ſceleris notorium factum ad exigendam ultionem pœnamq; inuitabat Inde uetus be niuolentia: qua quondam Sigiſmundo coniuncti fuimus ad clementiam & miſericordiam ꝓuocabat: Nos. n. cū in minoribus ageremus apud Fædericum romanoꝝ Imper atorem tunc dominum nūc filium noſtrum cariſſimum diu uerſati fuimus & cōſiliariatus mūere honeſtati mul tiſque gratiis & fauoribus cumulati plurimos annos in eius curia atq; familia manſimus: nec unquam indigna tum: aut nubiloſum erga nos ipſius impatoris uultum

meminimus: Semper Læta: ſemper blanda nobis eius fa cies fuit ſemper benigna & affecta mẽs & noſtri honoris percupida. Sigiſmundus cum primo Imperatorem ad - iuimus puer bonæ admodum indolis erat: & ſub tutela patruelis ſui degens modeſtis imbutus moribus amorẽ in ſe õniũ alliciebat Alloquebatur nos ſæpe blando ſermo ne. Quærebat noſtras epiſtolas & legebat ut qui tum be neuiuendi cupidus & litterarum cultor & noſtri amans uidebatur. Dimiſſus extra tutelam & in adoleſcẽtia ſua ad regendam patris prouinciam profectus ſæpe ad nos lit teras dedit & noſtras accepit. Sæpe negotia ſua apud Im peratorem iuuimus. Cum eo quoque non nunquã domi ſuæ fuimus. Neq; ſine honore & ſingulari gratia ab eo re ceſſimus & cum geſta eius ĩ Cardinalem nõdum cognita nobis eſſent ad conuentum uſque mantuanũ continuata eſt & aucta ſemper caritas noſtra. Adquem Sigiſmũdus ipſe ſplendidum & magnificum duxit comitatum, ut qui gratias nobis referre ſtatuerat pro pace ſui cenſum belli coſarum: & fortiſſimarum gentium quas ſibi emiſſis lega tis apud conſtantiam recõciliaueramus. Vertebãtur hæc omnia in mente noſtra & tanq̃ recẽs geſta eſſent ante cor dis oculos uoluebantur. Suadebant Imperatoris infinita erga nos beneficia. Vt patrueli & ſanguini ſuo ignoſcere mus, expoſcebat ipſius Sigismundi qua nos lõgo tempo re complexus eſt ingens beniuolentia ut hanc ſibi culpã condonaremus Vrgebat inclyte domus Auſtriæ que hũc Sigiſmundum genuit ingentia in nos & diu continuata merita: Vt ſublimi & alto ſãguini Vẽiam largiremur. In ſtare & Albertus uidebatur alter Sigiſmũdi patruelis & ipſe dux auſtriæ atq; Imperatoris germanus: & cũ eo pa riter Illuſtris memoria Ladiſlai Hũgariæ ac bohemiæ re gis paulo ante uita defunti proximi eius cõſanguinei: pe

tere uehemẽter ac rogare per ueterem amicitiam ambo enim aliquãdo nos dilexerũt: & uerbis ac factis ornarũt Ne ſua ex familia uindictam exigeremus. Occurebant infinitæ regum ac magnorum prĩcipũ facies: qui Auſtriali domui coniuncti ſanguine hanc nobis proſapiam ſummis præcibus commendaturi apparebãt. Sed dum hæc iã pene uicti & conſentiente animo uoluimus & adueniam tracti iam iam miſericordiæ iuſticiam cædere mãdaturi ſumus: excitata in aduerſũ conſcientia noſtra & miris calefacta modis: Quid tu ĩquit pie põtifex agis? An ignoras quem tenes locum? Quam geris pſonam? Non tu modo ille AEneas es: Qui Siluio quõdam gẽitus patre Fædrico Imperatori ſeruiſti? Mutata eſt cõditio tua? Mutata pſona: Noſce teipſum: Tu pius es Romanæ eccleſiæ militãtis Antiſtes te ducem: te magiſtrum: te doctorẽ: te iudicem chriſtiani populi conſtituit dominus: & claues regni cælorum tibi credidit. Noli quærere fieri Iudex inquit ſapiẽs niſi ualeas uirtute irrũpere iniquitatem: Vt timeas faciẽ potentis & ponas ſcandalum in agilitate tua ſuper gẽtes & regna? moderator cæli & mundi dominus te chriſtus ordinauit. Vt deſtruas: euellas: ædifices: & plantes. Et qd agis? Quid dubitas malas euellere plãtas? Nemo iuſte iudicat qui uel odio: uel gratia: uel metu flectitur. An ignoras Sigiſmũdus quam ſceleſtum: quã atrox: quam tetrũ & horrendũ admiſit facinus? In epiſcopum: in Cardinalẽ in te ipſum ſi tui corporis Cardĩales: Vt iura uolũt partes habentur iniurius & impius fuit? non præsbiteratui non epiſcopatui: non Cardinalatui: nõ Papatui: non chriſto pepercit: cuius ſacratiſſimã diẽ pugna iniqua & Cardinalis captiuitate fedauit. Et quis clericorum poſt hac tutus habebitur: ſi epiſcopi: ſi Cardĩales: armis atq; ĩſidiis capiuntur? & quis deĩceps uindictã timebit: ſi uiolatores

tantarum dignitatum impune abeunt? Actum de omni de
ro: deque omni religione fuerit Si qui tecum unū ſunt abſ-
que ultionis periculo uiolātur. Summa ſacerdotalis digni
tas beati Petri auctoritas. Ihesu christi maieſtas palam in
hoc ſcelere læſa eſt & tu tanti piaculi uindictam aſſumere
dubitas? Putaſque uel impatorem uel alium quemuis prī
cipem ægrè laturum: ſi iudicium feceris? Abſit ante hic me
tus: Nihil eſt cur hæc nomina timeas Iuſtus eſt Impator
& honeſti tenax: Iuſtus albertus: iuſti & cæteri principes q
non conſanguineos ſolum: ſed ipſos quoque filios ex ſe geī
tos legum uīculis coherceri plectique ſi peccarint: non īdi
gne ferent. Magna uis iuſtitiæ eſt: quæ uel damnatum iure
ſe paſſum eſſe fateri cogit: Nihil Imperatori magis cordi ē
quam iuſtitia cōmunis & ſanctiſſima uirtus: Scit ſua mā
ſuetudo: quia iuſtitia pacem parit gentem eleuat: ſolum &
regnum confirmat: Læticiam gignit & amatores ſuos bea
tos atque immortales efficit. Vtilius Impatori uidebitur
infructuoſum palmitem amputari quā in perniciem bonæ
uitis retineri. Neque propterea domus Auſtriæ gloria in
teribit quod unus aut alter ex principibus eius iuſte dam
netur. Quæ Rodolphos: Albertos: Fridericos: Leopoldos:
Erneſtos: Vilhelmoſ & alias quamplures illuſtres animas
peperit: non Auſtriæ ſolum ac Sueuiæ: Sed Hungariæ Bo
hemiæ & ipſius Romani Imperii gubernatrices: aeacidaꝝ
quippe decus horeſtis infamia non extinſit nec ſplēdorem
Iuliæ gētis Neronis turpitudo deleuit: nec francoꝝ duces
hildebrandi obſcurauit ignauia: nec ſenatus apoſtolici pu
ritatem atque nitorem impurus & fetidus iudas cōmacu
lare potuit. illuſtrium familiaꝝ non non habuiſſe: ſed non
texiſſe maleficum uera & ſolida eſt laus. Rara proſapia eſt
quæ nō aliquando monſtra peperit: in ōni gente: & in omī
domo Catelinam inuenies & cetegū: neque dauitica ſtirps

quã ſuæ plebi domīus regnaturam elegit ſuis blasfemis caruit:& inter nepotes Abraam:Eſau reprobatus eſt:Et ſi fœminas licet inſpicere ingenealogia ſaluatoris:cū ber ſabe & Thamar adnumeratur:& Rahab:Quid mirum ſi & in auſtriali familia quæ iam pluribus.ſeculis regno potita eſt & imperio vnus inuentus ē Sigiſmundus qui maiorū ſuoꝝ exempla refugerit.Generoſi principes aut non ali ſuis in domibus ſceleratos ſinunt aut altos quam primum queunt eliminare nitūtur.Caſtigandus eſt omī no hic Sigiſmundus eiiciendus ab eccleſia niſi reſipiat. Quid ſtas?Quid dormis?An ſuū honorem penſitas:qui tuum minime penſitauit?Vide quid agas oīs clerus ōnis eccleſia contra te ſtat & ſacer cardinalium ſenatus:& om nis apoſtolorum chorus & ipſe chriſtus ut iudicium faci as obnixe requirit.Diligite iuſticiam qui iudicatis terrā inquit ſapientia:& prophera.Iuſticia & iudicium prepara tio ſedis tuæ:Vicē dei geris in terra:& humão more amī cum uocare in iudiciū titubas?Gētilis homo torquatus & gentilis uiræ brutus filiorum delicta ſecuribus uīdica runt:& tu chriſtiani ductor exercitus cuius dextrā iuſti ciæ plenam eſſe oportet:uel mediocris amici eſtimationē Lædere times?Quid ſi cōtra proprios filios eſſet agendū An ſacerdotis Heli ruinam ignoras?qui dum filioꝝ tole rat iniquitatē & ſe ipſum:& illos perdidit & ſeruatus cō tra imperium diuinum Agag Saulē regno deiecit:Zelū fimes aut beliæ feruorē tronus iſte requirit;procul amor: procul metus ab hac ſede faceſſat.Sit quantumuis potēs & maguus pecator.Vt pœnam pendat oportet.Cæde me liori ſi locum neſis tenere:uiros fortes atq; intrepidos ca thedra beati petri reqrit.Nūquid legiſti quantus fuerit prædecæſſorum tuorū inpuniendis ſceleribus calor:in eli minandis malefactoribus ardor in uendicanda eccleſiæ

libertate rigor ac uigor? ſubeant in memoriam Stephāi Leones: hadriani: Gregorii: Zacchariæ: Alexandri: Innocentii: Nicolai: & alii quamplures Antiſtites: qui ante te hoc ſolium tenuerunt: Recole illorū ingētia facta: & magnificos auſus: nec uerearis unius ducis quanuis magni & prænobilis temeritatē audaciam que cūpeſcere. Cum illi clariſſimos ſæpe reges atque ipſos etiam imperatores quoniam eccleſiæ inſultarent apoſtolico ferire mucrone non dubitauerint. Erige animū & uſq; ad mortē cærta pro iuſtitia. Et ubi nam gentium locorumq; gubernatrix regnorum expultrixque uiciorum iuſtitia domicilium inuenerit: ſi apoſtolico fuerit palatio expulſa? Quem deniq; fautrix & adiutrix bonorum uirorū iuſtitia a potentiorū contumelia uindicabit: ſi neque Cardinalē ꝓtegere ualet Caue pontifex: Caue inquam ne dum ſaluti unius conſul tum uis & illi noceas & multis aliis: Caue ne dū ſeruare unius amiciciam ſtudes: multoꝝ ac pene totius chriſtiāæ ſocietatis in te odium cōcites: Caue atq; iterū caue ne dū hominum inire gratiam paras: indignationem & irā dei omnipotētis īcurras: Nam nemo tibi amicus eſſe debet qui chriſti ſit inimicus. Chriſtus ōnes iniquos hodio habet: & te quoque omnem iniquitatē odiſſe ꝓſequi punire reſecare ac prorſus eradicare oportet: neque tolerandus tibi quiſpiam eſt qui reliquo corpori noceat: qualis eſt Sigiſmundus: qui ſuo puerſo exēplo totā ſcandalizat eccleſiam & ouile inficit ſaluatoris: Putridæ carnes ferro indigent & cauterio. Quin age īfectam pecudem ex chriſti caulis ac ſeptis eiice piſcatoriſque tandem cultro putridum reſeca: atq; abiice membrum. Illuceat nobis iuſtitiæ tuæ lumē: & omnis faceſſat ab eccleſia peruerſitas. Hæc cum noſtra cōſcientia flexa uia aduerſus miſericordiam retorſiſſet iacula. rubore quodā ꝓfuſi ſumus: qui per clemētiæ

ſpectem tam ꝓcul a iuſtitiæ tramite abiiſſemus. Remenſi
que animo dignitatem noſtre ſedis a priuata perſona re-
cæſſimus: & iduimus publicam cuius eſt communi utilita
ti conſulere reiecto quocunque priuato commodo uel affec
tu: Non tamen omnem conſuetudinis noſtre memoriã abi
icere potuimus: Nam quãuis potuiſſemus e ueſtigio Sigiſ
mundum incidiſſe pœnas declarare quas ſacri canones iu
deos decernũt: qui ſuos pontifices hoſtiliter capiunt aut in
Cardinales uiolentas iniiciunt manus: quando de Sigiſmũ
do id erat manifeſtum ac notorium ſuperſedẽdum tamẽ
aliquandiu decreuimus: ſi forſitan ipſum malorum ſuoꝝ
pœniteret operum & mollitum cor eius ueniam flagitaret
Sed perſtitit furor eius; neque apti ſunt oculi ut uiderent
lumen. Quamuis enim ad nos duos ex conſilio ſuo uiros
tranſmiſerat non timeo errorẽ ſuum recognoſcere uoluit
Sed ad excuſandas excuſationes in peccatis illorum legatio
fuit. Nos tamen eos quantum uoluerũt patiẽter & bẽigne
audiuimus. In quorum dictis nihil inuenimus quod uel de
lictum Sigiſmũdi cõminueret uel ipſum de perpetrato ma
lo dolentem oſtẽderet fatebãtur enim ambo rem ut ſupra
narauimus geſtam; neque ifficiabantur quin temeraria &
incõſulta fuiſſent & Sigiſmundi opera: id ſolum rogantes
ne dure ſecũ ageremus: his reſpondimus nos iudicis locũ
tenere; facturosque quod ſacri cãones imparẽt; nec tamẽ
ut in tanto & tam atroci delicto actam mãifeſto tanq̃ noto
rio dignum uidebatur: declarationis ſententiam ſtatim ꝓ
mulgauimus. Sed mãſuetudinem mãſuetudini cumulan
tes q̃uis de facto plẽam & certã notitiam haberemus; neq;
informatione indigeremus ampliori, quo plus tẽporis ad
reſpiciendum pœnitendumq; Sigiſmundo tribueretur. Di
lecto filio noſtro Iohãni tituli ſãctæ priſciæ & ſacroſanctæ
Romanæ eccleſiæ præsbitero Cardinali duobuſque ſimul

epiſcopis commiſimus ut de ſupradictis Sigiſmumdi excessibus inquirerent: & nobis comperta referrent: qui rite: & ut tantæ rei grauitas exposcebat instituto processu examinatis testibus: discussa & cognita ueritate: duo ex eis. Nā tercius certis de causis interesse nō potuit publicum & notoriū nobis esse retulerunt: Cardinalem ipsum a Sigiſmūdo prefato hostiliter inuasum: uiolenter captū & turpiter habitū fuisse: quamuis postea data pecunia: & multis promissis ī libertatem exisset. Verum neque hac habita relatione ad declarationem pœnarū & multi suadebant: & res uidebat expoſcere duximus festinandum. Sed monere ipsum ſigiſmundum statuimus per litteras in ualuis ecclesiæ Senēsis & in uicinis sibi locis affigendas: cum tutus ad eum non pateret accessus: ut intra quinque & quadriginta dies coram nobis propria in pſona compareret: causas ac ratiões ī medium adducturus ſi quas haberet propter quas aduersus inuasores epiſcopoꝝ & Cardinalium inflictas a iure pœnas incidisse declarari nō deberet: affixe fuerūt ut decreuimus litteræ executum mōitorium: & ut appellatio de qua mox subiiciemus ostendit ad ſigiſmundi noticiā deductum: facta est relatio. Dies termini tertia kalēdas auguſti āni præsentis effluxit. paucis diebus ante terminū accessit ad nos doctor quidam ex pruſſia oriundus nomine Laurentius: alter ex duobus ut ſupra retulimus iuſſu Sigiſmundi nos adiuisse. Is audientia obtenta bis a nobis coram nonnullis Cardinalibus auditus est neq; alia dicere nouit quā prius dixerat q̄uis Sigiſmundū metu quodam inani ductum affirmauerit: ut Cardinalem interciperet Cæterū ſubeundi iudicii aut ueniæ petendæ nullum mādatum attulit nullā poteſtatem quibus ex rebus & ipsum qui tam nudus & ie iunus ueniſſet arguīus & domīum ſuū q dare nobis uerba putasset acriter repræhendiūs. Moxq; die termī adueīente

congregato publico conſiſtorio ſedīus pro tribūali ex mo re uetuſto: quo cum accuſata eſſet per aduocatum & pro curatorem fiſcalem contumacia Sigiſmūdi. Affuit laurē tius antedictus & Sigiſmūdi uice petiit audiri. Cui reſpō dimus quamuis in hoc purgando crimine rei præſentia requireretur nos tamen procuratorem audituros: ſi mā datum ſufficiens exiberetur & hac uice rigorem canonū noſtra clementia lenituros. Renuit aliquādiu procurator mandatū oſtendere. Sed cum aliter fruſtra niteretur tan dem produxit. Quod publice recitatum & a nobis & ōni circunſtante corona prorſus in efficax inualidum atq; in utile iudicatum eſt. Inquo nil aliud cōtinebatur quam ac cepiſſe Sigiſmundum mōitorium apoſtolicum ſub certis pœnis cōtra ſe miſſum eſſe: atq; id circo a nobis tanquā male informatis ad nos ipſos bene īformandos appellare mittereq; Laurētium doctorē qui nobis ex ſacro collegio appellationem ipſam inſinuaret. Atq; in hoc tantū plenā poteſtatem doſtori datā: plura fuerunt uerba mādati ue rū effectus non alius quā expreſſimus. Quibus ex rebus appellationē friuolā nullamq; eſſe declarauimus: & audiē tiam quæ nihil ponderis habitura eſſet denegandam cen ſuimus. Moxq; duos ex ordine Epiſcoporum prælatos ad ualuas eccleſiæ inqua conſedebamus mittētes Sigiſmun dum uocari ter iuſſimus. Si uel ipſe uel alius ſui nomine adeſſet plēa poteſtate ſuffultus: & dicere quippiam uellet ī cauſa Epiſcopi iuſionē noſtrā diligēter executi nullū in uentum retulerūt: qui pro Sigiſmundo comparuerit. In ſtante itaq; rurſus procuratore & aduocato fiſcali contu macem Sigiſmundum Vt par erat pronunciauimus. Nec tamen ulterius ea die duximus procedendū. Sed ad idus uſq; ſexto Auguſti expectare & iterū per litteras alias in eiſdē ualuis affigendas Sigiſmūdnm mōere decreuimus

ſi fortaſe interim aut ipſe aut alius ſui uice ſe ſe exiberet qui iudicium ſubire: uel miſericordiam petere uelet. Erat enim propoſiti noſtri in utraq; uia Sigiſmundo bẽignas præbere aures: & ad cor reuerſo more pii patris uitulum ſaginatũ appõere. Dixiſſemus cum ſapiẽte peccaſti: ne adi icias iteꝝ. Ecce ſanus factus es: noli peccare. Scimus quia non eſt homo qui non pecet: Sed fugiẽda eſt in malo per ſeuerantia quæ rectius pertinacia dicitur & indulgendũ eſt redeũtibus: ac cum ſaluatore dicendũ uade & noli am plius peccare. Quippe nihil nobis iucundius accidere po tuiſſet q̃ Sigiſmundum aut iuſtum inueniri aut cõuersũ Sed nihil horum experti ſumus. Verũ eſt ſcripturæ teſti monium qa peccator cum uenerit in ꝓfundũ malorum contẽnit. In ultĩo termino nẽo eſt inuentus qui Sigiſmũ di cauſam tueret: aut uerbum pro eo faceret. Sedimus igitur ſecundo in hac cauſa pro tribunali: & contumacia Sigiſmũdi iteꝝ accuſata & iterum declarata cũ ferre ſen tentiam & adminiſtrare iuſticiam per aduocatũ & ꝓcu ratorẽ fiſci magnopere rogaremur: & omniũ circunſtan tium oculi in nos conuerſi iudiciũ tacite poſtularent dif ferre ſententiam ulterius non ualuimus. Mæſti igitur & alacres ſententiam quæ nr̃is aliis in litteris cõtinetur ap plaudente & gratias agente prælatoꝝ corona ꝓmulgaui mus. Mæſti ꝓpter antiquam damnati hoĩs beniuolentiã alacres ꝓpter iuſticiam q̃ dominus diligit: & cõmunem utilitatem: & q̃uis reum amplioribus pœnis præmere po tuiſſemus neq; enim ligatus eſt romanus præſul quin ꝓ ſuo arbitrio nocentes affligat: his tamen cenſuris cõten ti fuimus quæ ſcripto cõtinentur in iure: neque Sigiſmũ dum amplius urgere tulit animus q̃ ſanctiones ipſe ue teres ac nouæ præcipiunt. Si duri canones atq; aſperi ſũt & nos duri fuimus & aſpi. Sin mollia & facilia iura nos

quoq; molliciem & facilitatem prætulimus quas noſtri prædeceſſores ſtatuerunt pœnis nihil addidimus nihil de traximus:quantum eſt a ueteribus in hoc delicto ſtatutũ tantum nos ultionis ex reo ſuſcipiẽdũ eſſe decreuimus. legat ipſe Sigiſmũdus iura aut legi coram iubeat. Quod fœlix quod Bonifacius quod Clemens noſtri predeceſſores in hoc crimĩe ſanxerunt hoc ſecuti ſumus quod ſi criminari & accuſare ĩ hac parte noſtram ſentẽtiã Sigiſmũdus temptauerit. Similis erit illis q uel de adulterio uel de cæde damnati legem Iuliam aut Corneliam accuſant de ſeipſo ac ſuis opibus conquæratur q̃q̃ ſi ſapiat ad miſericordiam pocius recurret emendationẽq; uitæ prætendet q̃ cõtumax cõfugiet. ad quærelas. Et illud omnino cauebit ne deo & hominibus infenſus ꝓcul ab eccleſia reiectus:biatu terræ cum Datan & abiron infeliciter abſorbeatur:quod eſt illorũ ſupplicium qui ab ũitate eccleſiæ contumaciter abeũt. Habetis qui has legitis omnem rei ſeriem. In hunc modum negotia geſta ſunt:ueritatẽ ipſã ante oculos ueſtros poſuimus. Si quis aliter ſuadere uoluerit deceptor ſuæ atq; alioꝝ eſt animæ. Vos aures auertite:& unitatem eccleſiæ tenentes Sigiſmundum & omẽs ſui conſortes ſceleris euitate. Fugite uirulentiã & contagionem eorum:& quaſi fel draconum ipſorum unũ exiſtimate. Atq; ita deniq; uos gerite:ut in die uiſitatioĩs dõini cũ his mercedẽ accipiatis q ſũt de ſorte eius & ĩ diſciſſã in ſuis cordibus chriſti tunicã cuſtodientes unũ deũ unã fidem unũ baptiſma & unũ chriſti uicariũ eccleſiæ caput Romanum Præſulem uenerãtur in terris .

IIII Epiſtola ſiue bulla Pii Papæ ſecũdi qua priuat Dietherum eccleſia Magnutinam.

IVS epiſcopus ſerus ſeruorum dei & cetera
In apoſtolicæ ſedis ſpecula diuino conſilio cõſti
tutis duo inter alia præcipua ſunt quæ diligen
tiſſime a nobis inſpici curariq; debent. Alterũ
ut benemerẽtes condignis præmiis & gratiis ꝓſequamur
Alterum ut diuinæ legis contemptores cõtumaces ac rebel
les qui corrigi emẽdariq; nolunt congruis pœnis ac ſupli
ciis afficiamus: præmio enim & pœna res publica contine
tur. Dura noſtri eui cõditio in quo qui populis præſunt nõ
tam præmiandi quam puniendi curã habere oportet q̃uis
nec ſuperiorum temporum bonorum numerus malorum
exceſſerit & õnis pontifex inter aduerſantium inſidias atq;
arma tranſiuerit. Rari quippe boni ſunt: & prona in malũ
eſt natura hominis: quæ ſi aliquando impunitatem aſſequi
tur tanquam prouocata magis ac magis prolabitur: nec tã
uenia communi utilitati cõſulit quã uĩdicta. Ceſſant enim
peccare homines ubi ſeueritas delicta cõpeſcit: facilitas ue
niæ ĩncentiuum deliquendi præbet: experti ſumus hæc nos
i pluribus aliis. Sed præcipue in Dietbero qui ſe Magunti
electum appellat quem tanto contumatiorem & rebelioꝛẽ
inuenimus quanto ei clementiam & bẽignitatem maiorem
oſtendimus: quemadmodum ex his quæ ĩfra dicemus cui
libet intelligere licebit. Vacauit ſiquidẽ ſupioribus tempo
ribus cum Mantuam pergeremus eccleſia Magũtina quæ
admodum inſignis & metropolitica eſt: per obitum bonæ
memoriæ Theoderici ultimi eius Archiepiſcopi. Canonici
capitulariter ut moris eſt congregati ad electionem futuri
paſtoris procedere uolentes in quoſdam arbitros cnmpro
miſcere qui ſuo nomine electionem facerẽt: illi ſimul cõue
nientes dietherum prædictum elegerunt: quãuis ut poſtea
nobis innotuit non ſine labe & infamia Symoniæ: ſiquidẽ
unus ex arbitris magna ui pecũiæ corruptus extitit cuius

uox quarto loco accedens ĩter ſeptem arbitros cauſam præ
buit: ut dietherus maiorem partem haberet & electus dice
retur: qui ſimul cum capitulo procuratores & decretũ elec
tionis ad nos miſit petens ut electionem huiuſmodi cõfir
mantes de perſona ſua Magũtine eccleſiæ ꝓuideremus. nos
attẽdẽtes quãta eſt magũtinẽſis Archiepiſcopi apud germa
nos auctoritas & quod ĩ cõuentu Mantuano cui tunc præ
ſidebamus ſua præſentia admodum utilis eſſet propter ea
quæ contra turcorum perfidiam agere intendebamus. Die
thero eidem mandauimus ut ad nos ſicut iura uolunt pro
confirmatione ſe ſe cõferet quia multa ꝓ dei honore & ſa
lute populi chriſtiani ſecũ tractaturi eramus: prorogantes
ueniendi tempus & certiſſimam ſuæ confirmationis ſpem
facientes cũ eius promotionẽ illi eccleſiæ utilẽ putaremus.
Sed homini ptinacis ac dure ceruicis nunquã pſuaderi po
tuit ut nos & conuentũ tã neceſſariũ accedere uellet modo
corporis infirmitatẽ modo pauperiem prætendenti: q̃uis &
ualitudinem bonam eius expectaturos nos diceremus: quæ
mox conſecuta eſt & aduentum eius cum paruo comitatu
requireremus cum ſtaret immobile uiciati ãimi propoſitũ
Nec flecti adueniendum poſſet ceſſimus ĩferiori ſupiores
& ad diſcipuli uoluntatem magiſtri deſcendimus: ſperãtes
uincere in bono malum & duri capitis opinionem clementi
benignitate mollire. Prouidimus eccleſiæ Maguntinæ de
perſona ſua litteraſq; prouiſionis ĩ forma cõſueta decreui
mus neq; enim ea nobis ĩnotuerat de ipſo uicia quæ poſtea
palam emerſerunt & bonum eſſe arbitramur quem capitu
lum Maguntinum in paſtorem efflagitaſſet. Procuratores
Dietheri eius nõine & in animam eius ea nobis iurauerũt
quæ cæteri Epiſcopi Romanis pontificibus iurare cõſueue
runt & ultra hoc uẽturum ipſum pſonaliter ĩfra annum
ad præſentiam noſtrã quocumq; ĩ loco cum romana curia

degeremus:ad quæ facienda procuratores prædicti ſpeci
ale mandatū exibuerunt.Credidimus bōis uerbis eiuſdē
Dietheri:qui per litteras & nuncios ſuos optimum ſe fu
turum & obedientiſſimum filium pollicebatur.Sed cum
āimo ſicienti expectaremus būc hominem tanq̄ ſedis apo
ſtolicæ propugnatorem & catholicæ fidei defenſorem ea
curare quæ pro tutela chriſtianæ religionis in Mantuano
conuentu concluſeramus.Inuitare homines ſuæ nationis
ad expedicionem contra Turcos obeundam ad obediēdū
ī ea re Cariſſimo in chriſto filio noſtro Federico Rōanor⁹
Imperatori ſemper Auguſto:ad quem idcirco legatum de
latere miſeramus ad parandos exercitus ad ſoluendas de
cimas:ad uigeſimas & trigeſimas cōtribuēdas ad alia præ
ſidia præſtanda:homo in reprobum ſenſum datus dei ho
ſtis & tocius gratitudinis inimicus:mox cornua erexit in
apoſtolicam ſedem & matri ſuæ maledicere cœpit.Latra
uit contra nos pluribus modis legatūq; noſtrum calum
niatus eſt:qui decimas conaretur exigere qbus copiæ cō
tra Turcos armari poſſent palamq; dicere nō eſt ueritus
Nos argentum nationis non fidei defenſionem quærere
Licet nos decimas ipſas nō niſi conſentiēte natione exigi
mandauiſſemus:& illarum cuſtodiam ac diſpenſationem
in manibus eorum tradi iuſſiſſemus quos natio ipſa de
legiſſet.Inter hæc accidit ut ad inſtantiam mercator⁹ qui
pecunias apoſtolicæ ſedi debitas eidem mutuo cōceſſerūt
cum iam ſatisfactiōis tēpus præteriſſet.Dietherus ipſe
excomunicaretur abſque noſtra conſcientia.Nam id per
iudices inferiores in forma camere fieri ſolet quod ubi
ad eius noticiam peruenit cēſuris eccleſiaſticis inodatus
non quo modo ſe ſolueret & ad communionem fidelium
rediret.Sed quo modo magis ac magis ſe pœnis īmerge
ret excogitauit:nō recurrit ad nos nullā nobis quærelam

fieri curauit: nullū a nobis præſidium nullū remedium petiit. Sed paſſim clamās & uociferans contra nos īdigna ſe pati dicens: & apoſtolicam ſedem blaſphemans: cōfecto quodam infamatorio libello ad futurum cōcilium cōtra Mantuanam bullam appellauit: excomunicationē ipſo facto a qua niſi a nobis abſolui nō poteſt & alias pœnas cōtra reos maieſtatis & hereticæ prauitatis fautores a iure fulminatas incurrens nec animo inreuerenti & infuriato ſatis fuit: primam ſedem his modis cōtempſiſſe: niſi & diuina quoque cōtemneret: illis ſe publice īmiſcens palam & notoriæ excomunicatus & irregularitatē incidens. En quæ reuerētia canonum! quis timor dei! quæ religiōis cōſideratio! Bis excomunicatus: bis extra eccleſiam factus: non coactus: non iuſſus non abſolutus eccleſiam ingredit & diuinis officiis ſe ingerit & ſacroſancta polluere audet nimia eſt hæc contumacia ac rebellio: & argumenta ſunt hæc homīs: de chriſtiana religione parum bene ſentiētis & ōnia iura diuina & humana cōfundētis: quod ī Diethero manifeſtiſſimum eſt quem uiolaſſe iuramētum ſuum nobis præſtitum apertiſſime conſtat: Namq; cū terminus ad nos ueniendi iam ſemel prorrogatus inſtaret: nō fidei memor: non promiſſi tenax: non debiti obſeruator: nō iuramēti cultor. ſed excomunicatus: periurus irregularis & tocius religionis expers atq; inimicus. Labi tempus p miſit nec ad nos uenit: nec quod uenire non poſſet ſe excuſauit. Quippe qui eleuata facie & arroganti mente nihil ſe debere romāo præſuli exiſtimat: & fortaſſe maiorē eo ſe credit uerbo & opere ſuperbus & inflatus opiniōe ſui nunciſtos nunc illos hortatus eſt: ut appellationi ſuæ damnatiſſimæ adhererēt. ſperās ſuā nequitiam tanto magis inultam eſſe quanto plures mali conſilii ſui cōſortes inueniret. Sed pauciſſimi ei adhæſerunt: & illi qdē decepti

ac circunuenti quorū aliqui cognita fraude mox ab eo ī ea
parte ſequeſtrati ſunt & appellationi renunciauerunt ſeq;
fideles eccleſiæ romanæ filios declarauerūt. Scientes nihil
tam pernicioſum eſſe quā ī errore cognito pſiſtere. Diethe
rus autē feroci animo & mēte peruerſa quottidie magis ac
magis inſaniens q̄uis capituli ſui adhæſionem extorquere
non potuiſſet tamen aliarum eccleſiarum capitula ac præla
tos in ſuam demētiam trahere omni ſtudio nixus eſt. Indi
xerat auctoritate ſua nationis cōuentum apud franckfro
diam quod ſibi ex eo licere affirmat: quia Magūtinus præ
ſul per nationē germanicam romani Imperii Archicancella
rius exiſtat fatemur eū qui Magūtianæ præſit eccleſiæ Ar
chicancellarium eſſe imperii aput germāos. Sed uocare na
tionem in unum aliquem locum inuito īperatore poſſe aut
ei licere nequaquam fatemur: ipſe uero nimis multa ſibi ar
rogans nondum ſacris pōtificalibus iniciatus: nōdum Epi
ſcopus nondum inueſtitus ab Imperatore: nōdum regalia
conſecutus aduerſante & cōtradicente Impatore nationem
uocare audet: & cōuentū tenere & q̄uis dicat ea ſe idcirco
agere ut nationi & rei publicæ criſtianæ conſulat: quod ad
eum non pertinet. Niſi quatenus a ſuperioribus mande
tur: re tamen uera nihil aliud ſtudebat quam ſibi fauores
aduerſus apoſtolicam ſedem inreprobata appellatione ſua
quærere: hæc cum nos accepiſſemus nūcios noſtros uiros
præſtantes ad eum miſimus qui maleuadentem retrahe
rent: & in uiam reducerent mōſtrarēt ſibi quantū a recto
tramite diceſſiſſet quantum diuinis legibus aduerſaretur
quāto in piculo eſſet: quantū ſibi & natiōi ſuæ & uniuerſæ
chriſtiānitati eius cōſilia nocere poſſent. Sed nihil profuerūt
hortamina noſtra: multi prīcipes ac prælati eū flectere fru
ſtra conati ſunt: non audiuit genitorem qui recta monebat
non conſiliariis ſuis aſcultauit. Suffraganeum ſuū inſignē

theologum qui quantum apostolicæ sedi qlibet Episcopus obnoxius existat p sacras litteras fideliter ostendebat contumeliis prosecutus est: nemo animum suum potuit īmutare nullū audire nisi seipsum uoluit & qui prurientes auribus suæ cupiditati consona dicerent: cūque aqud francfordiā prohibente Impatore congregationem habere non posset: nam boni ciues domino paruere ad Magūtiam conuētum trāstulit. Ibiq; præsidere præsumpsit quāuis pauci aduenere: magna pars non ut ei ascultaret sed ut eius reprimeret audatiam: nec tamē defuere nonnulli qui eius insaniæ consentirent. inter quos Gregorius ambrugensis inuentus est quem ueriori uocabulo errorum appellant iniquitatis alūnus: quem quamuis hereticum publice damnatū: excomunicatum ac rebellem Dietherus ipse nō ignoret ad conuētū admisit & illi pallam cōunicauit nostris nūtiis ne id ageret cōmonentibus. Sed cur uitet excōmunicatus excōmunicatum infidelis infidelem periurus periurum: aut rebelis rebelem pares cum paribus facile conuēiunt: & colligatas inter se gerunt: perfidi caudas. Gregorius Sigismūdi ex prīcipibus Austriæ iam damnati excomūicati propter iiectas in Cardinalem sancti Petri manus in eo conuentu nuntius affuit dignus domini sui orator & dignus quē Dietherus suæ perfidiæ cōsortem admitteret habitus igitur est cōuentus Maguntiæ multo minor quam dietherus sperauit, in quo ipse plenus minarum multa contra nos & imperatorē locutus est: audens os in cælum ponere & de duobus capitibus uilis ouicula maledicere & quamuis nuntii nostri magnopere eum hortarentur ne se hostem apostolicæ sedi redderet: ne damnatam appellatiōem prosequeretur: ne imparori molestus esset ne Papam impugnaret ītelligeret se nullam habere causam cum talia temptaret persuaderet sibi omnia quæ honesta essent facile posse a nobis imperatori

recognoſceret ſtatum ſuum: neq; altiora ſe quæreret ſe ſciret quantum ad romãum pontificem attineret: ouem eſſe nõ paſtorem: & quãtum ad Imperatorem uaſſallum ſuggere nõ dominum: & utrumq; ſibi iudicem eſſe, impẽ deret reuerentiam ſuis ſuperioribus & dominorum poci us clementiam quam cẽſuram experiri uellet homo tamẽ ceruicoſus & qui odio in extinguili cõtra romanã ſedem ardet: nec Imperatoris nomen audire poteſt nullis flecti præcibus nullis deterreri comminationibus potuit quin conceptum contra nos uirus euomeret: plura tẽptarẽ au ſus quæ apoſtoilcæ ſedis & romani Imperii uiribus mirũ inmodum aduerſabantur. Sed nouerunt prudentes uiri q aderant machĩamenta eius nec mãus tãtæ malignitati dederunt: finem habuit conuentus aliũ quam ſperauit Dietherus ruunt enĩ uana conſilia: nec temeritatis diuẽ na eſt cũ proſperitate ſocietas: fractus aĩo & deſertus ab his in quibns plurimum ſpei collorauerat Dietherũ pau lulum inmutatus eſt: uocatiſq; nuntiis noſtris tanq̃ reſi pere uellet mendaci: & contumelioſiſſime appellatiõi ſuæ renũtiauit. Verum id haud quamq̃ publice ſed in domo coram paucis: quem nõ tam appellaſſe quam appellatio nẽ reuocaſſe pudebat. Sperauerunt tamen nuntii noſtri ĩ uiam uelle redire. Sed cum interius hominem tetigere nihil ſolidi inuentum eſt perſeuerabat in auſteritate ſua & ſibi romanam ſedem cedere dignum arbitrabaẽ & tan quã nos ab eo non ipſe anobis inſtrui deberet arogantiſ ſime loquebatur non ſe ſatisfactur& mercatoribus obtulit non uitam emendaturum: nõ iuramẽta ſeruaturum aut alia facturum quæ tenetur. Sed tanq̃ nobiſcũ paciſci uel let hæc atq; illa ꝓmittebat ſi nos ſibi quæ ipſe cupiebat ꝓmitteremus quibus ex rebus aĩaduertentes in corrigi bile cor eius eſſe nec ſpectandum quod ad frugem recte

uiuẽdi pduci poſſet:& maxime cum eius electio ſicut ante diximus per Symõiacam labem celebrata fuerit de qua nobis poſtea grauia teſtimõia ſunt exhibita & hoc ĩ partibus uulgatiſſimum eſt difficile eſt enim ut poteſtas:malis artibus acquiſita:bonis moribus adminiſtretur.Cumq; multæ quærelæ ad nos peruenerint de malo ipſius Dietheri regimine de uiolentia qua utitur in ſubditos:de tyrannide de rapina:de ſeuitia:de pluribus aliis exceſſibus:nõ eſt uiſum nobis hæc ulterius diſſimulare:eſſet enim nimis periculoſum:ſi dietherum ipſum in eccleſia non ſua præſidere & ſponſam illam inmaculatã ulterius in adulteri poteſtate permitteremus:quod nihil aliud uideri poſſet quã oues lupo deuorandas tradere & deuotum eccleſiæ Maguntinum clerũ qui hactẽus ab eo corrũpi nõ potuit in manu hoſtis dimittere:qui pro ſua libidine uindictam ſumeret.Et cum impunita huic tanta rebellio ceſſiſſet:facile aliorum animi ad audenda ſimilia traherentur.Ea propter cum mãifeſtiſſimum ſit dietherum præfatum ad futurum concilium appellaſſe:eaſq; pœnas incidiſſe quæ ĩ litteris per nos Mãtuæ editis cõtinentur.Iuramentumq; uiolaſſe non ſolum de ueniendo ad nos intra præſcriptum tempus:ſed etiam de obediẽtia:& reuerẽtia præſtanda:qui mandata noſtra contẽpſit & multa contra nos & ſtatum noſtrum molitus eſt cũ litteras apoſtolicas accipere neglexerit:cum ĩtra tempns aiure ſtatutum nec ſe fecerit promoueri:nec prorogari tẽpus poſtulauerit:cum excomunicatus ac publice denũciatus diuinis ſe inmiſcuerit officiis:& irregularitatem incurrerit in cenſuris ita ſorduerit ut de hereſi uæbementer ſuſpectus uideatur:cum eos multis modis perſecutus ſit qui eũ ſe excõunicatũ uitare uoluerũt cũ multa ſibi arrogauerit quæ ei non conueniunt de Papa & Impatore iudicare præſumẽs cum clero & populo ſuo grauis & iniurioſus exiſtat:atque

ecclesiam ipsam Maguntinam in spiritualibus & tempora libus male gubernet & multis icõmodis afficiat. Sitq; hæc omnia ita publica ac notoria ut nulla possint tergiuersatiõe celari quamuis ꝓpter præmissa iam cecidisse a iure suo uideri possit: si quod i ecclesia Magũtina aut ex lectione: aut exprouisiõe nostra præmissis sibi competiit. Nihilominus de uenerabilium fratrum nostrorum sanctæ romãæ eccle siæ Cardinaliũ consensu ad maiorẽ cautelam ꝓpter huius modi tam temerarios ausus & tã enormia facinora: ipsum dicta ecclesia Maguntina: & omni iure quod sibi in ea com petere posset priuamus & priuatũ esse declaramus: atq; ad mouemus ab eadem: & ab õni uinculo absoluimus quo te nerẽtur eidem: Capitula præpositos. Scolasticos. Custodes Cãerarios: Cãtores. Thesaurarios õnesq; ac singulos quo cũq; nomine censeantur Canonicos Pastores: Plebanos: Vi carios ꝓpetuos ac tẽporales Altaristas ipsius ecclesiæ ac to tius diocesanos. Magũtinẽses omnes deniq; ac singulos uas salos. Ligios Castrẽses ac simplices officiatosq; õnes cuiusc unq; status aut conditionis existant. Scabinos. Ciuitatum ac oppidorum. Vilarum Fortellitiorumq; omnium Burgi magistros. Consules eorumq; rectores quocũque cẽseãtur nomine & subditos uniuersos & singulos eiusdem ecclesiæ Maguntinæ eidem Diethero in nulla re obedientiæ uinculo teneri & iuramento si quod ei præstiterunt liberos et abso lutos esse dcernẽtes: ac mandãtes eisdem et eorum cuilibet sub excomunicationis pœna quam ipso facto contra ueniẽ tes icurrant ne de cætero ipsi Diethero aut suis procurato ribus in aliquo respõdeant pareãt uel intẽdant. Sed ipsum tanquam morbidam pecudem et pestilẽtem bestiam ubiq; deuitent. Datum Tibure anno incarnationis dominice. M ccccl xi. xii. kalendas Setembris. Pontificatus nostri Anno Tertio.

V Epiſtola Pii Papæ ſecundi qua reffellit quædam dein ceps a Diethero in ſuam excuſatiõem ſcripta ad col legium Cardinalium.

IVs Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Vniuerſis & ſingulis chriſtifidelibus p Germaniam cõ ſtitutis. Salutem & apoſtolicam benedictiõem Dietheri ab eccleſia Maguntina iuſto iudicio depoſiti ſcri pta pleraq; his diebus in manus noſtras peruenere quæ ille in excuſationẽ ſuã: tum ſacro uenerabilium fratrum noſtrorũ collegio. Tũ nobis & aliis quãpluribus direxit. Non miramur eum q facto reſiſtit apoſtolicæ maieſtati etiam uerbis niti ut ſuam contumaciam tueat. Qui ſi nihil ad eius dicta reſponderemus poſſent rerum ignari nos qui magna clementia ſumus uſi & a iuſtitiæ tramite nõ diceſſimus. aut rigidos nimis aut iniuſtos credere. Sta tuimus igitur eius obiecta reffellere & ſuis obſcuriſſimis mendatiorum tenebris candidã ueritatis lucem opponere ut intelligant omnes iniquam eſſe uocem ouiculæ quæ ĩ ſuum paſtorẽ balare audet: nec ferre permiſſum eſſe ĩ eũ aſſurgere qui ſecat in ea. Audite igit̃ fratres ac filii quæ ab illo dicuntur: & quæ a nobis: & qua in parte ſint calum niæ iudicate quid ille? Excuſationẽ ſuam uerbo & ſcriptis ſeſe inquit feciſſe: cum legerentur apoſtolicæ litteræ corã capitulo eccleſiæ Maguntinæ qbus ſua priuatio & dilecti filii Adolfi de naſſan promotio declarabatur. Auditis q ſe nõ ignorat apoſtolica auctoritate priuatũ & eccleſiæ Ma guntinæ de prælato altero prouiſum? Nec tamen obedit apoſtolico decreto & in animæ ſuæ damnationem eccleſi am Maguntinam uetuſtate ac ſanctitate inſignem lacerat ne ſe humiliat quoquo modo. Satis hac in re contumaciæ ſatis ĩobediẽtiæ cernitis ac rebellionis: quid ulterius? Sĩe

iudiciario proceſſu:contra omnia iura diuina & humana & naturalia:& contra omnem honeſtam obſeruantiã gra uatum ſe dicit priuatum debuerat dixiſſe:quia priuatus eſt non grauatus:ſed iudiciarium proceſſum requirit & uocationem eſſe neceſſariam eius qui priuandus eſt arbi tratur:& diuina & humana iura & naturalia uiolata eſſe contendit & honeſtam obſeruantiam ſpretã:uocari & au diri nolebat priuſq̃ priuaret̃:imo uero etiam dignus pri uari:nolebat priuari & moras quærebat quibus ſe poſſet in aliena poſſeſſiõe roborare & amicos atq; adiutores ſibi parare ex mammona iniquitatis ſicut poſtea Federicum comitẽ palatinum data Maguntinæ eccleſiæ nõ parua tu nicæ parte conciliatum ĩ belli ſocietatem attraxit.Ad hũc effectum quærebantur inducię & uocationis tẽpus & au dicionis mora & iudiciarius ſtrepitus & terminorum ꝑ lixitas:ſed de his poſtea dicemus.Nunc illud ante omnia uidẽdũ eſt an uera & ſufficientia.crimĩa ſint ꝑpter quæ Dietherus priuatus eſt Nam hoc precipue iudices aduer tere debent ne quid aduerſus ueritatem agant ne ue pro paruis delictis grauiorem imponãt uel pœnam uel mulc tam .Cauendum eſt ne quis ĩiuſte grauetur.Iniuſte autẽ grauatur qui aut ex non ueris aut non idoneis plectitur cauſis.Veritas eſt iudicii domĩa huic ſeruiant iudices ne ceſſe eſt peccauimus in ſentẽtia cõtra Dietherũ lata iniq; egimus ĩ culpa ſimus ſi quid ei non uerũ imputauimus: repræhenſibiles nos ipſos non negamus ſi ex cõfictis cri minibus cumdemnauimus :aut ſi non fuerunt ad priua tionem eius cauſæ.ſufficientes.Sed quid hic dubii eſt In terrogemus ipſũ reum atq; ab eo ueritatẽ exquiramus: non audebit negare quæ ſunt ei obiecta crimina:nec illa non parua dicet.Quid ais Diethere?Vera ne ſunt quæ ĩ noſtris litteris cõtinẽtur?Quas te uidiſſe affirmas?uere

ne cauſæ priuationis an falſæ? Satis idoneæ: an minus ſuf
ficientes? Si ueræ & magnæ nō es grauatus nec iniuſta sē
tentia eſt q̄uis ordinarius non interceſſit, pceſſus. Innocen
tibus enim non criminoſis iura ſubueniunt ad ſubleuamē
bonoꝝ non ad tutamen maloꝝ inuenta eſt tela iudicii. Sin
falſas & indignas adduximus tuæ priuatiōis cauſas: iuſta
eſt querela tua & nos iniuſti: ſed affer cauſas: & falſitatem
oſtende & doce in quo loco ueritati detraximus. Ingratitu
dinē tibi obiciemus. An nō ingratiſſimū te præbuiſti qui
benigne a nobis Maguntinæ præfectus eccleſiæ & tam ex
cellenti donatus honore obtenta prioris contumaciæ uenia
impetratis quæ uoluiſti a nobis mox recalcitraſti & in con
uentibus germanicis apoſtolicæ ſedis eminētiam & gloriā
cōminuere: & per teipſum & p tuos nūcios ſummo ſtudio
conatus es. Nam quo mō legatum apoſtolicū uenerabilem
fratrem nr̄m Biſſarionē Epiſcopū Cardinalem pro cōmūi
cauſa tuendæ chriſtianæ religiōis in Germaniā ex conuen
tu Mantuāo miſſum honoraſti? Quo modo legationē eius
pmouiſti qui conuocando clerū & populum non ſolū man
datis eius reſiſtendū ſuaſiſti: ſed cōtumelioſis & probroſis
uerbis ipſum es inſectatus non nr̄a tantū ſed eccleſiæ uni
uerſalis ſed fidei catholicæ ſed yheſuchriſti negocia impe
diuiſti & cōmuni omniū chriſtianoꝝ utilitati ac ſaluti teip
ſum obieciſti. Scis quia uera dicīus: & multi alii hocipsū
tecum ſciunt multis & maxīs beneficiis a nobis præuētus
cogitaſti nec quo modo his ſatisfaceres a quibus accepiſti
mutuū pro ſolutione iurium apoſtlicæ cammere ānexus es
ſed quo modo non ſatisfaceres omnē curā adhibuiſti pes
simo illo & illaudato Alcibiadis athenienſis ut uidet̄ conſi
lio uſus qui puer adhuc periclī meditāti & anxio quo pac
to rei publice de rebus admīſtratis redderet rationē: conā
dum ēē ait ne ratio redderetur quod ille dictum arripiens

non minoribus calamitatibus patriam ſuam inuoluit quã tu modo tuam inuoluiſti. An hæc ingrati ãimi ſint tu ipſe iudica non poteris non inobedientem non rebellem non ingratiſſimũ te negare. Quid ultra? excõmunicatum te dixi mus & irregularẽ effectũ non curare cenſuras. Quid ais? an nõ diuinis officiis ſicut prius publice & in omni loco ad quem declinas te ĩmiſces & ſanctuariũ domini cõtemĩs ex cõmunicatus. Si hæc agis extra cõmunionem poſitus quæ cuncti uident: an non irregularis effectus es? an non contẽ nis eccleſiæ cẽſuras? an non male de clauibus beati Petri ſẽ tire uideris? Si negas excõunicatũ te eſſe ſtant contra te ad modum multi parietes et hic Romæ et in Germaĩa in qui bus uelut in albo prætorio publicatum aduerſus te legitur anathema pueri et uetulæ de tua excõmunicatione loquun tur et teſtimoniũ contra te uulgus: & omnis populus præ bet. Si dicis abſolutũ te eſſe oſtende quis abſoluerit. Sciꝰ quia non audebis a deo dementiri. Si prætendis appellatio nem quã ad futuꝝ cõcilium interpoſuiſti. at hæc nõ modo excõmunicatiõem nõ ſuſpendit: Sed alia & grauiori & peri culoſiori excommũicatiõe te miſeꝝ inuoluit hæc enĩ pœna eſt ĩter alias eorũ qui tali modo audẽt appellare. Scis præ terea ſi quid aliquando de canõibus audiuiſti excõmunica tionem quæ præceſſit appellatiõem ſequentẽ nec tollere nec ſuſpẽdere. Quid ſi appellatio tua nulla fuit ut ipſe cõfeſſus es. Nam ei poſtea tanq̃ nullius momẽti & tanq̃ ſtultæ ĩter poſitæ renũciaſti: manſit excõmũicatio nec tu tamen ab in greſſu eccleſiæ & diuinis officiis abſtinuiſti. Sed ſicut prius in illis te miſces quẽadmodum tuæ litteræ etiam tua mãu ſcriptæ declarãt. Que ſi iuſta fuiſſet appellatio tua non ta mẽ iam fulmĩatas ſuſpẽdiſſet cẽſuras: & ideo nõ minus te ſacris ĩmiſcẽs irregularitatem incurriſſes. Veraces igitur noſtræ litteræ quæ te pcuſſum anathemate. Nõ aduertere

cenſuras & irregularem eſſe affirmauerunt: num magna priuationis cauſa? Num iuſta ſententia noſtra quæ illum priuat eccleſia qui claues eccleſiæ contemnit? Nã quo modo tolerabit in epiſcopatu cenſuris uti & alios excõmunicare, qui romanæ ſedis auctoritate excõmunicatus diuĩs ſe ſacris admiſcet & cẽſuras omnes irridet. Quid ultra? Gregorio amburgenſi excommunicato: & per eccleſiã hereticodeclarato & excommunicati hominis nuncio inbibẽtibus oratoribus noſtris te cõmunicauiſſe dixmus. Audes ĩ inficias ire? non Maguntiæ tantũ ſed Nomberge & in aliis locis huic pnicioſæ beſtiæ cõmunicaſti & ad intima conſilia tua admiſiſti & ſunt qui dictatam a Gregorio quẽ nõnulli errorium uocãt ſtultam appellatiõem exiſtimant: quæ te præcipitem egit & pdidit. An paruus hic error eſt? excomunicatũ ab appoſtolica ſede ſacra & generalia patrũ concilia recipere non audebant: & Maguntinus electus nondum conſecratus audet. Magna temeritas, hereticum hominem non deuitat: ſed in contemptũ prĩæ ſedis recipit & honorat. Si nil fuiſſet aliud ſatis hoc ad unius Epiſcopi uel cõſecrati depoſitiõem nẽo negauerit ſiquidem tocius eccleſiaſticæ diſciplĩæ neruus hoc pacto reciditur: quando Romani pontificis paruipenditur auctoritas. Tu uero tanq̃ hæc minima fuerint maiora es auſus. Perge in litteris noſtris, & pone digitum in appellationis articulo: qui unus ad tuam depoſitiõem ſatis ſupque ſatis eſt. Quid uis hic dicere? exiſtimãs te grauatũ ubi non eras? ad futurũ concilĩũ appellaſti? & decreti apoſtolici: quod Mantuanũ dicitur: quia Mantuæ in magno conuentu cõmuni prælatorũ conſenſu editũ eſt: pœnas incidiſti: non te latent quæ ille ſunt: quippe tam grauiter punitur qui ad futurũ concilium ꝓuocat: quam læſe maieſtatis reus: & fautor hereticæ prauitatis. An tu hoĩem

huiuſmodi in pontificatu Maguntino ſuſtinẽdum putabis
Cecidiſti ab omni honore: dignitatem omnem ipſo facto p
didiſti: cum a deo temere appellaſti: declaratione opus fuit
non priuatione: tu teipſum depoſuiſti. Tua te opera priua
uerunt nos priuatum declarauimus: & ad cautelam priua
uimus. Nõ potes dicere nõ appellaui. Notiſſima res eſt: ex
tant publica documẽta. Cuncti hoc nouere germani. Neq;
enim ſolum appellaſti: ſed ut appellationi tuæ conſentirent
& ſe adiungerẽt capitula multarum eccleſiarũ: multos Epi
ſcopos & multos principes rogauiſti: ſi hoc negas & lucidũ
eſſe ſolem: & ignem calidum inficiari potes: & nihil nõ ne
gare. Non dices hoc ad renuntiationem potius confugies.
Appellaui dices ſed appellationi renunciaui: quando renun
ciaſti? qppe nõ prius quam reqſiti nomĩe tuo cũcti fere ger
mani principes adherere appellationi tuæ recuſauerunt: &
auditis oratoribus noſtris conuẽtus ipſe Maguntinus a te
indictus tuis conatibus noluit conſentire: omnia prius tem
ptaſti quã cederes. Dũ ſpes fuit poſſe uĩcere nũq̃ ceſſaſti of
fendere: prius arma perdidiſti quã deſiuiſti pugnare. Lau
dandus Miles ſi pro ueritate non pro ĩiquitate contẽdiſſes
Quid appellationem publicæ interpoſuiſti? & omnibus inſi
nuaſti. Renũtiatio ĩter paucos facta eſt in domo tua & nul
lis inſinuata. In aperto appellaſti: in occulto renunciaſti: ut
quem non tam appellaſſe quam appellationi renũtiaſſe pu
debat. Quæ ſigna hæc recte an oblique mẽtis iudicium eſt
quæ nos honeſtant occultæ quæ uituperant publice agere.
Quid ĩſuper? An renuntiatio pœnas remiſſit? Numquid
excommunicatus remanſiſti? Numquid aliis pœnis ĩnoda
tus? quas ipſo facto ĩcideras appellando & nihilominus ha
ud aliter quam prius diuinis te ſacrificiis inmiſces: quis
te abſoluit? Quis te priſtinæ dignitati reſtituit: quis tecũ
ſuper irregularitate diſpenſauit? quæ tua honeſtas qui

nos ais honestam obseruantiã uiolasse ¦Excommunicatus es:profanus es:pollutus es & coram deo audes comparere Siccine deũ honoras ¦sic eius sacra decoras ¦An ne scis quia melior est obedientia quam uictimæ:diuinæ maiestati dero gare hoc est nõ seruire. At oratores inquis tui absolutionis spem dedere cũ renũciaui:bene illi:tu male:qui nõ expecta to absolucionis beneficio. Sordidus & coinquinatus & ma ledictus adhuc coram pio deo audes apparere:& eius sacri ficiis ĩteresse. Episcopi hæc opera sunt ¦& sciẽtis canões:an latronis alicuius ab omni humanitate abhorrentis. Tolerã da hæc in præsule:an acrius uindicãda:& quis excomũicati onem uerebitur:si excomũicatores ipsi paruipendũt a suis superioribus excommunicati ¦hoc si cætera desint dãnare te potuit & damnauit atq; ĩdignum põtificio ĩdignũ regimĩe indignũ quouis honore reddidit. Nec tu is eras qui ꝓpter renũtiationẽ impunitus abire deberes:qui cũ semel impu nitatem obtinuisses peiora fecisti. Nec erant opera tua quæ gratiam mererentur cum gratia nostra fuisses abusus. Nõ quia ualles fieri melior:sed ut pœnam euaderes. Appellati õem reuocasti ficta fuit redicio tua:& omnis actio fraudu lẽta siquidem oratores nostri qui tecum fuere nihil solidũ nihil certum:nihil sincerum in tuis aut uerbis aut operibus inuenerũt quod qdem ad bonũ tẽderet. Nec a te missi nun cii post sententiam contra te latam nos adeũtes aliud quã uerba & ea dubia & prorsus ĩania attulerũt:ob quas res li quido apparebat appellationi te ore nõ ãimo renũciasse:& uerba tua paululum mutata esse nõ mentẽ. Perge ulterius nõ nobis tãtum:sed carissimo quoq; ĩchristo filio nr̃o Fede rico Imperatori domino tuo:& molestum & iniurioſum te fuisse diximus. Quid hic mentiti sumus ¦an uer̃ diximus ¦ assunt litteræ tuæ quibus eum admones:ut ad conuentum quem indixeras ĩ termino præscripto se cõferat:id nisi agat

cum his qui affuerīt cōſultuꝝ te natiōi affirmas:ac datu
rum operam ne quid res.p.detrimēti ferat.Noſce te ipſū
Quid tibi hoc uidetur?Nondum conſecratus es nōdum
tuæ confirmationis uidiſti litteras:Nondū regalia ſuſce
piſti:& audes conuētum nationis indicere:& Imperatorē
ad eū uocare:& cōminari nō ueniēti & rei publice curam
quæ tibi non eſt cōmiſſa ſuſcipe.Vnde tibi hæc auctoritas
quis tantum tibi poteſtatis attribuit?ubi hanc honeſtatē
didiciſti?Inhoneſtum eſt ſummo Pōtifici ut exiſtimas te
nō uocatum depoſuiſſe.Noluiſti in eum errorem īcidere
ut nō uocatum Imperatorem deponeres.Vocaſti:monui
ſti:cōminatus es niſi ueniret factuꝝ te quod rei publice
neceſſitas expoſceret.Scitum eſt quo tēdebat hæc mōitio
& quid de Imperio cogitabas tua ſatis te conſciētia mor
det:nec poteſt eſſe quin te pudeat adeo egreſſum honeſta
tis terminos ut tuum ī teporalibus ſuperiorē:tuū princi
pem:tuum dominum auſus fueris ad cōuentū uelud ad
iudicium euocare.Et quid tuipſe diceres ſi quis ex tuis
aut canonicis aut ſuffraganeis Epiſcopis ad eum te cōuē
tum citaret quem ipſe īdixiſſet:non inuocatum aut īau
ditum condēnari:ſed ab īferiori ad iudicium uocari ſupio
rē:inſolita inaudita deteſtabilis res eſt:ut quæ ſumma ī
fimis & ſummis infima permiſcet:& omnem confundit.
Terarchiti ſtatus ordinem quod qui audet maxima pœna
dignus eſt.Fateberis hæc nō ambigimus:& tuum errorē
tecum ipſe repræhendes.Trāſeamus ad alia quæ ſunt re
liquæ priuationis cauſæ.Accuſaris quod in tempore a iu
re diffinito nō accepiſti conſecrationis munus.Poſſes hoc
negare:ſi ſaltē hodie conſecratus eſſes.Nō hoc dices:ceci
diſti ergo ab eo iure quod in eccleſia Magūtina tibi cōpe
tiit:ſi quod id fuit Symonia non prohibente.Sic cāones
ſanxere:ſic placuit ſanctis patribus qui ius pontificum

condiderunt dices non potui: Graue hoc eſt aſſerere: neq; impoſſibilitas aliunde prouenit quam tua ex culpa. Solēt quibus ea facultas nō adeſt ad ſedem apoſtolicam recurrere quæ præſtitutum proroget tempus. In tercio iam anno ſumus tuæ promotiōis: nec conſecratus es: nec ꝓrogationē tēporis quæſiuiſti. Sed in appellatione tua confiſus ipſe tecum diſpēſaſti ea. s. auctoritate qua Imperatorem citare præſumpſiſti durum uerbum durius factū. Nihil hic diſputatiōibus opus eſt. Iura ipſa locūtur ſi ea reſpexeris non audebis dicere: tecum eſſe iniuſte actum. Symonia deīde commemoratur in noſtris litteris: hoc te forte grauat quia dicit̃: ſed grauius fuit admittere: & talibus modis Epiſcopatum quærere difficile enim eſt prīcipatū malis artibus acquiſitum bonis moribus gubernari: fide digna nobis ſuper hoc teſtimōia ſunt exhibita quod ūus ex compmiſſariis quem honoris cauſa nolumus nōinare ter mille aureos a te acceperit ſuo tibi uti ſuffragio ſubueniret & hāc eſſe uulgatam Maguntiæ famam multi ꝓdidere: ſed nemo melior teſtis eſt quam tua cōſciētia cui coram deo aduerſari non potes: & ad eam te ī hac parte remittimus: ne in re tam fœda & plusq̄ uelimus nota āpli us īmoremur. Ad ultimum pergimus quod eſt ī litteris tuæ priuationis omnium maximum eorum: quæ tipi obiiciuntur Ideſt periurium & iuſiurandi neglecta religio. Nam cum iuraſſent nuncii tui in animam tuam quēad modum eis mādaueras te intra certum præfinitū tēpus ad noſtram præſentiam acceſſurum. Et īterea atq; omni tempore nobis & apoſtolicæ ſedi fidelem & obediētem futurum: & alia facturum omnia quæ reliqui Epiſcopi promittere & iurare ſolent. Neq; ad nos ueniſti neq; fidelis aut obediens fuiſti. Et cum ſemel prorogationem temporis ad ueniendum præfixi per dilectum filium Decanum

uormacienſem petiuiſſes elabi eam permiſiſti: Neque ueni re ad nos neq; aliam petere dilationem curauiſti plura tibi mandauimus quæ a te ſpreta ſunt quanuis eſſent honeſta & legati noſtri ordīatiões irriſiſti. Ea uero quæ per aliquos principes aduerſus nos & apoſtolicam ſedem tractabātur nō modo ſicut & iuramēto tenebaris nō reuelaſti: ſed reue lari prohibuiſti. Quippe qui unus eras & prior & ardenti or inter eos qui primæ ſedis maieſtatem & gloriam impu gnabāt. Regum etiam aliquorum aduerſus nos odia ꝓuo care: & ī apoſtolicam ſedem eos irritare maximo ſtudio es annixus: & quis eſt in Germania qui tua neſciat machina menta? Quis ignorat damnabilia Capitula quæ tuo nōine conſcripta ſunt: & in cōuentibus oblata contra rōanæ ſedis eminentiam & auctoritatem? An hoc periurium eſt? An iu ramenta ſeruare? Quid ais Diethere? audes ne iſta negare de iureiurando præſtito publica extant documenta. q̄ non ueneris ad nos ipſa res loquit̄. Quod nobis infidelis & iſi diоſus fueris: opera ipſa docent. Teſtis eſt appellatio ad fu turum concilium interpoſita: teſtis eſt iniurioſa eius narra tio quæ nos colluſores appellat. Teſtis eſt tua ī rebus fidei cōtra turcos defēdēdæ reſiſtētia. Teſtis eſt pniciоſa machi natio: cum diuerſis prīcipibus habita. Teſtis tua ī ōnibus rebus tibi cōmiſſis cōtumacia atq; rebellio. Pudet nos iſta de te dicere pudet te periurii reum uocare qui germāus es & in ea natiōe natus īqua iuriſiurādi religio accuratiſſime obſeruatur: & perraro īuēitur qui fidem uiolet. Emori po tius germāi uolunt & torméta quæuis pati quam iuramē ta perfrīgere. Sed cogit nos ipſa ueritas ea defendere quæ in littetris tuæ depoſitionis cōtinētur: ne uana & parua cre dantur quæ maxime ſunt ſolida. O bone uir quo modo ita excidiſti: ut iuramēti uiolati fieres reus? & nobilitatē tuā tam fædo crimīe maculares? quod nūquā amplius in tua

familia credimus accidisse. Nemo tuorum gētilium ut arbitramur aliquādo peierauit: & tu qui tuos maiores dignitate omnes anteceſſiſti: primus inuētus iuramēti uiolator & cōtemptor fidei: niſi res eſſet euidēs & per ſe nota: nūq̄ de te tuoq; genere talia credidiſſem⁹. Nihil mir⁹ ſi tuu⁹ gēitor uir bōus audita priuatione tua: & q; propter temeratū iuramentum & alia crimina id tibi acciderat paulo ſupuixit: afflixit eum dedecus domus & ignominia filii: pudebat eum hoc genus probri in ſuam domum iam ſe ſene illatū eſſe. Nō miramur eum doluiſſe qui te fruſtra ſæpe cōmonuit: ne ſedi apoſtolicæ contrarius eſſes. Nos ipſi dolemus & angimur animo quod aduerſus te apoſtolicæ ſeueritatis gladium euaginare oportuit: uoluiſſemus te potius obedientem & fidelem inueniſſe: id nobis cōſolationi tibi gloriæ & eccleſiæ Maguntinæ utilitati & paci fuiſſet: ſed cum placuiſſet tibi malis cōſiliis uſo rebellionis uia: neceſſe nobis fuit iuſticiæ tramitem nō negligere. Coegernnt nos opera tua: quamuis inuitos ad tuam priuationem procedere ne dimiſſus in alta dignitate Romanæ & uniuerſas eccleſiæ prærogatiuas & iura fortius inuaderes non tui odio: ſed publicæ utilitatis amore ſententiam contra te promulgauimus: uti nam non feciſſes quæ feciſti: utīam ita uixiſſes ut ad honorem tuum nos prouocaſſes. Nam fuit ex āimo tuo primæ ſedi ea præſtare quæ debeas. Abſq; ulla cauſa cōtra matrem erexiſti cornua ipſa: maximis decauſis & iuſtiſſimo iudicio ab eccleſia Maguntina te amouit ſiue amotum eſſe declarauit. Scis quia iuſte priuatus es ne potes inficias ire. Nam quid tibi obiectum eſt non uerum? quid non magnum? qd non deteſtabile? An non ſufficientia ſunt & pluſquā ſuffici entia quæ retulimus ad tuam priuationem crimina? An nō manifeſta ſunt omnia & pluſquam notoria? Quis hæc ignorat? Stat nobiſcū ſermo cōunis & uulgata fama et rumor

populi & uox nobilium ſtat nobiſcum & conſciẽtia tua & te arguit te accuſat te mordet: nam quamuis aliquãdo foris te ſecurum & hilarem oſtẽdis. Intus tamen ſi uerum fateri uis & angeris & cruciaris: & teipſo iudice ſententiam noſtram intelligis eſſe iuſtiſſimã. Age bone uir reddi ad mentem noſce teipſum: uide cor tuũ & cum illo loquere: & ita rebus tuis conſule ac ſi cum deo nõ cum hominibus agas. Noli negare quæ uera ſunt & õnibus nota: de rebus eccleſiæ agitur: quas læſa conſciẽtia & per mẽdacia tenere non licet: priuatus es Maguntina eccleſia: & recte priuatus. Non eſt illa amplius ſponſa tua. Alteri nupſit. Aptiori & nobiliori tradita uiro eſt. Cede meliori. Noli uexare eccleſiam quæ te aluit: parce ſanguini eius cuius es lacte nutritus: da pacẽ matri tuæ & cogita quo modo reconcilieris deo & apoſtolicæ ſedis gratiam recuperes: quæ te uero aĩo redeuntem nedum nõ aſpnabitur: ſed uultu complexa benigno tuæ ſaluti atq; honori pie conſulet hæc ad Dietherum. Nunc ad eius litteras reuertamur. Quid ille? Appellationis ſuæ quã a nobis male ĩformatis ad nos ipſos bene reformãdos interpoſuiſſe ſe aſſerit. Capitulũ eccleſiæ Maguntinæ non adhæſiſſe ſed ab ſe receſſiſſe conqueritur. Quid hoc eſt? Num ſatis magnum hoc iudiciũ haberi debet mali eius regiminis male conuerſatiõis male cauſæ: nam cur capitula ab Epiſcopis ſuis recedũt. Niſi quia male gubernant iniuſte agunt: & contra præceptum apoſtoli tanquã dominantes ĩ clero tyramnice uiuunt? ab horruerant iãpridem canonici eccleſiæ Magũtinæ mores Dietheri: qui ſupbia quadam ĩtollerabili & ĩſatiabili auaritia: nunc hos nunc illos aut eccleſiis aut patrimõiis priuatos eiiciebat modiſq; ĩauditis ac crudelibus & ſacerdotes & populares uexabat. Atq; idcirco cum depoſitum eũ audiuerũt admodum gauiſi ſunt & ſentẽtiã primæ ſedis

magnopere collaudarunt atq; ideo receſſerunt ab eo. Nec appellationi eius quam nouerant & iniuſtam & ĩhoneſtã prorſuſq; nullam adhærere uoluerunt: nouum appellãdi modũ atq; illicitum abhorrẽtes. Quid amplius? Iohanem electum treuerenenſem & Adulfum Maguntinũ & eoꝝ fratres & Ludouicum baioariæ ducẽ apud Rhenum domi nia tenẽtem: tanq̃ ſecum male egerint pluribus uerbis ac cuſat. Quid his imputat? quid peccauere? Nempe qa non miſſo feciale ideſt bello minime denuntiato: ſiue ut aiunt nõ præmiſſa diffidatione aduerſus ſe arma mouerunt. At illi coram Magũtino capitulo apoſtolicas ei litteras reddi derunt: quibus & ipſe priuatus & Adolfus electus decla rabatur: & illis ſe uelle parere dixerunt plus hoc fuit quã fecialem: ad diffidatorias litteras mittere: ſi quidem præ ſenti maius eſt bellum indicere quã abſenti. Sed ait Vaſ ſallis iuramento adactis non licere domino bellum infer re: & fœdera quædam ĩter electores adducit: quæ uiolata conqueritur. In litteris noſtris iuramenta huiuſmodi re miſſa ne uaſſalus eſt ubi non eſt dominus. Eccleſia Magũ tia priuatus Dietherus habere uaſſallos deſiit: qui ꝓpter eccleſiam ei erant obnoxii: electo & cõfirmato uaſſalli iu rauere nõ priuato atque depoſito. Nec fœdera ulla ſunt quæ romãæ ſedis poſſint iuſſiõibus obuiare. Si qua ſunt inter electores pacta ſiq; conuentiones. Non tamen impe rium ſummi pontificis elidunt. Cui diuino iure debetur obedientia. Nec electoꝝ uel iuramẽta uel pacta Dietheꝝ compræbẽdebant qui nundũ erat elector neq; inueſtitus neq; conſecratus. Aut ſi elector fuerat amiſſa eccleſia di gnitatem eam perdiderat apoſtolica auctoritate priuat? Magnus error ſeruanda ſibi iuramenta Dietherus etiã depoſitus exiſtimat quæ ipſe fœlix ſummo & in dubitato põtifici non ſeruauit & plus ſibi a ſuis ſubditis q ſubditi

esse desierunt quam suis superioribus a se præstandum arbitratur: & quasi nõ uideat suũ periuriũ falso alios arguit de periurio fidem requirit qui fidem non tenuit. Sed quoniam se non cõuictũ ait & modis inauditis uexatum: quãuis satis & suis uerbis & suis litteris conuictus est: quia tamen hic nodus est potissimus omniũ suarũ quærelarũ: immorabimur paululum circa hunc locũ & ad ea reuertimur quæ ab inicio de iudiciario processu indiscussa reliquimus Auditur ubiq; Dietherus clamitans quia nõ uocatus non auditus apostolica sentẽtia priuatus fuerit. Spreta esse diuina & humana & naturalia iura dicit: & honestã obseruãtiã uiolatam audiunt hæc non sine admiratiõe: & sunt qui eũ indigna passum arbitrãtur & miserentur eius: & nos accusant qui iudiciarium processum idest ordinariũ iudicioꝝ ritum & modum nõ seruauerimus qui cõmunis est apud reliquos iudices. Cõfidimus tamen eos qui nostra legerit scripta mox sententiã mutaturos Intellecturosq; luce clarius eum seruatum esse iudiciarium a nobis processum qui fuerat ĩ hac causa secundus. Iusticiæq; & hõeste obseruãtiæ abunde satisfactum. Ad quas res mãifestius cognoscẽdas Illud imprimis considerare oportet: quod alia sunt prĩcipum iudicia alia inferiorum. Non tãta est cuiuslibet Episcopi auctoritas quanta & romani: qui princeps est & caput ecclesiæ & rector & gubernator apostolicæ nauis & christiani ductor exercitus. Aliorum Episcoporũ certis limitibus potestas includitur romani præsulis dignitas nullis coarctata finibus inuenitur. Cui plenitudo permissa est potestatis & dominici gregis insolidum cura mãdata: dicẽte domino ad Petrum. Pasce oues meas & iterꝝ. Quodcũq; ligaueris super terram erit ligatum & in cælis. Licitũ est beati Petri successori & iesu christi uicario & cum ordinario processu uniuersali ecclesiæ & gregi sibi cõmisso bene consulere nec

aſtringitur humano iudicio qui ſupra humanas leges diui
no eſt conſtitutus arbitrio. Nec proceſſibus iudiciariis eſt
obnoxius qui proceſſuum nodos ſtrīgere poteſt: & ſoluere
Infra Papam eſt omnis humani iuris auctoritas: nec legū
ſolemnitas expectanda eſt cū princeps iudicat & præſertim
romanus pontifex: qui eſt omnium principum primus ac
maximus: ab ipſo deo ſuper omnes homines ordīatus: cui
ſola ueritas imperare debet: quia ſola eſt ueritas principi
princeps: fatemur quia non licet a ueritate principem rece
dere nec excuſabilis fuerit qui contra ueritatē fecerit quæ
principi domina eſt ac magiſtra: & deo reſiſtit qui ueritati
reſiſtit. Nam & deus ipſe ueritas eſt quem ante omnia iu
dicem intueri oportet: & propter ueritatem exquirendā uo
cantur ad iudicem qui accuſantur: nec ulla poteſtas a deo
premīet cui liceat cōtra ueritatem iudicare: nec alia decau
ſa uel auditio uel alia iudiciorum ſolemnitas īuenta eſt ni
ſi ut ueritas reperiatur: & tuta ſit inter improbos innocen
tia: ideſt ne ſine culpa plectatur impotens. Quod ſi ueritas
inuenta eſt nec dubium eſt de crimine & ſtant nota omni
bus rei ſcelera & ipſa puniēdi mora damnoſa eſt et rei. p. pi
culoſa. Quis non ītelligit ea prīcipem dimittere poſſe quæ
ſeruata nocēt: omiſſa proſunt. Quis ea ſolemnia dixerit ob
ſeruanda quæ propter exquirendam ueritatem inuēta: ue
ritatem ipſam occulūt atq; impediunt. Sed hōeſtam obſer
uantiam obiicit Dietherus et uiolatam a nobis hōeſtatem
uidetur aſſerere quia nō fuit uocatus: honeſtas utiq; læſa
eſſet ſi et ueritas impugnata. Nihil honeſtum quod nō ue
rum et honeſtiſſima eſt ueritatis facies: huic ſeruiendum
eſt hanc nos ſecutos eſſe iam ſupra oſtenſum eſt ubi ueriſ
ſima eſſe monſtrauimus ea crīmīa quæ Dietero ſunt obie
cta. Non eſt igitur honeſtas: læſa aut obſeruantia iuris uio
lata: ſicut paulopoſt dicemus. Sed diuīa hic iura repetūtur

et naturalia fatéur hæc iuiolabilia eſſe. Nec nos iuri natu
rali aduerſamur neque diuino: naturale eſt ut ſe quiſque
uitã corpuſq; tueatur. Non tollimus hoc ius patebit omni
Diethero iuſta defenſio. Si ſe iuſte potuerit aut defẽdere
aut excuſare. De iure diuino aliquid eſt dicendũ q; Diethe
rus pro ſe adducit & uiolatum a nobis aſſerit facile cõtra
eũ ſua iacula retorquebimus ubi eſt hoc diuinuũ ius. Lex
ne Moiſayca eſt an euãgelica: deus ĩquiũt aliqui. Adam uo
cauit & audiuit priuſquã trãſgreſſiõis reũ eicerit e paradi
ſo: & in Caym ſentẽtiã laturus. Caym ĩquit ubi eſt frater
tuus? & iterum quid feciſti? audiuit reũ ãteq̃ cõdemnauit
multo magis & nobis inauditos damnare nõ cõuenit. Pul
chra comparatio: ſciebat deus Adam & Caym ſuas manus
effugere non poſſe. Nec erat in mora periculũ alia dei iudi
cia ſunt alia hominum: illius ſentẽtiam declinare nemo po
teſt humanæ cenſuræ ſæpius eludũtur: Diethẽrus ſi cum
eo ordinario modo proceſſiſſemus per uarias dilationes &
ſubterfugia. Non ſolum eccleſiæ Maguntinæ uerũetiam
romanæ & uniuerſalis pernicioſa & ſeuiſſima paraſſet incẽ
dia: quorũ inpleriſq; conuentibus iã ſemina iecerat apud
Norimbergam & Bambergam habitis quæ repẽte & cau
te: neceſſe fuit extinguere priuſq̃ coaleſcerent. Nota erant
nobis peſſima eius conſcilia & damnabiles cõatus neq; quo
tenderet eius iniquitas ignorabamus & manifeſtiſſima ſe
ſe offerebant delicta. Tunc uocatio rei neceſſaria eſt. Tunc
eum audiri qui accuſatur requirit honeſtas cum de crimĩe
dubitatur nec mora piculum habet. At cũ manifeſta ſunt
accuſati opera notorii exceſſus notoriæ culpæ notoriũ factũ
& in iudicio protelando diſcrimẽ adeſt: & licet profecto: &
ſemper licuit & ſatius eſt uocatiõe poſt habita & aliis iuris
ſolemnitatibus omiſſis ad ſententiã properare. neq; nobis
uerba domini ad Abraam quiſq̃ obiiecerit cum ait clamor

ſogdomorum & gomorreorū multiplicatus eſt & peccatū eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam & uidebo utrū clamorem qui uenit ad me opere compleuerint an nō: ut ſciam exēpla ſunt iſta non leges. Multa ſunt dei opa quæ admirari magis conuenit quā imitari. Sed amplectamur hoc quando ita placet exemplum deus omnipotens cuius oculis omnia ſunt aperta: deſcendam inquit & uidebo an clamorem qui uenit ad me opere cōpleuerint an non: ut ſciā quid hoc eſt. An ignorabat deus ſogdōitarum opera Nemo id dixerit. Norat igitur: quid ergo. ut hominem ī ſtruat loquitur ut homo incertitudinem facti præmittit rem dubiam in medio ponit ueritatem inquirit angelos mittit qui cōtūaces populi facta īſpiciāt: et cognito pecato ſtatim ſecuta eſt ultio. Quid nos? Nunquid huncipſum modum ſeruauimus an mīus an plus egimus? multo ſa ne mitius actum eſt a nobis quam norma huius exempli iubet. Qui non in re dubia ſed īcertiſſimis ac notoriis ex ceſſibus & grauiſſimis criminibus īquiſitionem fecimus quæ non erat neceſſaria. Multiplicatus eſt clamor cleri & populi Maguntini coram nobis de malo & iniquo regimi ne Dietheri. Venientes expartibus illis ad romanā curiā crebro rumore & enormia eius facta referebant. Aiebant eum quanq̄ uicini de rebus pro quibus contētio quædā interceſſerat iudicium offerent illis tamen bellum intul liſſe inquo ſupra centummilia floreōrū expoſuerat ultra dāna quæ paſſa eſt eccleſia ī ſuis agris ſua culpa: regiōes ad iacētes īcēdiis ſtupris rapinis homicidiis maliſq; omnibus fuiſſe uexatas & maxime in agro Vormacienſi inquo die una ſabati ſupra ſeptē uillas eius militia cremauerat: nec ſenibus nec mulieribus pepercit quoꝝ ſanguis etiam ī ec cleſia fuſus fuerat: & in maius altare defluxerit uicinos q; rubricauerit parietes. Aiebant & ſancti Cyriaci eccleſiā

ſiam Dagoberti frācoꝝ regis memorabile opus non ꝓcul a muris Vormocīenſibus ſitam his incendiis cōflagraſſe magiſtrū qꝫ curiæ Dietheri ſparſis pulueribus bōbardaꝝ ne quid euaderet ignem conieciſſe nec propterea tanquā ſacrilegum & excommūicatū a diethero repulſum: ſed inter primos dilectum & honoratum cum quo etiam hodie moram trahere dicitur. Aiebāt dietherum qui modo ſine iuris ordine damnatum ſe eſſe conquerīt paſim ſubditos ſuos nō modo ſine proceſſu uerumetiā ſine exceſſu ſine culpa ſine cauſa in carcere trudere in exilium mittere bonis patrimōialibus ac beneficiis eccleſiaſticis ſpoliare euerberare mulctare uariiſqꝫ modis afligere: & tanq̄ tiramnū ſola uiolentia cum ſubditis agere. Aiebant omnia quæ ſupradiximus de ſymonia de periurio de machīamentis cōtra romanā eccleſiam delegato apoſtolico inhonorato de Imperatore monito de paruipenſione cenſurarum: qbus īnodatus publice ſe diuinis īmiſcet officiis ueriſſima eſſe & inpartibus illis publica atqꝫ notoria: neqꝫ hoc duo uel tres: ſed plurimi cateruatim & ſacerdotes & laici eadē nobis cōſtanti ſermone affirmabant. Quæ quāq̄ nobis etiā aliunde notiſſima eſſent: uoluimus tamē exemplo domini deſcendere & uidere an uerus eſſet rumor quem ueriſſimum eſſe nō ignorabamus: miſſimus nūcios noſtros uelut angelos qui omnia īſpicerēt & ipſum dietherum qui ſe non auditum aſſerit audirēt. Inſpexerunt audiuerunt inuenerunt maiora que dicebantur. Scripſerunt nobis fidelem relationem fecerūt: & quod antea nobis erat notorium: amplius atqꝫ amplius notorium reddiderunt. Quibus omnibus diligenter pēſatis & animaduertētes quod ī ordinario proceſſu periculum īminebat. Super notoriis īnixi crimīibꝰ atqꝫ exceſſibꝰ Dietheꝝ eccleſia Magūtīa duximꝰ amouēdū & amouimꝰ ſiue amotū eſſe declarauimꝰ

Scientes quod in notoriis neque uocatio neque auditio ne que ſolemnitas alia expectanda eſt:& præſertim cum prin ceps iudicat qui primus eſt omnium maximus:cui ſola ueritas & domina eſt & magiſtra.Sed in ſuis litteris.Di etherus.Quod ſi ipſe tali modo priuatus non adiuuare tur initium eſſet peſſimum & tale quod nemo in ſuo ſta tu ſecurus eſt.Tutela ergo ut ei uidetur protectio princi pum ordinarius eſt proceſſus.Tēue hoc & debile mū imē tum:parua ſecuritas minima fiducia:Securus ſum īqui et princeps nobilis & deū timens quia nō priuabor domi natu abſq; tela iuris ordīaria:tuebor me dilationibus mo ra iudicium ſubterfugiam ipſa meis rebus conſulet proli xitas temporis.Citabor itineris difficultates allegabo di- lationes obtinebo inexceptionibus & replicationibus lōga præteribit ætas.Interea uel accuſator morietur uel iudex uel ſi me deus uita exemerit iudicio etiā exīet:uana ſunt hæc & improbi hominis ratiocinia & infirma ruētis ædifi cii fundamenta:nō his nugis ſolidus eſt principiū ſtatus iuſticia & innocentia & amor ſubditoꝝ & religionis zelus diuturnitatem principi præſtant:iniqtas nullis armis de fendi poteſt:impietatem nulæ ſaluabūt techne:corruere tandē oportet eos q male agūt & cū ſe tutiores exiſtimāt tum maxime periculo proximiores habētur: uidiſſe ſe in quit propheta impium exaltatum ſuper cedros libani & tranſiuiſſe & non inueniſſe nihil ſtabile eſt quod uiolētū eſt atq; iniuſtum nec ſimul habitāt ſecuritas & iniquitas Dietherus ſuam cauſam cū aliis Epiſcopis ac principibus cōmunem conatur efficere.Sed quæ communitas cū piis impio:quæ ſocietas iniuſto cum iuſtis:atq; tandem hære ditas emācipato & electo dānatoq; filio.Cum his q patri obediētes in eius poteſtate pſeuerant:non agimus de prī cipibus ſecularibus quos Impatori ſubiectos nouimus &

ad eū in his quæ tēporalia ſunt remittimus Nec Epiſcopos
ullos audiuimus uel in Germania uel in alibi ea in ſubdi
tos tyramnide uti. Aut in apoſtolicam ſedē rebellione: aut
in deum impietate qua uſus eſt Dietherus. Aliorum mitte
regimen huius intolerabile aliorum obedientiam huius cō
tumaciam aliorum erga deum omnimodam reuerentiam
huius contēptum & uilipendium omnes norunt: qui publi
cæ excōmunicatus ī eccleſia dei ſe præſentare & ſacris alta
ribus hærere dum res diuina peragitur non modo nō eru
beſcit ſed uerbis & litteris gloriatur. Non eſt igitur cur ca
uſam ſuam reliquis adiungat Epiſcopis. Nec Dietherus is
eſt: qui poſſit Epiſcopis comparari qui per conſecratiōem
cum ſuis eccleſiis matrimonia conſumarunt & illis perfec
te coniūcti ſunt nō tam difficilis eſt electoꝝ quā epiſcopoꝝ
depoſitio. Dietherus nec conſecratus eſt: nec regalia ut mo
ris eſt ab ī patore conſecutus. Atq; idcirco nec princeps nec
Epiſcopus fruſtra ſuā cām cū his iūgit: qbus nec dignita
te nec īnocētia pōt æquari. Sed qd reges ac maximi princi
pes dicent. An cum Diethero ſentiēt? Quid ſi uel Dux: uel
Marchio uel cōes alteri ſubeictus ī caput ſui principis ſtru
xerit īſidias: peracturuſq; ſcelus omnino uideatur niſi do
mus eius & ipſe in ea cum coniuratis nō uocatus non audi
tus īmiſſo raptim igne concremetur. Quid faciet rex in ta
li periculo? quid alii principes agēt? quis ille conſultor erit
qui comperto facinore & oſtenſo diſcrimīe mane mane rex
dicat: mane paululum princeps: uoca reum: ordina iudiciū
exanima teſtes: audi quæ cōtra dicūtur: da ſpatiū defenſio
ni: profer demum pro tribunali ſentētiam: quis aut dabit
aut accipiet hoc conſilium? Apud romāos qui latinas leges
primi ediderūt multos ciues ſedicioſos & de re publica ma
lemeritos qui res nouas ac periculoſas moliebātur non uo
catos neq; ordīario ꝓceſſu dānatos ī medio foro cōmotus

ad arma populus trucidauit quos poſtea ſenatus iure fuiſ
ſe cæſſos declarauit:& bũana ſimul & diuina multa in hac
re ſeſe offerunt exempla.In cælo cũ cogitaſſet ĩ corde ſuo
Lucifer ſedẽ ſuam ab Aquilone collocare & ſimilem altiſſi
mo ſe reddere nõ citacio uel auditio:ſed prælium cum dra
cone legitur & uĩcente Michaele ſubitanea Dracõis & ange
lorum eius eiectio.Cumq; uidiſſet deus tẽpore Nohe mul
tam eſſe hominum malitiam & pœnituiſſet eum feciſſe ho
minem atq; omnem carnem delere ſtatuiſſet uocato tantũ
Nohe uiro iuſto per quem genus humanũ conſeruaretur
reliquos omnes ĩauditos & minime citatos ĩmiſſo diluuio
pdidit.Rurſus murmurãte populo cõtra Moyſen & Aarõ
indeſerto ac dicente uos interfeciſtis populum domini cũ
oriretẽ ſeditio & tumultus ĩcreſceret nõ ne fugiẽte Moyſe
& Aaron ad tabernaculũ immiſſo diuinitus ĩcendio ſupra
quattuordecimmillia homĩum ex populo abſq; ulla citatio
ne perierunt.Quid Moyſes ipſe cum ex monte deſcendẽs
conflatilẽ uitulum ĩueniſſet.Nunquid uocato tantũ Aaron
accerſitis ad ſe filiis leui:mandatũ dedit ut euaginatis gla
diis per caſtra diſcurrentes occideret unuſquiſq; fratrem
& amicum & proximum ſuum quo facto uiginti & tribus
millibus interfectis conſecraſtis ait manus ueſtras hodie
domino unusquiſq; in fillo & fratre ſuo ut detur uobis be
nedictio:nec tamen citatio ĩteruenit aut proceſſus iuris or
dine ĩſtitutus.Cum ſurexiſſet in populo iſarahel homo ini
quus dixiſſetq; non eſt nobis pars in domo Dauid neq; hæ
reditas in filio Yſai & ſeditionem cõmouiſſet.Non ait Da
uit uocemus homĩem interrogemus audiamus iudicium
ordinarium inſtituamus.Sed accerſito militiæ duce nunc
inquit magis afflicturus eſt nos Siba filius Bocri quã Abſa
lon:tole igitur ſeruos domini & perſequere eum.Ne forte
iuẽiat ciuitates mũitas:& effugiat nos Ille ĩ Abela occiſſus

eſt a populo & caput eiꝰ p murum Ioab traditum. Multa ſunt in hunc modū exempla: q̄uis Dietherus inſolitum eſſe ait ſine ordīario proceſſu damnari quempiam etiam ſi notorius ſit exceſſus. En Diethere iterū te alloqui libet Nouum eſſe ais: inſolitum: inauditum. Sine uocatione: ſine proceſſu iudiciali: ſine iuris ſolemnitate: aduerſus aliquem ferri ſententiam: aut eccleſia uel domino priuari. Parum certe legiſſe uideris nedum ſacras litteras: ſed ipſos etiam canones ignorare: ſecundum quos uita debet ordinari pontificum. Non ſunt remota exemplа non aliena: non ut dicis inaudita: non extra nationem tuam non extra ꝓuintiam non extra dioceſim in qua natus es duobus de romão Imperio ī Germāia quæ tibi patria eſt cōtēdētibus Octone atq; Philippo & utroq; ſeſe electum aſſerente refert Innocētius tertius anteceſſor noſter legatum apoſtolicum in his partibus agentem denunciatoris officium exercentem ab Imperii peticiōe Philippum deiecisſe neq; auditum & probās legati factum: ſunt ēim notoria inquit impedimēta ducis ideſt Philippi deiecti excō municatio publica: periurium manifeſtum & perſecutio diuulgata: quā progenitores eius & ipſe præſumſerūt in apoſtolicā ſedem & alias eccleſias exercere. In tua natiōe hoc actum eſt & in uicīa Gallia de lothario ſcribit Nicholaus ad Caxolum regem cuius ille nepos erat q; in manifeſtis calliditate accuſantium non oprimitur reus. Nec tergiuerſatiōe proprium nomen celatur. Cum ſua culpa ſponte ſe oculis omnium ingerat & quod ī talibus iudiciarius ordo non requiritur qui ideo tantum eſt inſtitutus ut nec īnocentia inſidiis pateret aduerſantium: nec culpa delinquentis ſententiam effugeret iuſti examinis. in Gallia hæc & in Germania geſta ſunt: gallicam & germanicā nationem Magūtina cōtingit eccleſia: res tibi propīquas

narrauimus: ꝓpinquiorem cupis non deeſt. Idem Innocẽ
tius cuius pauloante meĩmus cũ Hil deſemẽſis Epiſco
pus ad Herbipolenſem eccleſiã poſtulatus eo ſe trãſtulis
ſet non expectata ſedis apoſtolicæ uoluntate illico ei man
dauit: nõ citato aut uocato: ut adminiſtratiõnẽ Herbipo
lẽſis eccleſiæ pœnitus relĩqueret: & priuatum eũ propter
tallem exceſſum quẽ non poſſe notorium nõ eſſe dicit: pri
ori eccleſia declarauit. Non extra orbẽ hæc acta ſunt aut
in Aſia aut in Africa in Maguntina ꝓuincia utraq; Eccle
ſia ſita eſt. Et tu ſi quam opam uiri põtificio dediſſes ſcri
ptum hoc eſſe Magũtino pontifici cuius te ſucceſſorẽ fal
ſo iactitas inter decretales epiſtolas reperiſſes. Quid ais?
quo te uertis? An ſatis ꝓpinqua tibi exempla commemo
rauimus? Accipe propinquiora in ipſa eccleſia Maguntĩa
quam tuam eſſe dicis. Vormacienſis Epiſcopus ſeipſum
intruſit tanq̃ poſtulatus eſſet a maiori parte capituli: &
inconſulto rõano põtifice adminiſtrare ſpiritualia & tem
poralia cœpit. Legatus apoſtolicus nõ uocati neq; auditi
poſtulatiõem caſſauit quãuis ad cautelam nõ ex neceſſita
te teſtes aliquos examinauit. Laudat Innocẽtius Põtifex
maximus cuius ꝓpinquante mẽtio facta eſt legati factum
q̃uis ſolẽnia iuris omiſerit: dicens exceſſus notorius exa
minatiõe nõ ĩdiget. Idipſum affirmat Alexander tertius
noſter ãteceſſor qui ad Archiepiſcopũ Ianuenſem ſcribẽs
ſi factum eſt inquit notorium nõ eget teſtium depoſitiõi
bus declarari: cum talia probatiõem uel ordinẽ iudiciariũ
non requirant. Et ambroſius ille uir ſanctiſſimus Medio
lanenſis eccleſie pontifex: Manifeſta ĩquit accuſatione nõ
ĩdigent: aduerſus Philippum Ducem: aduerſus Hildeſe
nenſem & Vormaciensẽ Epiſcopos qui te longe maiores
& digniores fuerũt neq; auditos neq; uocatos latas fuiſſe
ſentẽtias oſtẽdimus & tu ais rem inſolitam eſſe: & ſæpe

diuinum ius in medium adducis. Cuius te prorsus ignaꝝ non ignoras. Neq; enim idcirco de iure diuino uocationem dicere oportet quia deus Adam & Cayn uocauit priusq̄ dānauit quādo & alios plures absq; uocatione dānatos accepimus: exempla supius anotauimus: qbus & illa sunt adiicienda. Retro respexit uxor loth contra præceptum domini nec uocata uel audita est anteq̄ puniret: sed mox instatuā salis uersa inobedientiæ pœnas dedit. laudatur fines eleazari filius nepos Aaron qui Zambri cum scorto madianitico fornicantem nullo præcedente uel iudicio uel ꝓcessu interemit qa publica erat dei offensio & notoria. Et beatus apostolus Paulus uas electionis cui notissima erāt diuina iura absentem Corinthum nō auditū neq; citatū excōmunicauit quia nouercā suā uxoris loco publice teneret. Multa possent in hunc modū facta recenseri quæ nō sunt necessaria in re manifesta. Explorati enim iuris est ī excessibus notoriis ꝓcessum ordinarium nō requiri: nec sedes apostolica reos consueuit in manifesto crimine quādo timetur ex citatione periculū: nec deus in ueteri uel in noua lege necessitatē citationis imponit his qui iudicāt. Insontes & iustos occidi ꝓhibet & iuste iudicare iubet & a uero non deuiare hæc diuina lex est: & naturalis & ciuilis quæ præcipit. Ne cui fiat iniuria ne quispiam damnetur innocens huic nos subiecti sumus nō negamus: neq; nos hāc ulla ī parte uiolamus: siue diuinam siue hūanā legē dicere uolumus: manifestū & notorium reum: & supramodū nocentē condemnauimus neq; quidem nō uocatum ut ipse ait: sed uocatū cōmonitū reqsitum: iureiurando adactum ut ad nos uēiret & se coram nobis ostenderet. Nam cur nos eū intra annū ad nos ut uēiret iuramēto astrinximus nisi ut eius uitam eius mores & eius opa examinaremus & an bene in eius ꝑsona cōsultū esset Magūtinæ ecclesiæ plane cognoscerēus

An hæc citatio eſt & pluſ quã citatio. Noluit uenire iuratus & ueniſſet citatus: magna hæc uocatio fuit & tamen ſpreta eſt magna monitio & irriſia magna requiſitio & uilipenſa. Quid hic ais Diethere? Audes ne te nõ citatũ aut non audi tum dicere? quãdo iureiurando aſtrictus ad nos uenire & te nobis offerre id neglexiſti nõ auditus es quia noluiſti au diri fuiſſes auditus ſi uẽiſſes uocatum te negare nõ potes q̃uis non es uocatus ad audiẽdam ſententiam tuæ priuatio nis ſatis fuit te iuramento uenire aſtrictum nõ uẽiſſe quã do ita notori a ſunt tua delicta: ut nulla poſſint tergiuerſa tiõe celari. Audiuiſti ne Philippi ducis impedĩenta quæ illũ ab imperii peticione deiecere. Attende ſi non attẽdiſti. Eadẽ te præſidere in eccleſia Maguntina prohibẽt quæ nam illa ſunt? excõmunicatio publica p̃iurium mãifeſtum perſecu tio eccleſiæ uulgata. Quid ais nunquid hiſdem laboras im pedimentis? de periurio & excõmunicatione habũde ſupra dictum eſt de p̃ſecutione etiam aliquid attigimus ſed non tantum quantũ tua meretur rebellio. Volumus tibi parce re ſed nõ peperciſti tu ipſe tibi: qui per tuas litteras quas nõ ſolum in aliis locis ſed inualuis eccleſiæ Magũtinæ ut affi gerent curaſti palam profeſſus es: mandaſſe te utĩ domi niis ĩ quibus aliq̃d poteſtatis habes: apoſtolicæ litteræ præ ſentari aut publicari non debeant his qui ſecus agerent cũ alias pœnas tum mortem cominatus. Ommittimus q̃bus modis: & quanq̃ crudeliter eos p̃ſecutus es qui nobis ĩ ec cleſia Magũtina obedientes fuere ĩquos ferro & igne craſ ſatus es & omnia temptaſti ut eccleſiæ romanæ auctoritatẽ & gloriam funditus euerteres. Non eſt igitur cur mirere te priuatum eſſe Maguntina eccleſia etiam nõ auditum ne que citatum quãdo notoriæ ſunt offenſæ tuæ & adeo graue ut nõ dignitatem modo ſed uitam quoq; auferre debuerĩt & multo maiores q̃ tu es abſq; ordĩario p̃ceſſu apoſtolicæ

ſedis iaculo uulnerati & deiecti fuerunt. Sed opē & aſiſtē tiam imploras principium & rogas ne iniuſtitiā præuale re permittāt. Idē nos petimus & ad uos iteꝝ uenerabiles fratres: ac dilecti filii uerba cōuertimus. Iniuſtitiam Die theri & opera ſua cognoſcitis. Nolite ferre ut contra deū & iuſtitiā in aliena eccleſia præſideat. Iuuate ſponſū eiici te adulteꝝ nec ſinite ulterius Sanctam ac nobilem eccleſi am ab hac ſingulari fera per uiolentiam & tyramnidem laniari uaſtari adnichilari. Scitis quia noſtrum eſt de pon tificalibus eccleſiis iudicare. Sequimini iudicium noſtrū: qui non abſq; maximis & urgentiſſimis cauſis ad priua tionem Dietheri proceſſimus: neq; ad eam deueniſſemus niſi & Magūtinæ & Romanæ atq; uniuerſalis eccleſiæ uti litas ac neceſſitas id poſtulaſſet. Quod ſiquis dixerit hoc modo Magūtinum & clerum & populū multis expoſitū eſſe calamitatibus & illā eccleſiam crudeliter: & inmaniſſi me uexari propter ea quæ ſecuta ſunt bella. Dicimus non potuiſſe nos diuinare: quod palatinus Comes propter ali qua eccleſiæ caſtella & oppida aduerſus iuſticiam arma ſu meret. Nec erat credibile nobilē principē uſq; adeo termi nos honeſtatis egredi ut & Magūtinam eccleſiam ſuis bo nis ſpoliare: & romanā ſedem impugnare uellet. Quod ſi reuerentia eius non interueniſſet iam Dietherus cædere ſtatuerat: & parua contentus ꝓuiſione liberā dimittebat Adolfo eccleſiam. Solus palatīus mala ductus cupiditate concordia impediuit & pacem illaꝝ partium: non ſine ſuo dedecore atq; infamia perturbauit. Illud autem ſcimus ꝙ per hāc Dietheri priuationē multa impedita ſunt machi naméta peſſima quæ aduerſus apoſtolicam ſedē & ipſum Romanum Imperium parabantur grauia ſunt nō nega mus mala quæ Dietherus priuatus eccleſiæ Magūtinæ & uicine intulit regioni grauiora & maiora non priuatus

intuliſſet. Et ipſam Maguntinam eccleſiã q̃uis modo patiẽ breui tamẽ reſpiraturam putamus cui tanq̃ peculari filiæ auxilare manum nunq̃ detrabemus: neq; palatinum comitem exiſtimare poſſimus in hoc ſuo errore diu manſurum quãdo abſq; ſuorum conſiliariorum ſententia Diethery ad iuuare decreuit recognoſcet cito ſeipſum arbitramur & ſuam potius nobilitatem quã Dietheri rebellionem ſequetur Sed reuertamur ad litteras: quibus hæc reſpõſio ĩſtructa eſt adiicit ulterius in ſuis litteris Dietherus ſe iuri ſtaturum corã Impatore: corã electoribus Impii & corã multis aliis quos nominat aut coram uno eorum: & adimpleturum quicqd ab illis aut eorum aliquo per iuſticiam fuerit diffinitũ effi cere eum debere: et ſi paratum hoc uideatur oblaturum etiam maiora ſe pollicetur & hoc ideo ſe facere dicit ut quilibet intelligat dimembrationem deſtructionem ſanguinis effuſionem & alia mala ſuæ eccleſiæ & omnium ſe abhorrere: pulchre loquitur optima uerba. Si mens his conſona eſſet ſed neq; dicta neq; ſcripta cũ animo cuncurrũt. Aliud ore ꝓmptum eſt aliud in corde latet: fauores ſibi & blandas aures his artibus mendicat. Quippe ſi Magũtinæ eccleſiæ dimembrationẽ aborruiſſet ut ait oppida illa munitiſſima & opulenta quæ ſupra centũmillia auri nũmum nõnulli exiſtimant palatino comiti ut arma ſecum iungeret minime tradidiſſet ſi nõ fuiſſent ex animo ſuo incẽdia rura quãplurima & ſacras ædes non iuſſiſſet exuri. Sed neces hominũ & ſanguinis effuſſionem ægre intueretur: non ſumpſiſſet hoc bellum aduerſus apoſtolicã ſentẽtiam quod non poteſt nõ cruẽtum eſſe. Vidimus ſuas epiſtolas uni ex amicis ſuis ꝓpria ſua manu exaratas quibus magnope ſe iactitat & gloriatur ꝙ multas uaſtauerit & incẽderit uillas & maiora minatur his qui ſuæ rebellioni nolint adherere & quaſi leonis ĩmaniſſimi ac ferociſſimi Draconis oſtendit animũ: & q̃uis

minarum & cædis plenus exiſtat cenſuris grauioribus ino datus anathemate ꝓcuſſus extra eccleſiam factus: id sīgu larem tamen ſibi laudem exiſtimat quod cum clero Magū tino uel coacto in eccleſia cātat & diuina ꝓſequitur officia: atq; id ſerio triūphat & in eo ſe magnope laudat nō anīad uertens quantam deo contumeliam irrogat & quāta ſe cu mulat ignominia more perfidi peccatoris: qui cū ī profon dum malorum ꝓuenerit contemnit. Sed arbitratur offeré do iudiciū querelis ſeſe ōnibus ſatisfaciſſe. Multos offert iudices iam iudicatus de iudicio iudiciū de ſentētia ſentēti am quærit: damnatus eſt & iuſte damnatus. Super notorio exceſſu lata eſt ſententia: de manifeſtiſſimis & atrociſſimis delictis iudicium prodiit: & a ſuo iudice & a prima ſede re probatus eſt Dietherus & tamen audet grauatum ſe dice re & iniuſte damnatū. Cōmune hoc uiciū é nemo ſeipſum accuſat nemo ſententiam contra ſe latā probat. Dietherus tamen ſi conſcientiam ſuam ītuebitur & uerum fateri uo luerit nihil horū negabit quæ per nos dicta ſunt & uos uel paululum inueſtigabitis facta eius notoria eſſe: crimina in telligetis propter quæ ad ſuam priuatiōem uentū eſt: Ipſe ſi ſapiet acquieſcet iuditio noſtro nec ꝓget ulterius uexare Maguntinā eccleſiā: ſed pacē illi dabit: quæ prima porrexit infanti diuini lactis ubera & chriſtianū eum effecit: nec ſe ſinet ulterius malis cōſiliis deprauari. Veꝝ qa ſe appellaſſe a nobis male informatis: ad nosipſos bene informandos aſſerit ut ſupra retulimus: & in litteris quas ſacro collegio de biſdem rebus ſcribit ſeipſū corrigens appelationem hāc uerius ſupplicationē nominandā affirmat & audiētiam pe tiit. Dicimus noſtrum non eſſe ſupplicantiū præces nō au dire: ſupplicanti ſibi nunq̄ denegabīus audientiā: & bone ſta petenti nunq̄ erunt aures noſtre clauſe. Neq; Diethe- rus neq; alius quiſq̄ ea quæ iuſta fuerint a nobis fruſtra

reqret. Sed arbitramur Dietherꝝ his artibus ſubterfugia querere & inique ſuæ cauſæ mendicare fauores neq; id eſſe in corde quod in ore quemadmodū opera ſua palā oſtēdunt qui nō ſolū eccleſiæ Magūtinæ agros deuaſtat atq; incendit: ſed uaſtare & īcendere gloriatur & pulchrū ducit illā eccleſiam uexare et ad ruinā deducere quæ ſe uſq; in hanc ætatē pie ac benigne nutriuit. At uos fratres ac filii præſtantes quos ſincero corde & mente pura diligimus audiuiſtis & ipſum & nos: & iam nō ignorare poteſtis ubi ſit ueritas Iudicium noſtrum ante oculos ueſtros ponimus aſſiſtite apoſtolicæ ſedi matri ueſtre: & maguntinæ eccleſiæ afferte ne pereat in manibus adulteri. Iuuate ne tot animæ ſub ex cōmunicato & damnato homine periculū ſubeant: Adeſte ſententiæ contra impium latæ. Non potuit habere pacē domus Dauid niſi Abſalon filius eius in bello cōtra patrem caderet. Nec maguntina eccleſia pacabitur niſi Dietherus auferatur ab ea: date manus eiicite peſtē neq; miſereamini eius qui ſui non eſt miſertus. Nolite illi eſſe amici qui deo eſt inimicus: piurus eſt ut diximus & hoſtis eccleſiæ Romanæ: Non eſt crudellitas hunc expellere ex aliēa domo q alium de ſua cōatur eiicere pium erit in hac re fuiſſe crudelem: Sicut pia fuit Heliæ auſteritas & beati petri ſeueritas quoꝝ alter bis qnq̄genos igne cōſumpſit: alter ananiā & Saphiram ſubita morte damnauit: Expedit eccleſiæ iudicium facere eccleſiaſtico teſte: qui ait ex eo q̄ non cito profertur contra malos ſententia abſq; ullo timore ꝓpetiunt̄ filii hominum mala. Aniaduertimus conſcilia & opera Dietheri uidimus malignos eius cogitatus ex factis quæ ſecuta ſunt priuauimus ipſum ueriti ne āplius iniquitatē eius tolerantes qua deum cōtemnit dei erga nos iram ꝓuocare mus: dicente Auguſtino ſi ea de q̄bus uehemēter offendit̄ ulciſci differimus: & ad iraſcendū utiq; diuinitatis paciētiā

prouocamus: fecimus quod erat in nobis. ne Dietheri exẽplum alii ſequerẽtur. Nunc ueſtrum eſt curare ut apoſtolica ſentẽtia executioni demandetur. Adolfo electo auxiliũ præbere Maguntinæ eccleſiæ pie conſulere atq; ita efficere ut omnes nationes intelligant apud Germanos nobiles & potentiſſimos principes nullum eſſe aut peierãtibus aut excõmunicatis refugiũ. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum Kalendas februarii. Mcccclxi.

VI Epiſtola ſiue oratio Pii Papæ ſecundi ad de merita Sigiſmundi Malateſte & excõmunicationẽ eius.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & apoſtolicã benediciõem. Diſcipula ueritatis ac magiſtra fidelium apoſtolica ſedes pſeuerantes inobedientia filios omnibus tum cõmoditatibus tũ honorum inſignibus atque ornamẽtis cumulare contẽdit: Nec eos qui redeũt ab errore contemnit: ſed per benigne ſuſceptos toto caritatis ſinu cõplectitur. At quos iugo parentis abiecto uicioꝝ cæno ſine ſpe reditus in merſos agnoſcit eiectos de domo domini & ab eccleſia militanti præciſos acriter punit ac perſequitur. Eius ẽim qui rei. p. præſidet triplicem eſſe curam oportet Primam ne ſubiectos labi pmittat. Alteram ut lapſos in uiam reducat. Terciam ut affixos malo: & prorſus in corrigibiles ita coerceat ulciſcatur exterminet ut eorum pœna reliquos a peccato deterreat. Sic legum latoribus placuit latinis græcis hebreis. Sic nos docuit legifer noſter in euangelio: ihesus chriſtus qui diſcipulis ſuis uiam uitæ aperiens multis eos ſermonibus hortatus eſt. ut in caritate: in fide: in officio perſeuerarent. Et quoniam diſcipulus ille quem præcipue dilexit ĩteger uitæ ſceleriſq; purus: uirgo pmãſit

in æuum:de ipso inquit.Sic eum uolo manere donec ueniã & in cruce leuatus matrem uirginem uirgini commenda uit.Petro autem cuius negatio & abiuratio in euangelio legitur.& tu ait aliquando conuersus confirma fratres tuos:& Thomæ resurrectionis ĩ credulo.Infer digytum tuũ huc & uide manus meas & affer manum tuam ĩ latus meum & noli esse incredulus sed fidelis.At de iuda quẽ in õni neqtia confirmatum & iam membrum diaboli factum nõ ignorabat.Necesse est inquit ut scandala ueniãt.Sed ue homini illi per quem scandalũ uenit.Iudas enim æterno igni destinatus laqueo se suspendẽs crepuit medius.In Iohãne igitur & aliis compluribus dominica ualuit exhortatio ne corruerent.In Petro ac Thoma cõmonitio:ut lapsi resurgerent:In Iuda punitio ne cæteri delinquerent.Sed ecce iam alium nostro tempore Iudam nõ inferiorem scariotæ Sigis mundũ malatestam pditionis filium extra matrimonium natum turpiter educatum fediſſime adultum monstrum horrendum ingens:nulla uirtute redemptum a uitiis mendatiorum & totius iniquitatis mirabilem artificem qui nostram ætatem omni flagitiorum genere fœdauit:qui non flamineam tantum ĩqua natus est prouinciam:sed Picenũ sed Emyliam:sed Galiam:sed Italiam:sed Europã:sed omnẽ fere terraꝝ orbem turpissima ac teterrima sui nominis fama repleuit hunc nos non sumus hortati ut in bono pse ueraret quem nunq̃ inuenimus bonum.Non rogauimus ut uirtutẽ retineret quam nũquã cognouit.Nõ petiuimus ne fidem ne religiõem exueret:quam nũquã induit a puero a teneris ut aiunt unguiculis:uiciorum sectatus est iter quæ cum artubus secum creuere & cum annis peruenere ad summum.Nec quisq̃ unquam tam auide aut pecũias aut honores accepit quam hic nefandas libidĩes flagitiosas q; uoluptates cupide arripuit hausit imbuit .Itaq; turpi

ex puero turpiori iuuene uir turpiſſimus ac ſceleratiſſius euaſit. Nam quæ regio in terris tam remota tam barbara tam inacceſſa quæ huius perditiſſimi hominis immania & abhominanda ac nefanda ſcelera non audierit cognouerit damnauerit: Noſtras certe aures quāuis i nminoribus cō ſtituti flauianis quæ nunc Viēna dicit apud Danubii ripā moram traheremus turpiſſima ſigiſmūdi facta rumore tetro nō ſine infamia nominis italici ſæpius pulſauerūt. Nihil eſt enim tam uolucre quam ſcelerata fama delicti. Nil tam facilius emittit nil citius excipitur nil latius diſſipat At cum ī Italiam reuertiſſemus & primo Cardīalatus honorem mox ſummi pontificatus apicem non noſtris meritis ſed diuina diſpenſatione conſecuti eſſemus. Cumq; Mātuanum conuentum ꝓcōmuni ſalute indictum peteremus primo Florentiæ deinde Mantuæ ab hoc homine conuenti fuimus multumq; rogati ut pereūtis miſereri uellemus & afflicto pacē reddere. Hunc olim Alfonſus clariſſimus Aragonum ac Siciliæ Rex in bello quod aduerſus florentinos potētiſſimū Ethruriæ populum ſtruebat magno auri pōdere dato cōduxerat. Sed mox ab eo deceptus: ꝓditusq; eſt. Sigiſmundus enim nono inaratus auro ad florētinoꝝ florētes opes defecit & q̄uis florentinis parum fidelis fuerit. Alfonſi tāen conatus magna exparte ꝓfregit. Cuius cō ſilia prodicione ac transfugio in opinato præuenerat. Ob quam rem cum poſtea pax Italica conſtitueretur & fœdus uniuerſale ꝓcuteretur conſenſu omnium. Sigiſmundus q̄ regem ꝓdidiſſet extra fœdus factus eſt & puniendus regi dimiſſus. Alfonſus paulopoſt Iacobum piccininum copiarū ducem nō inſtrenuum aduerſus eum miſit qui iūctus Fedrico nobili Vrbinatium comiti: debitas pœnas a ſcelerato proditore repeteret. Cepto bello & aliquādiu ducto Alfonſus diem obiit. Fedrinādo filio nō ſolum regni Siciliæ: ſed

iuſti odii ac belli herede relicto. Cui facto haud diſſimile il lud Dauid fuit. Qui moriens Salomonem rogauit ne uel Ioab interfectorem Abner & Amaſe uel Semei: qui ſibi eũ ti ad caſtra maledixerat maledicione peſſima multos abire ſineret. Vrgebãt Piccininus & Fedricus hoſtẽ præmebãt ex terminabant nunc hoc nunc illud oppidum expugnantes. Multi quoq; ſua ſponte e Sigiſmundi ſubditis deficiebãt Cum neq; uim hoſtis neq; ſeuiciam domini ꝓferre poſſent Circũibat Italiã fractus animo Sigiſmundus & modo Ve netoꝝ opem: modo Florentinorum auxilia implorabat. Sup plex ſqualidus mutata ueſte tribũalia cuiuſq; prĩcipis adi bat ut ſui miſererẽtur: non ſine lachrymis ac ſingultibus orans. Sed nullum ĩuenit qui ferret opẽ latroni & ꝓditori nemo conſulendum putauit. Intellexit infœlix uerum eſſe ꝓuerbium quia non tam proditoris perſona placet quã ꝓ ditio Exercent aliquando proditores uiri prudẽtes: & boni diligunt nunq̃. Venerat iam Sigiſmundi dies iam irretita erat beſtia iam ceciderat in caſſes Leo: iam peccandi finem feciſſet. Niſi nos ei miſericordiã feciſſemus. Periſſet homo nefarius. Niſi nos ab eius capite periculum auertiſſemus Periſſet ex Italiæ periſſet chriſtiana pnicies piſſet orbis ue nenũ niſi nos communi omnium peſti abſtuliſſemus peſtẽ Sed decepit nos falſus hominis ſermo & compoſita fictaq; ad cõmouẽdam miſericordiã facies. Venit ad nos ſupplex flens eiulans habitu uultuq; deiecto & miſerabili & aduo lutus genibus cum lachrymis ac ſuſpiriis auxilium petẽs Diuinam maieſtatẽ inquit ſecum miſericoditer egiſſe quæ pro peccatis flagellatũ nõ occiſum ſe uoluiſſet cognoſcere ſe ſuos errores deum multifariã multiſq; modis offendiſſe Latrocinia adulteria homicidia ſacrilegia ſæpenumero per petraſſe. Diuina & humana iura puertiſſe. Mille ſe morti bus dignũ. Sed ĩtelligere tunc demũ ĩ quo maloꝝ ꝓfundo

fuisset quas pœnas quæ supplicia mererẽ. Abhorrere præteritos mores uictuq; deinceps ut christianũ decet. Gaudere quod percussus fuerit. Orare pacem & finem laborum Sigismũdum si quietem consequatur eam uitam ducturũ ut intelligant omnes manum domini excelsam fuisse cum eo. Vicerũt nos lachrymosæ præces. Correctũ putauius & emendatũ tot flagellis hõinem nec aliud in ore aliud ĩ corde credidimus esse. Venit in mentẽ Nobilitas domus neq; maletestaq; antiquæ prosapiæ ferẽdum interitũ existimauimus. Subierunt animũ paupes agricolæ qui pro deliramẽtis dominoq; plectuntur. Et illius psalmistæ meminimus quia dum supbit impius incenditur pauper. Vertebantur ante oculos belli turpia: rapinæ adulteria incendia cædes. Et armatos omnia facere ex qbus ira dei ꝓuocatur omnipotentis. Et q̃uis Sigismundũ uel cõfessum supplicio quouis dignum arbitraremur. Illud tamen nos ut scit q; pios cum impio perire uidebimus. Nec tam puniri nocentẽ quã innocẽtes plecti. Satiusq; censuimus dubia pacis bona quã certa belli mala subire. Accepimus igitur arbitrium quod illustris rex Ferdinandus & Fedricus comes Vrbinatũ ex una parte Et Sigismũdus Pandulfus malatesta ad nos ex altera misere. In cuius uim post multos tractatus: multos q; labores sententiam ꝓmulgauimus. Per quam ĩter cætera iussimus ut pax prior & amicitia inter partes rediret. Sigismundus intra biennium nulli militaret qui ferdinando esset inimicus. Arces quasdam & oppida: nõnulla Federico restitueret. Sene Galiam. Muldauiamq; & alia pleraq; loca apud nos deponeret. Sibique armis ablata essent reddẽtur. Ferdinãdoq; eam pecuniæ quãtitatem dissolueret: quã nos diffiniremus qui neq; ultra sexaginta millia auri nũmum neq; infra quinquagintamillia condemnaturi eum essemus. Cuius rei arbitrium in aliud tempus retulimus

Cum poteſtate prorogãdi totiens quotiens nobis placeret. Acceperunt partes arbitramẽtum noſtrum ratumq; habu erunt & laudarunt. Subiecta pœna cẽtummiliũ auri flore nor aduerſus eum qui pronunciatis aduerſaret. Atq; oĩa Sigiſmundus nõ per nunciũ aut legatum: ſed per ſeipſum ore ſuo illo ꝓcaci & impudico ac ſemper mendaci approba uit & iureiurando firmauit: Quibus pactis Sigiſmũdum hortati ſumus ũti beneficiũ magni dei recognoſceret. Vt præſenti rerum ſtatu contentus ſatis ſibi pulchrum domi cilium eſſe ſatis amplum dominium iudicaret nec maiora concupiſceret. Futurum diuitem ſi partis contentetur. Sin fines ampliare nitatur nunq̃ ſatis habitur. Reminiſceret quo fuiſſet ĩ periculo. Deo gratias ageret qui nõ ſecundũ peccata ſua ſed ſecundum ſolitam clementiam ſecum egiſ ſet. Dignum fuiſſe ultima omnia ꝓpeti qui tã ſceleſtam tã perditam tam nefandam uitam duxiſſet. Admonitũ ſe tot cladibus non punitum crederet. Corrigeret ſe tandẽ finẽq; poneret iniquitatibus parceret rapinis parceret adulteriis parceret crudelitatibus parceret tandem fallere ac prodere homines. Nõ ſuperiores tantum ſed etiam pares atq; infe riores: deumq; pocius miſericordẽ quam ultorem experiri uellet. Nec miſericordiam ſperaret niſi correctus. Egit no bis gratias Sigiſmundus cum ſoli ſolum alloqueremur & moneremus: Promiſitq; optimum ſe poſt hac futurum: q̃ fuiſſet peſſimus: Sibi enim nunq̃ media placuiſſe ad ſum ma ſemper aſpiranti: Sed cum plane peccatis omnibus ſe ĩ quinatũ affirmaret: Illud tamen nunq̃ fateri uoluit quod ſæpe de mẽdaciis eius ſibi obiecimus. Sed quotiens nos ac ceſſit ſemper illud imprimis uerbum in ore habuit. Nunq̃ ego mẽdacium dico. Cumq; maxime mẽtiretur tunc potiſ ſime ſi mentiri ĩficiabatur. Siue quod praua conſuetudine inſtitutus inter uerũ falſumq; nihil diſtare arbitrat. Siue

quod mutatis rerum uocabulis quod nos uer-: ipſe falſum appellat. Sic tamen a nobis e Mantua diceſſit ut pariturus ſentētiæ & uitam reformaturus uideretur. Sed omnia fal ſa ficta atq; inſidioſa repta ſunt quæ dixit. Nā neq; im pa tis paruit neq; mores mutauit. Sed ut primū habita pace domum rediit priſtinum uiuendi ritum turpiſſimaſq; uo luptates ac ſeuiciam & īfidelitatem reſumpſit. Neq; enim facile eſt homini ſceleratiſſimo corroboratam iam uetuſta te maliciam omnino relinquere: q̄uis ad breue tempus in termittere poſſit. Rediit igitur ad ingenium Sigiſmundus Et cū inter cætera quæ Federico reddēda erāt oppida unū eſſet oportuno loco ſitum quod Petram rubram appellant Nunq̄ hoc reſtitui paſſus eſt Oppidanor̄ reſiſtentiam cau ſatus qui nollent mutare dominum. Tanquam ſubditorū uoluntas exquirenda eſſet aut uideri cuiquam uero ſimile poſſit ei libenter ſubeſſe homines q neque liberos neq; uxo res neq; fortunas ullas in bonis ſuor̄ ciuium ꝓpriis eſſe ſi nit. Sed facile ſex aut octo ruſticos circumuenit qui minis metu munere inducti arcem quæ ultro apta eis eſt furarē tur: dicerentq; nouum dominū nolle admittere. Non enim quid eſſet credibile ſed quo modo fallaciam ſtrueret cogita uit fictus falſuſq; nugarum īuentor. Atque his technis do lisque nitidum ſe facit & ſummā fraudē dicit eſſe prudēti am. Arces uero quas apud nos deponere debuit diu retēta uit expectans ſi quid oriretur per quod fallere fidem ſine piculo poſſet. Quod ubi non ſucceſſit fecit quod potuit. Va cuas ōnibus armamentis & his quæ ſunt aduictū neceſſa ria turres arceſq; dimiſit. Arbitratus eo pacto facile ſibi occaſionem dari qua eas inuadere ac recuperare poſſet. In ſidiatoribus dimiſſis: qui dies nocteſq; præfector̄ uigilias excubiaſq; fallere conarentur. Ac per hunc modum cū præ factus arcis Montis martiani per oppidū parum conſulto

uagaretur ab oppidanis iubēte Sigismūdo interceptus eſt & arx occupata. Quāuis ſuo more Sigiſmūdus multa mē titus præfecti libidinē accuſauerit intollerandā oppidanis Audiendus ſi adieciſſet īdignum eſſe oppidanoꝝ coniuges & ſuis & alioꝝ uexationibus patere: Satis miſeras eſſe ſi ſe patiātur: Sed minīe hoc pacto Muldaui arcē adeptus ē Auaritia præfecti portā aperuit. Vicit auro auarū hominē qui ſæpe uictus eſt auro. Inuenit ſibi ſimilem quē pecunia corrumpet. Multos frāgit execrabilis auri fames haud īeptus ille qui ait. Expugnabilem omnem eſſe arcem: quā onuſtus auro poſſet Aſellus aſcendere. Nouum tamen hic falſitatis cōmentū falſus ueterator inuenit. Tabellionē adduxit qui publico inſtrumento atteſtatus eſt ueniſſe homīem: qui ſe ſe dixerit a nobis miſſum ut præfecto mandaret arcē tradere. En celeſte quam facile mendatia nectis nec tuam intelligis turpitudinem. Adeo ne ſtultos eſſe homines iudicas ut hæc credātur? Aliis fortaſſe crederent tibi credit nemo. Nota eſt omnibus tua conſuetudo. Nemo te nō fictū: falſum inſidioſum: mendacem nouit? Quicqd exte uenit ſuſpectū eſt. Sic tuæ leguntur epiſtolæ tanq̄ ex domo luciferi ueniāt Sic tuis uel dictis uel ſcriptis fides habetur tanq̄ ex ore demonū prodeant. Dixit homo ſe miſſum ut iuberet arcē tradere: quis huic nuncio pareat? Quis homo ille fuit? An ex domeſticis noſtris? Non audebis hoc dicere quāuis turpia quæ eius audes. Si non fuit domeſticus ſignum igitur habuit quod fidem faceret. Sed neq; hoc aſſeruiſti. Nihil de ſigno dictū litteras ne noſtras attulit? Neq; hoc præſumis dicere. Quid igitur agis? Homo uenit qui ſe miſſum a pontifice dixit ut arx traderetur. Siccīe tradūtur arces? Huic præfectū credidiſſe credemus? Nihil agis nequā. Nota eſt fabula terrore mortis coegiſti: quæ uelles hominē dicere. Scripſit Tabellio ſcripſit. Non negāus. Sed male Sed falſe

ſcripſit. Quamuis ea uerba ſcripſit: quæ minis coactus homo dixit. Debuit enim non dicti tantum: ſed metus quoq; teſtimonium ſuo ſcripto phibere: Sed nihil apud Sigiſmūdū ſincere fit. Eſt quoq; notariis pœna præſens: Niſi quæ iuſſerit ānotauerint & in publicam formā redegerīt. Quāuis exemplum domini multi ſua ſponte ſequantur. Intelexit tamen aliquando Sigiſmundus ridiculum eſſe teſtimonium hoc: Mutauitq; fictionem & affirmans ſibi compertum eſſe quod arx Mūdauii Federico urbinati ꝑdēda eſſet Huius quoq; fallaciæ publica inſtrumenta fieri ꝑcurauit apud quem facilius falſos notarios quā ueraces inuenias Eſt enim hoc fere in omni regiōe ut tales ſint ſubditi: quales prīcipes. Neq; tutus eſt apud iniquū locus bono. Quapatuit Sigiſmūdi poteſtas nulli ueracem eſſe licuit: Nemalum edictum fuerit quod inſtrumentis Arimini famue factis fidem abrogaret. Sed alia ꝑſequamur: Ommittimus quanta machinatus eſt in Comitē Vrbīatem poſtq̄ pacem pepigit: quanta cum Piccinino quāta cū Principe Iarētino quanta cū francis aduerſus ferdinandum molitus eſt. Ea nunc ꝑſequimur quæ contra nos & Romanam eccleſiam matrem & dominā ſuam fabricauit. Sene galliam ſicut & Muldauiam inuadere conatus eſt. Quod cū nō ſuccederet molas quaſq; perfregit. Commeatū mari miſſum armatis nauiculis intercepit Eqtes quos Rhodulphus Camertinus uir fide atq; hōeſtate præditus iuſſu legati noſtri præſidio mittebat atergo inuaſit & aliquos interfecit aliquos cœpit iuſſitq; nūq̄ uiſa aut audita teſtari. Vt ſunt hominis artes īſidioſi ac puſillanimi. Ciuitates nō paucas eccleſiæ Romanæ ſubiectas ad defectiōem ſollicitauit ab Ancōitanis mercede cōductus aduerſus heſmos ſubditos noſtros abſq; ſi tu noſtro copias duxit. Caſtellum unum expugnauit & late populatus agros multos mortales & omne pecus abegit.

Sic ꝑmiſſum ſic iuſiurādum ſic fidem ſeruauit Sigiſmū dus. Sic ille gratus ſic ille memor eſt accepti beneficii. Hæc nobis pro pace data reduntur præmia hos plantatiōis nr̄æ fructus excerpimus. Hos mālpulos metimus laborioſe ſementis. Nec alio ſtipendio digni ſunt qui latrones ſeruant Crux illi expectāda eſt qui dignum cruce redemit. Decepti amici nos decepere. Errauimus Mutatum cor Pharaōis & Iudā conuerſum putauimus. Nomen nos pacis illexit. Cuius eſt mirifica ſuauitas. Miſerti ſumus paupculæ plebis: & nobilitati blandæ cōciliatriculæ quæ nō uidebat arrogās duximus ignoſcendnm nec mentiri ſemper mēdacē exiſti mauimus. Sed digna eſt hæc ultio. Digne plectimur q pœna dignum puniri nō ſiuimus: qui fidem habuimus itide li & būani aliqd peſſimā feram præſe ferre credidimus. At ille dei & totius humani generis infenſiſſimus hoſtis teterrima ſua ſcelera tanq̄ egregia quædam facinora palam cō memorat. & collaudat & gloriatur in ſuis iniqtatibus: pulchrumq; ducit ac generoſum inter eos annumerari qui arcem ꝑfidiæ & totius malignitatis ſummam tenuerūt. Nec ſuauius ei nomē eſt quam Dionyſii quam Phalaridis quā Burſiridis quā Mezentii. Nullus apud ī honore ſacerdos nulla reuerentia legum nulla uirtutis præmia nulla bonaꝝ artium ſtudia: honeſtarum emolumenta rerum fures eripiunt. Latrones incendiarii ſicarii lenones ac falſarii. Que cū nos multis referētibus accepiſſemus moreſq; hominis deteſtantes tanta eſſe audacia nequicia ꝑfidia baptizatum quempiā miraremur. Accedens ad nos fiſci ꝓcurator. Cō turbatum ſe fama publica dixit de Sigiſmūdi criminibus quæ tota Italia uulgo haberentur. Nec malignorum aut uilium hominum: ſed bonorum & grauium confirmata ſermonibus: Adeoq; ſcelera illius nota eſſe ut magna ex parte notoria dici poſſent nec dubium quemquam facere quin

Sigiſmūdus adulter homicida parricida ꝑiurus ꝑditor in ceſtuoſus ſacrilegus latro incēdiarius excōmunicatus blaſ femus atq; hereticus eſſet expreſſitq; multos caſus exq̄bus hæc colligi poſſent petiitq; a nobis ut eum tanq̄ talem plec teremus & poenis ſubiiceremus iuxta cānicas ſanctiones & iura tā diuina quam humana cōdignis. Quibus auditis q̄uis prius intellectis acceſſerint pauca ipſa. Tamen tot fla gitioꝝ tantoꝝ tam immaniū: tam atrocium tam nefandoꝝ recenſione miꝝinmodum horruimus multūq; uicē Italiæ doluimus quæ tā horridā beſtiā tam uiroſam tam tetram tam periculoſam tam diu pertulerit. Voluēteſq; aīo quonā modo mederi huic morbo poſſemus nihil ātiqus exiſtīaui mus q̄ ſcabioſā pecudē gregi noxiā ex ouili dōinico procul eiicere. Imitariq; ſanctum illū Moyſen qui lepra infectos ab Iſraheliticis caſtris iuſſit emitti. Verum quia iudiciari us mos requirit ut audiatur reus anteq̄ iudicetur. Si quid forſitan pro ſua uelit afferre innocentia. Nam & dominus Adam ut in Geneſi legimus: prius audiuit q̄ condemnauit Et Caym dixit. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et de Sodomitis deſcendā inquit & uidebo ſi clamo rem qui uenit ad me opere compleuerint an non eſt ita ut ſciam. Volentes igitur & nos inquiſitum reū audire ſi for ſitan uel correptus uel īnocens oſtendi poſſet. Comiſſimus dilecto filio noſtro Nicolao tituli ſancti Petri aduīcula preſ bitero Cardinali integre fidei uiro & doctrina excellēti præ dito ut ſigiſmundo coram ſe perſonaliter etiam per edictū uocato de criminibus iſtiuſmodi inſtructionem accipet & ſiue ille ī iudicio ſe ſiſteret ſiue illuderet cauſam nihilhomi nus cognoſceret. Teſtes examinaret ſcripturas īſpiceret & alia faceret quæ in talibus iudiciis neceſſaria ſunt uſq; ad ſententiam quam nobis reſeruauimus promulgandā. Car dinalis ſucepto mandato cum auditis nonnullis teſtibus

fide dignis magna laborare īfamia Sigiſmūdū neq; patere ad eum tutum acceſſum reperiſſet. Per edictum monuit eum ut intra dies triginta a die publicatiōis monitorii cō putandos corā ſe perſonaliter compareret allegaturus cau ſas cur non deberet de præmiſſis criminibus comdemnari Fuitq; mōitorii pluribus in locis executio facta. Ex quibus non eſt dubitandū quin ad eius noticiam peruenerit cum uicina ſibi eſſent & ualde ꝓpinqua. Expectata eſt ipſius cō paritio ad tempus in monitorio diffinitum. Sed inobediēs chriſti mandatis Vicarii quoq; præcepta contēpſit audiuit omnia ſurdis auribus. Neq; ipſe uenit neq; alium ſuo loco miſit. Nō eſt hic qui paulo auſcultet præpoſitis obedire iu bēti. Male ſe ſubiicit homini qui deo ſubeſſe recuſat. Neq; humanas reueret leges qui reſpuit diuinas. Sigiſmundus ſine lege ſine magīro ſine iudice ſine prīcipe ſine religiōe ſi ne deo. Abſolutū & liberum ſe omni Imperio ducēs. Cardi nalis mandata contempſit & nobis qui iudicem illum con ſtitueramus illuſit. In qua re nō ſolum contumaciā ſed con ſcientiam quoq; ponderamus. Magna uis eſt cōſciētiæ in u tranq; partem. Vt neq; timeant qui nihil cōmiſerint & pœ nam ſe ante oculos uerſari putent qui peccauerunt. Intelli gebat Sigiſmundus nō modo uera eſſe quæ aſcribebantur Verum etiam manifeſta. Conſciusq; ſuaꝝ iniquitatum iu dicium formidabat. Quod cum Cardīalis aīaduertiſſet de creuit in contumaciā rei ꝓcedere. Ea grauitate utens quæ tanta ī re uidebatur neceſſaria. Interea temporis cum nos publico in conſiſtorio ſederemus querelantium cauſas pro more audientes. Surgēs Andreas Bencius proaduocatus fiſci ad beneplacitum nr̄m ordinatus in hunc qui ſequitur modum locutus eſt. Sedentem pro conſiſtorio tuam beati tudinem Sanctiſſime maxime Pontifex nunq̄ in eo deſyde rio tā accōmodatā quā hodie uidi. Nā quid ego deſydero

quid quæro quid cupio nisi ut de uultu tuo iudicium ꝓde
at & oculi tui uideant eqtatem ?Honor regis ut īquit Da
uid iudicium diligit. Et de ipso scriptum est quia iudicium
& iusticiam faciebat omni populo. Et de filio eius traditur
quod sapientiam ad discernēdū iudiciū postulauit a domīo
Non est tua sedes inferior illorum throno israheliticum
illi tantum populū iudicauere. Te totus orbis iudicē habet
Non pro suo solum tempore. Custodite iudicium & facite
iusticiam inquit Isaias. Sed futurum quoq; prospexit: &
huic nostræ cōsuluit ætati quæ plena flagitiis sine iudicio
retineri non potest. Tu sapiēs es & nosti quia sapientis est
iudicare populū suū. Et quia gaudiū est iusto facere iudici
um facito igitur & tu maxime Præsul iudicium iniuriam
patiētibus. Multi sunt qui hoc aduersus Sigismundū ma
latestā abste flagitant & ego unus pro omnibus qui ab illo
læsi sunt aduocatus fisci uerba facio. Sed intueor uultū tu
um seueritatem quandā præse ferre & oculos graues. Ap
tissimam hodie personam spei meæ tribuisti Confido futu
rum ut reus quem delaturus sum debitas pœnas ꝑsoluat
Huc accedit sacer Cardinalium ordo quos pariter affectos
uideo quorum dignitati nihil potest nō rectū placere Ipse
enim lumina sunt & ornamenta tuæ sedis quæ tamen ab
igne tuo sicut a sole lunaris globus illustrantur. Horū præ
sentia mirumīmodum me reficit quos scelerū hostes esse
nō dubito. Cōsidero insuper quam multi & doctissimi & sa
pientissimi pontifices tuum solium circunsepiunt quorum
nescio doctrinam an bonitatem magis admirer. Et ab his
quoq; qui turpia quæq; abhominantur spes ī me plurimū
subleuatur. Iuuat etiam doctissimorum uirorum circūstā
tium aspicere cætum. Omnes profecto qui assunt sicut au
diēdi cupidos ita turpitudinis hostes amicos iusticiæ arbi
tror. Quin & ipsi parietes ipsaq; lacūaria nescio quo pacto

plus hodie ſolito magnum aliquod iudicium expectare ui dentur & poſcere. Credo iã ſentiunt de Sigiſmundo me iu ſticiam petituꝝ quo poſtq̃ homines eſſe ceperunt peiorem fuiſſe nullum crediderim nec facile putarim inueniri ſimi lem poſſe. Cuius completa iniquitas eſt cuius fætor nõ ec cleſiam ſolum & ipſum inficit terrarum orbẽ: ſed in cœlũ uſq; ſentitur. Ipſiſq; beatiſſimis ſpiritibus niſi eſſent paſſio nis incapaces nauſeam faceret. Petiturus igitur ut pditiſ ſimum hominem iudices: & debita meritorum ſtipẽdia pec catori præbeas neceſſarium exiſtimo ut ſcelera eius capita lia ante oculos tuos ponam non tamen õnia. Id enim eſſet multorum dieꝝ opus. Sed ea quæ ſatis ſint ſceleratiſſimũ reum oſtendere. Audi ergo ut facis põtifex chriſti uicarie Auditæ & uos lumĩa mũdi reuerẽdiſſimi Cardinales. Au dite præſules celeberrimi. Audite uiri nobiles circũfuſi Si giſmundi malateſtæ damnatos mores q̃ breuiſſime recen ſebo. Omne quod eſt in mundo inquit Iohannes apoſtolus concupiſcentia carnis eſt et concupiſcentia oculorum & ſu perbia uitæ. Et recte quidem. Nã peccata & quæcumq; mũ dus ſuggerit hõinibus ex his tribus fontibus oriũtur. Nec delictum eſt quod aut carnis concupiſcentiam aut auariti am aut ſuperbiam non reſpiciat: hĩc omnia manãt huc oĩa referuntur. Difficileq; eſt non aliquando ĩ horum aliquod incidiſſe. At niſi cadens reſurgat damnatus eſt. Sigiſmun dus autem non in uno iſtorum: ſed in omnibus immerſus eſt & ita immerſus ut emergendi nullam ſpem reliquerit Neq; uicium ullum ex his radicibus pullulat cui non fue rit affinis aliquando. Nam circa uicium carnis in quo eſt luxuria & libido ut omittam uiolentiam ebrietatem crapu lam uomicam: Elluatiões binas in ieiunio cænas æſum car nium inquadrageſima: & cætera huiuſmodi quæ ſibi cum hiſtrionibus ſcurris & filiis multis Baal ſæpe ifœdiſſimis

ganeis conuiuia fuerunt: Monſtruoſa eius libido qbus for
nicationibus aut ſtrupris quibus adulteriis aut inceſtib⁹
expleri unquam potuit! Circa oculo⁹ cõcupiſcentiã in qua
deſignatur auaritia. Quis auiditatem eius cupiditatẽ eius
rapacitatem uoracitatem ſatis explicare potuerit! quæ ſibi
pecunia fuit unq̃ ſatis! Quis eius manus effugere potuit!
quotiens propter aurũ mentitus eſt! Quotiens cædẽ fecit!
quotiens ſæuitia uſus eſt & immani crudelitate! Quotiens
fidem feffellit! Quotiens iuſiurandum uiolauit! quot pu
pilorũ hereditates expilauit! quot eccleſias ſpoliauit! quot
oppida diripuit! quot uiduis quot ciuibus patrimõia ade
mit! quotiens falſam pecuniam cudit! Quotiens alieno
nomine litteras ſcripſit! quod adulteria ſigilla fabricauit
quot teſtes! quod notarios ſubornauit! Vix quicquã mali
excogitari poteſt quod hic auaritiæ cauſa non commiſerit
quid de ſuperbia dicam & intolerabili eius arrogantia! qui
q̃uis non ſit certo patre natus nobilitatem tamẽ ſuam nul
la non hora iactitat. Nunc uetuſtatem domus memorat.
Nunc egregia facta maiorum etiam his ĩculat qui milies
audierũt: nec ego familiam malateſtarum uõ illuſtrẽ dixe
rim: q̃uis de Sigiſmundi dubito: quotiens de ſapientia ſer
mo incidit de ſeipſo nõ pauca profatur. Et ſi iudicium me
um requiras minĩe ſtultus eſt: et ſuũ ualde ſapiens. Cũq;
ingenium eius a litteris non abhorreat nõnunquam etiam
de philoſophis diſputat eoſq; probat & in cælum effert qui
auctores & laudatores uoluptatis fuerunt. Eos autem qui
dignitati ſeruiendum eſſe dixerunt & mortem potius quã
turpitudinem ſubeũdam uaticinari atq; inſanire affirmat
Theologos omnes contẽnit & irridet. Si quando rei milita
ris habetur ſermo quid: ẽ apud eum frequẽtiſſimus: unũ
ſe ducem gloriatur qui priſcis illis Imperatoribus æquari
poſſit. Scipiõi. Mario. Pompeio. Iulio. Alexãdro. Annibali

Pirrho. Nec mentiretur ſi abſq; animi fortitudine ſolis do
lis atq; fallaciis res militaris conſiſtat. Eſt enim inſidiarū
ac fraudum mirabilis artifex: quod ſi animū eius ualeas ī
troſpicere ea eſt hominis ambitio ut īiuriā ſibi feciſſe deū
arbitretur qui ſibi non dicā Italiam: ſed orbem nō ſubiece
rit qui non utriuſq; gladii poteſtatem cōmiſerit qui nō ſo
lis non lunæ non errantium non fixoꝝ ſiderum regendos
curſus crediderit. Melius multo mortalibus cōſultum fu
iſſe arbitratur ſi moderator omnium ipſe unus extitiſſet.
Credo equidem ſalubriores immiſſiſſet uentos: leges aquis
poſuiſſet utiliores. Aſcēdere atq; deſcendere flumīa riuos
nō uini tātum ſed lactis & mellis iuſſiſſet currere: herboſo
ac florenti uerno pomifer iunxiſſet autūnum: corporibus
humanis omnes ademiſſet morbos: & animas quas cū cor
pore putat interituras reddidiſſet īmortales. Mahumethe
amq; paradiſum in hoc ſæculo præbuiſſet qm̄ futuri nulla
ſibi ſpes eſt. Hinc ille dominandi ardor īmenſus hinc illud
belligerandi inſatiabile ſtudium hinc illud in ore frequens
exitiale ,puerbium. Si uiolandum ius eſt regnādi cauſa ui
olandum eſt hinc uexati ſubditi hinc ſotti decepti hinc dōi
ni ,pditi hinc religio ſpreta hinc cenſuræ eccleſiæ contēpte
hinc ſacerdotes affecti cōtumeliis & religioſi uiri ſupplicīs
accerbiſſimis excarnificati hīc probra ī ſāctos cælites atq;
in ipſum ihesum christum ſummum & ſingularem deum
iactata: hinc peſſimæ uel de aīa uel de deo ſententiæ. Sūma
tim hæc & implicite relata ſunt. Nunc explicare aliqua &
particulatim nomīatimq; caſus pleroſq; magis nefandos
recenſere oportet ne quid in oratione mea falſum fictūq;
eſſe putetur: q̄uis ita notus eſt reus noſter ut nullū adeſſe
arbitrer qui nō de multis pauca de magnis parua de gra
uibus leuia me iudicet excerpiſſe. De libidīe primū dicāus
multa hic exempla ſe offerunt. Nos illuſtriora ſumemus

Multa hic matrimonia uiolauit cū modo uim inferret modo aliis artibus mulierum pudicitiam expugnaret. Verū pudicam & ſanctam fœminam Ariminenſem honeſtis ortā natalibus multis temptatam modis cum ſuperare non poſſet nudatam rapi per urbem iuſſit & ignominioſiſſime fuſtigari. Adoloſcentulam quoq; pariter recuſantem cīgulo ſuo ſericeo bullis aureis contexto tā acriter euerberatam cæſamq; reddidit ut paulopoſt nobilem animam exhalarit Adoleſcentem fani natum quia ſororem ſuam ſibi ꝓſtitu ere denegauit dira morte peremit: Exarſit & ī Cōmatrem quam cum corrumpere nequiret uiri cuſtodia & fœminæ caſtitate obſtantibus. Compatrem ſuum Franciſcū nomīe opulentum & ornatiſſimū ciuem cōfictis criminibus delatum falſiſq; teſtibus circūuentū coniecit ī carcerem neciq; tradidit & bona eius dirupuit: Incertū auaricia magis an libidine parricidium ꝓpetrarit: inceſtum tamē adimplere nequiuit. Commater enim infeſto mari paruo nauigio in tempeſta nocte adulterium fugit. Facere nāq; probiſſima mulier piculoſe quam turpiter perpeti maluit. Inceſtuoſus tamen adulter nihil his admonitus exēplis ꝓtinatius aliēas uxores inſectatus eſt nullis nuptiis parcēs Nec chriſtiāis fœminis feralis & mōſtruoſa libido ſatiari potuit. In iudeas quoq; craſſata eſt: Adoleſcentulam hebreā in urbe Fani cum fruſtra ſæpius temptauiſſet. Illaq; uim metuens Piſaurum conceſſiſſet parentibus eius ac fratribus uincula indidit nec ſpem uitæ fecit: niſi puellam reuocarent: illi plus ſuam mortem quam filiæ ſtuprum abhorruere. O Zelū fīees. O ſacras leges Moyſi O archāa Synai mōtis edicta Quis nunc uos audit? quo pudor abiit? quo fugit hōeſtas Non ego paupes iudeos admiror: ſi metu mortis traditiones patrum trāſgrediuntur. Incontinētiam reſpuo accuſo dāno diuitis chriſtiāi qui nō contentus ſuæ legis fœminas

uiolaſſe:alienigenis quoq; & ipſis coactis atq; īuitis miſce
tur.Quid de monialibus dicam?Dicantur chriſto uirgīes
& incluſæ monaſteriis caſtiſſimas deo nuptias:& īmacula
tum cubile uouent.Simplici nanque & puriſſime diuinita
tis naturæ nihil eſt in terris quod uirginitate atq; integri
tate corpor̃ & animor̃ puritate ac īnocentia fiat acceptius
sed Mecchor̃ notiſſimus Sigiſmundus non hominū ſolū:
ſed ipſius quoq; dei ſacratos uiolare thalamos auſus:mul
tarum ſæpe monialium irrupit adita:& chriſti fædauit cō
iugia:nullis parietibus nullis ferramētis portentuoſæ libi
dini reſiſtentibus.Volaterris cum Florentinor̃ rei publice
militaret:eſſetq; illic monialis parum pudica conſpicatus
procantes iuſſit ōnes abire publice dictitans moniales ſibi
cunctas denupſiſſe:ſeque uirum earum eſſe neq; riualem
paſſur̃.Sed quid illud tam diu differo ſub ōni cælo cogni
tum uulgatumq; flagitium?Quid agis lingua?Quid titu
bas?quid heres palato?Turpitudinem tuæ nationis inuita
prodis?Tegeré ego quoq; cōmune patriæ dedecus ſi celari
poſſet quod neminem latet.peccata manifeſta ut inqt apo
ſtolus præcedētia ſunt ad iudicium.Non puduit Sigiſmū
dum tam atrox perpetrare ſcelus impunitatem ſperans &
tu uereberis recenſere delictum ut puniatur?fruſtra reſi
ſtis.Exi.Non eſt omnino impunitum peccatum quod sæ
pius cum peccātis infamia diuulgatur.Iobeleus currebat
ānus quo remiſſio peccator̃ promittitur:his qui beati Pe
tri limina:& ſanctas urbis Baſilicas uiſitant.Ingens popu
lorum commotio in orbe chriſtiano fuit:feſtinabant ex rēo
tiſſimis regionibus iuuenes ac ſenes fœminar̃ turmæ pu
eri:innupteq; puellæ ſummo deſyderio Romam petebant:
nec dubitabant quin piacula quæq; diluerēt quamprimū
ſacra martir̃ oſſa uel cōtingerent.uel uiderent:plangebāt
ōes ſua peccata:& grauiores culpas alii ieiūiis alii eliosīs

alii orationibus alii aliis piis opibus redimebāt. Incredibi lis deuotio mortalium mentes ꝑuaſerat. Sed ſolus ī publi ca orbis pœnitentia inuentus eſt Sigiſmūdus inpœnitens Mala mens malus animus flagitiis immerſus tūc magis libidinibus æſtuabat: cū pietatis ſtudiū apud alios magis ac magis feruebat. Militabat hic ꝑ id tēporis clariſſimo & præpotenti Venetorum ſenatui qui cum in agro Veronēſi mulieri tranſalpinæ Romam petenti forma egregia: & an cillarum ſeruoꝝq; honeſto cōitatu ſtipatæ occurriſſet mox furore arreptus & libidinis impatiens irrupit ī turmā pe grīæ gētis uulneratisq; ac ꝑſtratis aliqbus repugnātē & ſupos īplorātē foēinā arripuit nōnulliſq; uulneribus reſiſt ētē īpetuit. Nec dimiſit niſi multo cruore madētē: nō tulis ſet īpunitū tā impiū facīus: grauiſſimus ille ac iuſtiſſimus uenetorū ſenatus niſi cōſcius culpæ Sigiſmūdus ariminū repente conceſſiſſet. Qui ſua in arce tanq̄ in aſylo malorū omnium uitæ ſuæ non aīæ ſaluti conſuluit ad tīmorem ali quādo ad ſanitatem nunq̄ reuerſus. Atq; ut culpam ſuam tegeret nonnullos ex miniſtris ſcelerum uinctos miſit Ve netias: qui pro alieno crimine pœnas darent. Fertur & ali quos ſuſpendio interēiſſe tanq̄ reos eius flagitii quod ipſe ꝑpetrarat non ut infamiam euaderet quæ illi ꝑ gloria eſt Sed ut uenetos ſimul & Romanum præſulē Nicolaum pla caret quoꝝ offenſas aures & irritatos aīos non dubitabat. Verebaturq; ne quid inſe grauius ſtatueretur. Dixi quam breuiſſime de libidine: nec uolui cuncta ꝑcurrere nec potui tā paruo tēporis ſpacio Potuiſſem fœdiſſima dōus ſigiſmū di ſcelera recenſere ut pater fraterq; uirū geſſerit & filios nepoteſq; ſimul gēuerit. Sed nolui tam celebrem ſanctūq; conuentum: tam turpi commemoratione polluere Illud no luerim omiſiſſe: quod Arimini cæteriſq; interris eius nil ci uibus exitioſius eſt q̄ pulchra uel filia uel uxor: Stat pœna

præſens aut mors aut exilium qbus cura honoris eſt. Sed minus in opibus ꝑiculi eſt: apud auariſſimū enim & rapacissimum principem: ut quiſq; opulentus eſt. Ita & crimi noſus habetur quicūq; peculium aliquod cōtraxit mox re us maieſtatis efficitur. Suſpecta eſt ōnis tyranno ſubſtantia: Senſit hoc nobilis eques & clarus īterpres iuris Vgolinus polius ciuis fanēſis qui cū liberis utriuſq; ſexus ī carcerem coniectus prius dulces natos ante oculos ſuos diris modis cruciatos inſpexit trucidari poſt crudelē ſubiit mortem. Inducta cauſa quod Eugenio pontifico maximo eſſet amicus tanq̄ uetitum ſit eos qui uicariis eccleſiæ ſubſunt chriſti uicariū colere: Sic patrimoniū illi nocuit quod q̄uis eſſet amplum & locuplex non tamen Sigiſmundi cupiditatem expleuit. Multi alii pari modo extincti ſunt qbus utilius erat fuiſſe paupes: Viſa eſt & ingradaria Sigiſmundi uorago id oppidum in agro Piceno Galeacius malateſta ꝑ romāa regebat eccleſia. Inuidit ei Sigiſmūdus & clā collecto milite oppidū inuaſit: bona incolaꝝ diripuit mulieribuſ uī intulit plurīos mortales interēit. Sacras & priuatas aedes īcendit nec theſauris pepcit eccleſiaꝝ: ꝑſequar quæ hic acta ſunt pendente concordiæ tractatu huc rediit habitatoreſq; omnes expulit adeoq; miſeros abeūtes atergo. Vrſit pupugitq; ut in flumine quod centā uocāt plurimi ſe præcipites dederint utriusq; ſexus homines īfanteſq;: & ſenes unda peruoluerit ex īgradaria uſq; in præſentem diem deſerta remanſit: nobile Sigiſmūdi tropheum. Simili quoq; furore ac dementia uel potius rapinaꝝ auiditate ripā tranſonis in agro piceno Romanæ eccleſiæ ſubiectam cum copiis īgreſſus expoſuit praede rapiēs ipſe quod potuit reliqua militibus diripienda ꝑmittens: neque mulieꝝ pudicitiæ: neque eccleſiaꝝ ſanctitati pepercit. Saxum quoq; ferratum eccleſiæ ſubiectum armis inuaſit & Abbatem qui uicem

põtificis maximi gerebat truſit in carcerem excõmunicati onis cenſuram contemnens. Solet enim cum ſibi obiicitur excõmunicatio percunctari an uina cibariaq; ſapiant excõ municatis. Non pauca in hoc quoq; loco rapinæ & cenſus eccleſiæ ſibi uſurpauit. Quodquod ſacramentum eccleſiæ auariciæ ſuæ lenocinari cœgit non coniugii cauſa: ſed dotis Franciſi carminiole ſereniſſimi copiaꝫ ducis filiam deſpon dit & grandi accepta dote matrimonium ei ꝓmiſit: ſed cũ obiiſſet non tradita filia. Frãciſcus hic uir bonus quãpri mum uita functum Socerum intellexit retenta dote ſpon ſam repudiauit: nec conſulta Romana eccleſia quam pror ſus deſpicit ad ſecunda uota migrauit filiamq; Nicolai eſtẽ ſis principis ſua ætate omnium liberaliſſimi duxit uxorem Geneueram nomine caſtam & ſanctam fœminam ex qua non paruam dotem uenatus eſt. Sed male iungitur impu ro pura adultero caſta: nocẽti inocens nõ potuit libidinoſus ganeo turpiſſimus latro: pudiciſſime cõiugis mores ferre nõ potuere diſpares naturæ diu cohabitare. Vicit potẽtior & ad omne facinus audentior ſexus. Infœlis coniunx uene no breui oppetiit a uiro parato: Succeſſere tertiæ nuptiæ & nouas peccunias noua uxor filia Franciſci ſfortiæ tũ Co mitis cotiniole: nunc Mediolanenſium clariſſimi & excellẽ tiſſimi Ducis cui q̃uis eſſet modeſtiſſima & honeſtate ſin gulari prædita non tamen fortuna melior aut uir manſue tior quam priori fuit. Non tulit caſti conſortiũ lecti Sigis mudus ſed atrox & ſanguinarius parricida hãc quoq; ſanc tiſſimam coniugem abſq; ulla culpa ſtrãgulauit q̃uis mor tis cauſam poſt mortem quærens nullam inuenerit. Audi ebant eius confeſionem ex more chriſtião uiri religioſi re gulam diui Franciſi obſeruãtes: hos Sigiſmudus ad ſe uo cat quæritque nõ ſolũ coniugis: ſed aliarũ quoq; matrona rum ſecreta nihil dicentes nihil mali pandentes diuerſis

cruciatos tormentis neci tradidit. Quid hic dicemus? unde hæc tãta crudelitas? auaricia ne an libido an ſuꝑbia duaꝝ uxorum necem & earum confeſſorum hoc flagitiũ ſuaſere Rectius hæc tria concurriſſe arbitrabimur. Nam & nouis coniugiis nouas pecũias ſperauit: & pellici cuius amore ꝑi bat ſublatis cõiugibus ſatisfecit & iurgia euitauit quæ ab honeſtis uxoribus turpis & ſuperbus adulter tolerare non poterat: heu ſumme pontifex heu cardĩales reuerendiſſimi heu uiri celebres circũſtãtes quod nũc ſcelus quod nũc ꝑ digium audiuiſtis. Accuſatur infamatur damnatur omni um ſententiis ac linguis herodes qui Mariãnem pudicam coniugem interfecit. In ſimili probro eſt Nero qui octauiã necari iuſſit uxorem. Nec minus infamis habitus eſt æuo nr̃o Federicus ciliæ cões ſuæ cõſortis occiſor: At Sigiſmun dus non unam tantum: ſed duas alteram poſt alteram exti ſit uxores. quid hic tuus ille ãteceſſor ſanctiſſimus Stepha nus quĩtus ſtatuiſſet qui Aſtulfo ut arbitror lõgobardoꝝ regi ſcribens. Tuam ĩquit uxorem occidiſti partem tui cor poris legiptimo matrimonio tibi ſociatam ſine cauſa mor tis non tibi reſiſtentem inſidiantem quocumq; modo tuæ uitæ non inueniſti eam cum aliquo uiro nefariam rem fa cientem: ſed cõcitatus a diabolo & impio furroe iflamatus latrõum more atrocius eam gladio tuo crudelior omni bẽ ſtia interemiſti. Omitto pœnam quam reo imponit ne ſim ꝑlixior. Illud nõ prætierierim: non mĩorem qui uxori quã qui matri mortem intulit ab eccleſia pœniteniam imponi Legi ego plures hiſtorias atq; relegi nec unquam ĩueni ho minem qui more Romano uni iunctus uxori duas occide rit. Sigiſmundo ſoli hæc glorioſa palma debetur. Vide igi tur pontifex uide qua pœna plectendus ſit reus noſter du plici uxoricido inſignitus: hoſtis legum legitimis infenſus facibus matrimonii contemptor ſemper in conceſſe uene

ris & mõſtruoſæ libidinis ſequax:& ſeruus.Ex qua etiam illud ortum eſt quod Alfonſo regi ꝑdimẽtum fecit a quo quinq; & uigintimillia auri nummum ſtipendii nomĩe cũ accepiſſet mox ad Florentinos tranſiuit nouum aurum oſ ferentes.Sciebant enim uiri prudentes naturam hominis qui duplicatam mercedem etiam cum dedecore ſimple an teponeret.Nec tamen ad Florentĩos in promiſſo tempore uenit:nec bellum cum fide tractauit expectans ſi forte rex nouam pecuniam mitteret.Ibi enim Sigiſmundus eſt ubi & pecunia.Verum eo pacto ne maior alibi promittat.Ve nalis eſt eius fides.Venitq; quanto pluris neq; in anno ſe mel aut in menſe in dies ĩ horas expõitur ueno ſi reperiat emptorem.Sed iam notus apud italos:neq; enim potenta tus eſt quem non fefellerit.Extra italiam quæſiuit empto res.Ad francos trãſiit nobilem & ueracem gentẽ ſed igna ram ut arbitror infidelitatis eius.Neq; enim ſi uolubilita tem ingenii ſi mentis inſtabilitatem ſi cordis ignauiam ſi animi cupiditatem & illa in latebra infinitas fallacias atq; inſidias nouiſſet argẽtum ſuum in eius ingluuie proiecíſ ſet qui ob rapacitatem & auri ſitim nulli fidem ſeruauit. Nec Eugenio quidem prædeceſſori tuo ſuo domino nec le gatis eius quibus ſæpius ementitus eſt.Ludouicus cardĩa lis Aquilegienſis inſignis uir & magna rerum experiẽtia prædítus nouit inſaniam hominis his tibi ſi uolueris uitã eius habunde circunſcribet.Cur tibi cenſum tandiu negat nec mõitus nec excommũicatus ad ſatisfaciendum cõpelli poteſt.Tenacitas ipſa & cupiditas auri efficit ut creditorẽ ex debitore ſeſe arbitretur neq; ueretur excommunicatus diuinis intereſſe officiis nõ quod ĩ eccleſia quicq̃ ſãcti quæ rat aut chriſtum ĩ domo ſua ueneretur:Sed ne iudicatus hereticus a ſubditis deſeratur & ut eccleſiæ maieſtati dero get cẽſuris eius contẽptis.Adde mõetam adulteram apud

Viterbium captus & ultimo demum ſupplicio affectus fa
ber monetarius qui ſe apud ſigiſmundum ſæpenumero
falſos pcuſſiſſe nummos ateſtatus eſt. In Mantua captus
fuit qui falcificaſſe Sigiſmūdum & litteras & anulū Fede
rici comitis urbinatis aſſeruit. Inſtrumenta publica quam
multa falſificauerit raſerit corruperit longum eſſet recen
ſere. Tute ſcis quo pacto nunc muldauinæ arcis occupatio
nem excuſet. Nihil dicere poteſt niſi falſis armatus inſtru
mētis. Cæca ē auri cupido quæ cæcos eſſe arbitrat quibus
cū omnes contrahit. Quid referam onera quæ ſacris locis
īponit? Quo pacto beati Petri miniſtros quo benedictinos
quo baſilianos quo bernarditas quo ciſterciēſes quo cartu
ſinos quo mēdicātes ptractet quo more eccleſias quo mo
naſteria diripiat? Nihil illis habere egregiū licet: nō equū
non bouem nō aſinum & nihilominus nunc equos nūc ca
nes nūc uēaticas aues ut alāt īter eos diſpartit: uix miſeris
tantum reliqui facit quantum ad tenuiſſimam uitā ſuffici
at pfidum illum & apoſtatam. Iulianum imitatur qui chri
ſtianis omnem aufferens ſubſtantiam. Veſter inquit galile
us ſic enim per contemptum appellabat ieſum nihil uos ha
bere proprii uoluit. Sed ille chriſtum ī acie aduerſus pſas
pugnando ſenſit ultorem: ſentiet & hic aliquando ſi non in
hoc mundo at certe apud inferos: q̄uis ſibi nil optabilius di
cat quā ſuoꝝ flagitioꝝ pœnas apud īferos reſeruari: quoſ
nuſq̄ eſſe arbitratur & mori aīam cū corpore putat. Qua
ſpe ductus nulla eſt enim maior peccādi illecebra quā ſpes
impūitatis. Incredibile dictu eſt quot prædia ſuis ciuibus
abſtulerit quot uiduas ac pupillos de poſſeſſiōibus ſuis di
ſturbauerit quot diuerſis ī locis uaſa pulcherrima eripue
rit quantum ſtragulæ ueſtis quid pictarum tabulaꝝ quid
ſignoꝝ quantū marmoris quantū materiæ aut ab eccleſiis
aut priuatis domibus in palatium ſuum congeſſerit. Nam

& Basilicam ariminensem & alias cõpluris ornamẽtis suis spoliauit ut palatium suũ ornaret nec ueritus est domum dei suo splẽdore priuare ut illustraret suã domũ si domus habenda est potius quam officina nequiciæ diuersoꝝq; flagitioꝝ omnium quam ipse inhabitat qui ut arcem ædificet Episcopium diruit & templũ domini cedere cogit. Nolo per singulas discurrere rapinas ne hoc auditorium plus æquo teneam nã si furta si spolia si cõpilatiões si latrocinia eius dinũerare uelim facilius me dies quã oratio destituet. Sed hortatur præteriens hora ut ad tertium transeam mẽbrũ quod de superbia uitæ ꝓposuimus: Latissimum est hoc pelagus & amplissimus ad dicendum campus. Nam si quis arrogans est si quis elato aniõ si quis mente tumida atq; uẽtosa si quis opiniõe sua magnus si quis se ipsum loquẽs auscultat si quis ampullosis & sequipedalibus utit̃ uerbis hunc sigsimundum esse putato qui nõ modo se summis uiris æqualem existimat sed ipsi deo sese præferret si quẽ esse deum existimaret. Dixi ab initio qualem se putet in armis In administranda republica cõdendisq; legibus: neq; Solonι cedit neq; ligurgo indignumq; Moysen facit cui se comparet cuius leges diliramẽta esse affirmat. In eloquentia si uulgato modo loquendũ sit neq; latinis neq; græcis cædet Si de philosophia bõarumq; artium studiis sermo incidat Vnum se censet qui uel Platõis uel Aristotelis archãos sensus ĩtelligat & Chrysippi nodos soluere norit nec se mutũ exhibet in sacris eloquiis q̃uis ea contemnat. Nil tã obscurũ apud theologos est quod sibi non putet aptum. Postremo in omni re gerenda siue bona siue mala se prĩcipẽ esse affirmat nec mentitur ĩ malis. Tocius quidem neqciæ magister est Dux. Rex. Imperator. Acre eius ingenium & uersatile uitiis deditum facile summã adeptum est. In uirtute nunq̃ probatum est: nunq̃ periculum fecit quod si se bõis

moribus dedidiſſet: exiſtimo in his quoq; tẽuiſſet arcẽ ſed ſibi uicia magis placuere nec litteræ male educatum inge niũ facile reformant q̃uis bene ĩſtitutũ admodũ illuſtrãt Sed explicãda ſunt aliqua ſingillatim ex quibus ſuperbia hominis & ambitus patefiat quam q̃ prodidiſſe Alfonſum ut antediximus nõ tam ex auaritia quã ex ambitione pro dierit. Sciebat enim regi excellẽti qui ſeſe præſtaret ĩarmis parendum maluitq; Florentinis militare penes quos duca tum ſperabat. Nec aduerſus Eugenium dominum ſuum aliam obcauſam mouit arma niſi quia plus imperii ambi ebat & Arimino: Fano multiſq; aliis oppidis potitus tanq̃ giaræ clauſus ſcopulis æſtuat paruaq; ſeripho hinc arma contra ſocerum ſumpta hinc Venetoꝝ cõſilia hoſti patefac ta hinc Florentinis ĩtentatæ ꝑditiones hinc ſenẽſibus ĩſidi ae paratæ hinc Vrbinati comiti bellum illatum hinc arma uſq; incubiculum Borſi mutinæ ducis modeſtiſſimi princi pis ad occidendum eundem comitem illata hinc non igno tus homo ab eo in conſpectu fratris ĩterfectus hĩc contra te chriſti Vicarium & dominum ſuum erecta cornua. Ca pta per fraudem arx Muldauiæ & mõtis martiani & heſi noꝝ populatus ager & ſubditi ad defectionẽ ſolicitati: quã q̃ in his omnibus ſemper ſuperbiæ comes auaritia fuerit. At illud uix alteri uitio quam ambitioni quiſq̃ aſcripſerit quod de Epiſcopo Ariminenſi diximus: quod diruere ĩ cõ ſulto præſule nõ erubuit. Sed q̃m̃ præſulis incidit mentio. Dicendũ eſt quo pacto eum honorarit: quis neſcit Epiſco pos tanq̃ patres habendos eſſe & tanq̃ dei nuncios ac uica rios excolendos? nulla ſecularis dignitas eminet epiſcopali hic apex hic uertex eſt ordinis eccleſiaſtici. Epiſcopum nul li contemnere fas eſt: duos excipio Sigiſmundos: quoꝝ al ter indie ſancto paſcatis in ſuum Epiſcopum mãus iniecit alter ſuo domum ſubuertit: mãcipiorum loco clerici omnes

apud Sigiſmundum habentur. Epiſcopi nulla eſt auctoritas nulla dignitas: nulla reuerētia nulla poteſtas. Arbitrium ſibi & matrimoniorum: & ſpiritualiū quarūcunq; cauſarum breui manu Sigiſmundus uſurpat. Aut enim per ſeipſum iudicat aut pro ſuo ſenſu iudicare præſulē cogit dignus princeps qui ſpiritualia metat ubi ſemīat temporalia. Ob quas contumelias arminenſis uoluntariū exiliū ſibi delegit potius quam ſupbiſſimi tyranni uultū inſpicere. Superbū id quoq; atq; inſolēs quod in magna ſexta feria: quo tempore nemo homo chriſtianus eſt qui cōſcientiam ſuam nō inſpiciat & nō corde mutato aliquo modo ad pœnitētiam redeat & bonis operibus dei miſericordiā imploret hic perfidus chriſtianus ſarracenis turciſq; nequior & infidelior eccleſiam ingreſſus: ītempeſta nocte ſacri roris uaſa euacuata īmpleuit atremēto. Vt ante lucem uiri fœmīæq; pro more illius diei templū īgrediētes illo ſe conſpergentes tanq̄ aqua benedicta: iam non homines ſed demonia uiderentur. Iuuēilia hæc & leuia & ridicula dixerit aliquis. Sed unde hæc leuitas? niſi excōtēptu diuinæ domus quæ eſt eccleſia. Quis eccleſiam cōtēnit niſi qui religionem negligit? Quis religionem negligit niſi qui fidē nullam habet? Quis fidem nullam habet niſi qui deum ipſum ſpernit ac deridet? Quis deum ſpernit ac deridet niſi ſtultus aut ſuperbus? Nemo hanc Sigiſmundi leuitatem leuiter exiſtimet: graue eſt quicqd in religionē peccatur. Sed illud grauius illud ſceleſtius: illud atrocius illud immanius & prorſus nefarium quod nunc ſubiiciā Quattuor manu baliſtarios natiōe germāos propter negatam ſtipem a ſe fugientes cum Sigiſmūdus intercepiſſet impatiens uindictæ ipſa die paſcæ manibus priuauit: hoc tu duos mātuæ uidiſti maxime præſul Sigiſmūdū; uerbis acrioribus increpaſti non negantem maleficium

ſed minuentem tanq̃ minus ſit mādaſſe quā feciſſe. Rec
te illud tibi Hieremiæ competit in hoc loco. Ego ſum iu
dex & teſtis nil hic probationibus opus eſt: liquet ſcelus
confeſſus ē & nō negauit. O impium ac crudelem animū
o ſceleratam mentem: o nefandam audaciam: o truculen
tiſſimam beſtiam. Tu die illa qua redemptor noſter reſur
rexit a mortuis qua triumphatis īferis qua uicta & mor
tua morte ad nos rediit infelicium hominum manus am
putaſti. Tu qua die iuſticium ſeruatur in orbe forum cla
uditur ciuiles cauſæ cōquieſcunt execrabile iudicium ſan
guinis apuiſti. Tu qua die ora omnium diuinis laudibus
pſonāt & gratias agunt Saluatori ab his quoꝝ membra
mutilaſti doloroſas uoces & blasfemantium ſimiles extor
ſiſti. Nihil habet quod his reſpōdeat: ſed audi aliud quod
nouiſſime actum refertur. Paulus ſenēſis ordinē ſeruoꝝ
profeſſus imaginem uirginis ī agro pennaꝝ ſancti mari
ni cauſa deuotionis erexerat ad quam uicinaꝝ plebium
ingens concurſus habebat. Nō tulit Sigiſmūdus matris
domini reginæ cælorū gloriā. Imperauit ſubditis ne quis
eo accederet: ſed populi plus deo quam homīi auſcultarūt
Rurſus ira incenſus ſicarios mercede cōductos miſit qui
hominem uel occiderent: uel ad ſe ducerent occidendum
Quattuor in tempeſta nocte improuiſum monacū inua
ſere. Vinctumq; aliquandiu duxere: ſed lucis ortu præuē
ti ad lignum crucis eum ſuſpendere quam ille uiæ indicē
ſuffixerat: ſed hōinis īimico deus fuit amicus: qui fracto
laqueo religioſo uitā prope fugiētē reſtituit. Magna hæc
ſed maiora ſecuntur. Oſtenſum eſt rapacem īuidum libi
dīoſum: crudelem: ſupbum: temerarium parricidā maxi
mis & nefandis ſceleribus editū implicitū irretitum eſſe
Sigiſmundum: Nunc blasfemū hereticum īfidelem oſtē
dēus. Quæ ſcelera ex ipſa quoq; ſuperbia manant & cōtra

deum directe feruntur. Animaduerti pōtifex maxime cū
hereſim nominaui te paululū cōmutari: & hos quoq; qui
te ſepiunt non bene accepiſſe nobili loco natum hominem
hereticum appellari: Fateor non facile cadit in uirum no
bilē ſuſpicio uel ifidelitatis uel hereſis: at ubi nobilitas in
certa eſt certa pfidia: ſecurius nobilitatem negabo quam
hereſim. Infidelitatem Sigiſmūdi ex multis & magnis ui
ris licet agnoſcere. Nobilitatem qui uelit aſtruere eo tan
dem puēiet: ut unius mulierculæ teſtimoniū cogatur ac
cipe eiuſq; proſtitutæ: quæ uel libidinæ uel metu uel præ
cio ſui corporis poteſtatem alieno fecerit. Sed audi quam
manifeſtis argumētationibus deducitur hereſis qui tur
piſſimis criminibus implicitus & anathemate ligatus ſeſe
ſacris immiſcet & dominicum ſumere corpus excōmūica
tus præſumit. Is contemptor eccleſiæ depræbēditur & auc
toritatis eius uilipēſor nec hereſis ſuſpicione caret. Sigiſ
mundus uero iuris auctoritate crebro excommunicatus
qui ſæpe manus ī chriſtos domini uiolentas iecit & one
ra grauia ſacerdotibus impoſuit neq; abſolutus ad com
muniōem ſacratiſſimæ euchariſtiæ præſumpſit accedere
neq; id per ignorantiam aut neceſſitatem. Suſpectus igit̄
eſt in his quæ fidei ſunt & hereſim ſæpe uidetur. Sed ap
tius agendum eſt: damnauit Conſtātienſe concilium huſ
ſitaꝝ hereſim qui inter alios errores interdictum clericis
ciuile dominium aſſerebant: hocidem multis ī locis Sigiſ
mundus affirmaſſe comptus eſt: & nouiſſime cū tu eſſes
florentiæ & hic Coſmum medicem ornatiſſimum & ſapiē
tiſſimum uirū quem honoris cauſa nomīo domi ſuæ ui
ſitaſſet effetq; illic uidua nobilis quæ de ſpolio cuiuſdam
caſtelli ipſum redargueret excuſans ſe ſigiſmūdus: Idcir
co inquit caſtellum tibi abſtuli quia comptum habebam
uelle te illud Nicolao Papæ tradere quem ſolo cenſu con

tētum eſſe oportuit. Ciuile uero dominiū neq; illi cuiquā clerico fas fuit poſſidere. Minuta hæc quiſq; & mendicata dixerit. Audi maiora & ſeſe ultro præbetia. Grauiora publice aſtruit & ad radicem fidei ſecurim admouet. Sæpe ī coroā doctorum uiroꝝ de fide audet diſputare. Nā quid illi non licet inter diſputādum autem eo inſaniæ proruit ut extingui humanam animam cum corpore ſimul affirmet: inferos eſſe neget & ianem mortalibus metum iniectum dicat. Stultum eſſe uirginitatis uel contīentiæ uotū & pœnitentiæ ſacramentū ſacerdotalis inuētum auariciæ aſſerat. Et quanq; ſolis ac lunæ ſignoꝝq; omnium & cæli motus & uiciſſitudines rerum rato uideat ordīe currere quod ſine mente diuina fieri non poſſet quāq; maiorum noſtroꝝ ſapientia diuinæ maieſtati templa cærimonias ſacraq; conſtituerit quanq; thales mileſius. Anaximander Anaximenes. Anaxagoras. Pythagoras. Zenophāes. Parmēides. Empedocles. Democritus duo Diogenes, alter Babylonius alter Apolloniates. Socrates. Plato. Zenocrates Zeno. Cleantes. Ariſtoteles. Criſippus. Poſſidōius & ōnis gētiliū ſchola philoſophoꝝ. Vim quādā eſſe fateatur quamaxima hæc & pulcherrima mundi machīa gubernetur illiq; nomen dei tribuat quanq; ſacra eloquia ueteris ac noui teſtamenti quanq; græci ac latini doctores nil aliud nitantur quam nobis ueri dei cultū ſuggerere & ad eius cognitionem iter oſtendere quanq; nulla gens tam barbara tam inhumana tam rudis tā fera reperiatur: quæ non aliquod numen adoret hic tamē bipes Aſellus ſuo iudicio cunctis mortalibus ſapientior deum aut nullum eſſe contendit: ut eſt apud ꝓphetam. Dixit īſcipiens in corde ſuo nō eſt deus aut cum Epicuro ſentiēs deum aſtruit nō curare mortalia. Hīc fortaſſe fretus quia pro ſuis impietatibus non fulminatur. Alter Dionixius qui poſt fanorū

direptionem bonam ſibi nauigationem patere admiraba
tur: ſed intellexit tandem contemptum dei impune nō ce
dere diuinumq; iudiciū ipſa tarditate grauius fieri quid
hic an hereticus eſt qui deum uel negat eſſe uel mortalia
negligere tradit? Quid de blasfemia dicam? Quid de pro
bris? quæ modo in chriſtum modo in eius genitricem be
atiſſimam uirginem iactitat? nūc ſacratiſſimam trinitatē
irridet nunc ſpiritus ſancti proceſſionem repræhēdit nūc
ſanctoꝝ agminibus illudit nuuc angeloꝝ choris detrahit
totamq; noſtram religionem ridiculam garrita hæc qui
faciat dicat aſſerat defendat eum eſſe hereticum nemo in
ficias ibit hereticus igitur Sigiſmundus in his ſæpenume
ro depræhenſus niſi hereticum eſſe negemus qui nulli ad
dictus religioni nihil eligit: nihil opinatur nullam ſequit̄
ſectam. Sed nihil tam hereticū eſt quam fidei fundāenta
deſtruere diuinitatiq; derogare. Nec omnino nihil elligit
qui nihil de deo credit elligit ēim hoc ipſum de deo crede
re nihil ſectamq; ſtultoꝝ inter quos principatū Sigiſmū
dus aſſecutus eſt perfidus hereticus turpiſſimus īfidelis
nefandiſſimus blasfemus: nec tu uel Arriū uel Neſtoriū
uel Vticetem uel Macedōium: uel Vicleſum uel eius diſci
pulos Iohānem ac Hieronimum Sigiſmundo peiores pu
taueris. Illi deum eſſe crediderūt hic negat. Illi ām̄as im
mortales tradiderūt hic mortales aſſerit. Illi ſaltem appa
renter munde caſteq; uixerunt hic & palā & ī occulto im
purū immundum ſe exhibet. Illi priuati homines uerbis
tantū potuere in ſuos errores aliquem trahere hic princi
patu fretus etiā cogere poteſt quemadmodū multos me
tu minis præce præmio in ſuam pditiſſimam uitam indu
xit. Dura mihi deū teſtor immortalem. Italiæ uiſa cōditio
eſt quæ tot ānis illum paſſa eſt in hāc nobiliſſimam ꝓui
ciam inſultare domicilioq; hoc bonaꝝ artium nobilitatis

columen asylum uirtutū refugium oppressoꝝ lumen or bis fœdissimis suis moribus inq̄nare qui sæpe stupris san ctissimas religiones polluit: qui sæpe hūano sanguine ma nus cruentauit qui gēialē lectū crudeli nece orbauit qui christos dñi īterfecit qui ecclesias qui oppida pulcra diru puit qui ōnes ꝑdidit quibus cū rei quicq̄ habuit qui ius iurandi religionem totiens fregit quotiēs cōuentionibus adhibuit qui sacra contēpsit qui cēsuras ecclesiæ spreuit qui deum & homīē cæli gloriā cetumq; deriſit: qui nullis decretis apostolicis aut humanis aut diuinis unquam pa ruit. Notissima dixi beatissime Pontifex. Super omnibus quæ cōmemoraui criminibus. Rumor publicus est: popu laris uox ea testatur fama cōunis sic esse affirmat nunq̄ omnino una est fama quā populi multi decātāt: ōnis cu ria omne forum omne theatrū: omne balneum omnis ta berna Sigismūdi flagitia & nouit & prædicat & cātat. Ma nifestissima & notoria diximus q̄is aliqua ꝑmanētis fa cti aliqua transeuntis extiterint & ī hoc auditorio multi sunt harum rerum grauissimi testes quos si necesse fue rit producemus. Quibus ex rebus oratos uos facio circū stantes cuiuscunq; nationis estis. Vt mecum una apud pi um pontificem de homine impio pissimum iudicium po stuletis. Nam quo diutius plectitur impius eo iudicium ma gis pium esse dignoscitur. Surgite adeste fauete ānimis uiri præstantes iuuate piam causam si nō uocibus at nu tibus ac signis. Video hic omnes natiōes adesse: uideo om nes expectare & optare iudicium ꝑditissimi hominis. Ne que ulla natio est quā sceleratus Sigismundus nō uiola uerit. In Alfonso quē ꝑdit īdelebilis mēoriæ tota hispāia læsa est. In filia marchionis estensis: quā ueneno sustulit Francoꝝ genus spretum. Estensem enim ꝑsapiam ex frā cis ortam asserūt. In fœmina quā oppressit & Germania

Romam petentem:& ī baliſtariis quibus amputauit ma
nus toti Germaniæ fuit īiurius.In Italia nulla regioquā
ipſe non aliqua inſigni cōtumelia affecerit.Cuius rei ma
nifeſtiſſimum ſignum eſt quod nullum adire uel prīcpē
uel domīum audet niſi publica prius impetrata fide.Ni
mium uerba protenderem ſi eius ingratitudinē non mo
do erga omnes uerum in te ſolū explicare uoluerim quo
uno uicio cætera omnia continentur.Neq; enim erga de
um impius eſt niſi qui per ſuperbiam inflatus meritam
diuinæ mēti gratiam iuſtis honoribus pſoluere negligit
neque parentes aut pulſat aut contemnit niſi cuius īgra
ta uoluntas eſt:neq; patriam lædit niſi qui patriæ benefi
cia nō meminit neq; amicitiam uiolat niſi ingratus neq;
iuſticiæ hoſtis eſt niſi qui p̄ īgratitudinē cōi hōinū ſocie
tati aduerſatur & deniq; quicq d contra leges cōmittitur
ſemper aliq d ingratitudinis habet ānexum:quo uicio ni
hil eſt Sigiſmundo familiarius quē nec dei reuerētia nec
patriæ caritas nec parentū honor nec domīoꝝ timor nec
ſocietatis uinculū a criminibus unq̄ retrabere potuit fæ
tidum Italiæ cænū ac labes & tocius orbis uenenū rerum
omnium diuinaꝝ humanaꝝq; prædo quem ſicut eugenii
iudicium effugiſſe.Nicolai deluſiſſe:Caliſti præteriſſe do
leo:ſic ne tuum euadat ſupplex oro præcor obteſtor.Nec
me cum audis priuatū aliquem hominē iudices fiſci cām
ago rei.pu.cōſulo pro tota Italia pro tota ſocietate fidelīū
loquor maxime uero īfælicibus illis populis patrocinior
quos tui anteceſſores familiæ maleteſtaꝝ cōmendauere:
hic latro uexandos laniandos ac deuorandos accepit.Non
peto ut quæ ſunt in te cōmiſſa pſequare.Scio naturā tuā
qui tuas īiurias obliuiſci malis quā ulciſci.Cōtumeliā dei
ut iudices oro nec patiaris infelices Ariminēſes Fanenſes
Feretranos.Muldauiēſes ab hoc immaniſſimo Dracone

diutius lacerari. Tui populi sūt & oues pascuæ tuæ reddē da tibi & de his ratio est miserere pupilorꝫ quorꝫ bona in dies rapiūtur: miserere uiduarꝫ qbus nulla protectio est miserere iopū miserere diuitū dura utriusqꝫ conditio est p̄ruptas seruitio præmitur: diuitiæ dominos interficiunt Exurge iam tādem expgiscere. Vindica uno in homīe ifi nitas iniquitates neqꝫ perdere unū horreas ubi saluantur plurimi. Morbidā pecudem ꝑuidus pastor ab ouili segre gat nec pitus nauta pondus in naui sustinet quo Carina debiscit: putride carnes ferro indigēt & cauterio. Infecta mēbra doctus medicus potius resecat quā reliquum īfice re corpus patiatur. Et tu nup Sigismundum ex principi bus Austriæ natū ne mistyco noceret eccleſiæ corpori ex tra eccleſiam feciſti. Nec tamē ille huic nostro cōparādus nisi quod ambo sigismundi appellantur & ambo sacratis simam pascæ solemnitatem uiolauerūt. Reliquis ī rebus ualde dispares siue nobilitatem siue mores inspicias: Non fugit ille iudiciū cur iste fugiat? Nihil huic celsissime sedi tuæ magis consentaneū est quā iudicium facere. Iusticia gentem eleuat & solium firmat ꝑ iustica usqꝫ ad mortē certare oportet. Nec iustorum cogitatiōes aliud qꝫ iudicia redolent. Age igit̄ iustissime præsul api mihi portā iudicii Iudica Sigismundum malatestā recto iudicio redde retri butionē impio exere gladium & percute malignū nec mi serearis eius qui nullius unq̄ misertus est. Sceleratū ita punito ut omnes uideant de uultu tuo iudiciū ꝑdiisse: & tuos oculos æquitatem uidisse: itelligantqꝫ planissime nec paruis nec magnis tutum esse aut leges frangere aut de um cōtemnere. His magna uoce ricitatis & a nobis cæte risqꝫ qui aderant plane ītellectis: in hunc modū respondi mus. Orationē elegantissimā & ornatissimam audiuimus Venerabiles in christo fratres ac filii dilectissimi nō par

ua laude dignus eſt Andreas benzius proaduocatus fiſci cuius hodie memoria ꝑfunda doctrina excellens eloquentia copioſa & florida eſt & oſtẽſa. Verum ſi obſcena dictu fœdaq; auditu nõnulla putamus ex his quæ recitata ſunt quid eos exiſtimaſſe cẽſebimus: qui rebus dũ ſic ut narratũ eſt agerẽtur ĩterfuere? An quiq̃ illos unq̃ aut turpius aut fœdius aut horribilius uidiſſe arbitrabimur? Alexandrum illũ orbis domitorẽ cum in Aſiam ꝑficiſceret Ariſtotelem ſecũ & Caliſthenem ſuaꝝ reꝝ ſcriptores adduxiſſe legimus. Idem & Romanos quoſdã impatores factitaſſe cõſtat. Alii Ennium poetã alii Archiam alii alios qui ſuas uictorias illuſtrarẽt in ꝓuincias traxerũt. Quoꝝ ueſtigiis Sigiſmundus inherẽs pœtis & oratoribus ſalaria ſtatuit: qui rerũ a ſe gerẽdaꝝ memoriã ad poſteros referũt Sed qualem illis materiã tradiderit nunc audiuiſtis mira dei clæmentia ſumma bonitas incredibilis miſericordia illum uiuere ſinit qui tantis flagitiis reperitur immerſus Aut ictu fluminis aut hiatu terræ pereũdum illi eſſet qui talia cõmiſiſſet. Dolemus ſane ſi uera ſunt expoſita in domo illa nobili Malateſtaꝝ: ac puetuſta hõini monſtra hominum repiri. Dolemus temporis noſtri uicem ĩ quo tanta regnat iniquitas. Dolemus & ãgimur tam horrẽda tã ĩmania tã abhominabilia: tã nefanda crimina de noſtris ſubiectis poſſe referri. Felices quodãmodo eſſemus ſi ſubditos noſtros nõ tã pro maleficiis ſupplicio q̃ pro benefactis præmio afficere teneremur. Beatus quãtũ ĩ terra datur is princeps eſt cui pacata & bonis referta iuris ꝓuincia obuẽit. Nec ille deo ĩgratus eſt qui ꝓuerſoꝝ hominũ uiciis labefactam regionẽ expurgare cõatur. Sed illud optari poteſt hoc præſtari debet. Nos igitur quando inſubditis noſtris nõ repimus quod cupimus id præſtabimus quod debemus nobiliſſimũq; & latiſſimũ eccleſiæ regnũ

cui diuino nutu non noſtris meritis præſidemus quantū ex alto dabit reformabimus. Nec pyrratis aut latrōibus dilaniādum pmittemus. Sigiſmūdus de nobis multa beneficia conſecutus eſt: plura de Romana eccleſia: plurima de deo: ſed ubiq; ingratus eſt ſi uera audiuimus. Vtinam dei dona cognouiſſet & ſi nō ut homo gratus at ſaltē nō ut demon īgratus uitam duxiſſet. Nos īiurias nobis irrogatas facile poſſumus & uolumus rēittere eccleſiæ & ipſius magni dei contumeliā negligere nec uolumus nec poſſumus. Iudiciū a nobis petitur iudiciū faciemus: Sed me minimus aduerſus eundē Sigiſmundum ſup huiuſcemodi criminibus aut certe ſimilibus. Dilecto filio noſtro Nicolao Cardīali ſancti Petri iam pridē cauſam cōmiſiſſe cū poteſtate citandi etiam pſonaliter & p edictum nec ambigimus quin ipſe pro ſua diligentia ꝓceſſerit quantum potuit: Ad eum igitur hæc quæ modo recitata ſunt remittimus & ſine præiudicio prioris commiſſionis cōmittimus cū ſimili poteſtate. Vos circūſtātes rara & pene īſolita audiuiſtis. Ironicā canonizationē Sigiſmundi malateſte nouo & inuſitato modo dicēdi accepiſtis. Nō ſcimus an hæc cuncta ueritate nitātur. Verū alia hodie cāonizatio audita eſt q̄ diui Bernardini Senenſis fuerit. Ille ꝓpter multa bona opa a Nicolao prædeceſſore noſtro inter ſanctos cælites. Sigiſmundus ꝓpter īfinita ſcelera ab Andrea bēzio ſenenſi quantum ī eo fuit orādo inter peſſimos demōes eſt relatus. Cardinalis autem exāinatis nōnullis teſtibus fide dignis & uiſis omnibus atq; diſcuſſis quæ uidēda & diſcutiēda fuerūt retulit nobis ī conſiſtorio ſecreto crimina omnia & omnes exceſſus ſup quibus Sigiſmūdus fuiſſet delatus aut teſtibus idoneis aut uoce publica cōprobari quæ uero maiora & atrociora eſſent ita uulgo; & ru

more plebiũ confirmari ut manifeſta & notoria iudicari poſſent quibus cognitis certiores redditi ſumus Sigiſmũ dum nõ alium eſſe quã fuerit p aduocatũ fiſci deſcriptus Et q̃uis magnus eſt nobilitatis fauor nõ tãen efficit ĩcre dibilia quæ uidenť nec parentum claritas filioꝝ excludit tenebras. Naſcũtur etiã ĩ generoſis domibus mõſtra hoꝛ mĩum: & ꝑbiſſimi nõnunq̃ parẽtes ſceleratiſſimos filios genuere. Non ſanguinis ãtiquitas: ſed mẽtis puritas arbi trio peccãdi obſiſtit. Non eſt uinum ſine fece: neq; argen tum ſine ſcoria. Nobilior Iulioꝝ: Claudioꝝ: Fauioꝝ: & in his tamen Cathelina: Clodius: Nero: Domitianus inuen ti ſunt peſtes urbis atq; orbis: ex Adam õnis nobilitas oꝛ tum habet & tamen filius eius Chain fratrem interfecit Claritudo generis ſicut uirtutẽ illuſtrat ita & uicina rete git. Conſpicua eſt in utranque partem uita nobilium quã uis non ſatis recte nobilem dicimus qui relicta probitatis uia degenerauit in ſordibus hoc tamen Malateſtarum no bili familiæ Sigiſmundus præſtitit: Si tamẽ ex illa natus eſt: ut nulli cædat in uiciis quæ pluribus cæſſit in uirtuti bus: Neq; enim Sigiſmundo improbiorem facile quisq̃ inuenerit. Nullæ hoc aures reſpuunt. Prius eũ ſua uita quam noſtra uel ſuſpicio uel ſententia damnauit qui ab adoleſcentia non ſolum ĩtemperantia & ſcelere: ſed etiam conſuetudine & ſtudio & omni flagitio ſtupro cæde uerſa tus eſt quem ſemper omnes ingenium eins contemplati ad Italiæ incendium & publica latrocinia natum putaue runt qui ſemper petulans ſemper audax ſemper libidino ſus habitus eſt qui exturbare hoꝛnĩes ſuis poſſeſſionibus cædem facere amicorum: ſpoliare fana uim puellis infer re qui nuptas qui uiduas qui ſacras moniales opprime re qui compatrem occidere qui dominos prodere qui uxo

res necare qui oppida inflammare qui ſanctas ædes incẽ
dere qui magnam paſcæ diem ſanguine fœdare qui ſine
pœnitẽtia ſacratiſſimum chriſti corpus aſſumere: qui iuſ
iurandum uiolare qui cenſuras eccleſiæ contemnere qui
religionem ſpernere qui blasfemare deum: qui parua de
fide loqui ac ſentire auſus eſt. Nunc profecto nemo regẽ
ſceleratorum eſſe negauerit: qui neque chriſtianus eſt o
pinione ſua neque iudeus neque gentilis qui nulli philo
ſophorum ſecte additus eſt niſi forſitan Epicureæ. Nobis
quippe ſcelera eius quæ ante commemorata ſunt partim
ex ore ſuo nam multa ipſe Mantuæ retulit cum ſe falſo
diceret emendatum: partim boneſtorum uirorum atteſta
tionibus: multa perfacti euidentiam quæ notoria dici poſ
ſunt. Omnia uero per commiſſarii relationem & publicã
populorum uocem ac famam innotuerunt: audita omni
bus peruulgata percælebrata. Obquas res in his tot: tã
tiſque & tam atrocibus tam immanibus tam nefariis &
horrendis maleficiis minime conniuendum aut diſſimu
landum putauimus: ſed quanto piculoſius peccatum eſt
tanto diligentius uindicandum cenſuimus: & nunc potiſ
ſime quãdo de peccatoris uel conuerſione uel reditu ſpes
nulla relicta eſt. Imitandus eſt nobis ipſe cæli terræque
iudex ac creator omnipotens qui angelos non ſeruantes
ſuum principatum ex cæli domicilio diſturbauit & ĩ iudi
cium diei magni uinculis æternis ſub caligine reſeruauit
qui Sodomam & Gomorram ac finitimas ciuitates eun
tes poſt carnem alteram incendio abſtulit & ignis æterni
pœna damnauit qui cum Dathan & Abiron diſcidiorum
ĩcentores rogante Moyſe hiatu terræ demerſit inprofun
dum Abyſſi & Pharaonem prius decem plagis ammõitũ
nec audientem marinis inuoluit fluctibns adhibenda eſt

enim iudicii ſeueritas ubi clementiæ contemnitur læuitas Cunctis igitur diligenter ac maturæ penſatis quæ hac in cauſa conſideranda occurrerunt de conſilio & aſſenſu ue nerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ romanæ eccleſiæ Cardinalium pro conſiſtorio ſedentes in nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis patris & filii & ſpiritus ſancti. In ca uſa contra Sigiſmundum malateſtam agitata ſentẽtiam noſtram diffinitiuam in his ſcriptis: & hunc modum pro ferimus & promulgamus. In primis ẽim Sigiſmũdum ipſum Malateſtam qui ſe Pandolfi filium nominat mani feſtum Cõcubĩarium: Fornicarium: Adulterum: Stupra torem: Inceſtuoſum: Sacrilegum: raptorem: Prædonem: Incendiariũ eccleſiarum: & piorum locorum ſpoliatorem Inuidioſum: Ambitioſum: Iracundum: Crudelem: Homi cidam: Sanguinarium: Parricidam Proditorem: Falſariũ Periurum: Gladiatorem: Siccarium: Perduellem: religio nis irriſorem: Blasfemum: Hereticum & multis excõmu nicatiõum ſententiis irretitum ab eccleſia catholica & ab ipſo immortali deo reprobatum & maledictum pronunci amus & declaramus. Et nihilominus ipſum pro maiori populorum fidelium certitudine ne quis per ignorantiã ſibi communicet harum ſerie de nouo excommunicamus Anathematizamus & a corpore militantis eccleſiæ tanq̃ putridũ membrum præcidendum eſſe decernimus & præ cidimus ſibique tanq̃ morboſæ & infecte pecudi totius chriſti ouilis communionem atque commertium interdi cimus ſuamque animam niſi priusq̃ exeat ex cænoſo illo carnis ergaſtulo reſipuerit crudelibus cruciandam demo nibus & igni exurendam æterno concedimus. Corpus ue ro dum animatum eſt malignis uexandum ſpiritibus tra dimus. Vt poſtq̃ aliter infœlix anima emendari nõ poteſt

hoc ſaltem modo ſi deus dederit in uiam ſalutis redigat̃ Qui ſi ad exitum uſq; malignitatem retinuerit: Cadauer eius damnato relictum ſpiritu ſine exequiis ſine imagini bus ſine laudibus ſine pompa ſine funere ĩfeliciſſimis ſe miuſtum lignis dilaniãdum nocturnis canibus aut feris obiiciendũ ſtatuĩus. Si quis funeri eius ĩterfuerit aut cor pus eius ſepeliendi gratia attigerit anathema & locus pol lutus eſto in quo fuerit quauis audacia ſepultum ne que niſi iuſſu romãi pontificis reconcilietur. Si quis uero Si giſmundo uitam agenti aut in ſacris aut aliquo quouis modo excepta conuerſionis ſuadendæ cauſa communica uerit cuiuſcunq; condicionis ſtatus ue fuerit & quacũq; dignitate præfulgeat eccleſiaſtica ſeu mundana etiam ſi Cardinalatus aut pontificatus honore regali ue aut Impe riali culmine potiatur excommunicationis ſententiam a nobis tantum uel ſucceſſoribus noſtris relaxandam ĩcur rat. Loca etiam ad quæ ipſum declinare contigerit pro tempore ſuæ moræ eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Præsbiteros uero quicumq; tandem hi fuerĩt ſiue religio ſi ſiue ſæculares qui coram homine tam ſcelerato tanq; nefario aut in alienis eccleſiis cælebrare præſumpſerint aut eo præſente diuinis officiis intereſſe pro prima uice excommunicatos pro ſecunda ab omni ſacrorum ordinũ executione ſuſpenſos pro tertia beneficiis omnibus eccle ſiaſticis officiis honoribus & dignitatibus ipſo facto pri uatos eſſe decernimus; liberam illorum prouiſionem loco rum ordinariis permittentes. Qui ſi quis Epiſcoporum in hoc errore compertus fuerit ſciat ſe prĩa uice ab execu tione pontificalis officii ſuſpenſum: ſecunda uero eccleſia ſua priuandum. Et ulterius Sigiſmundum ipſum tanq̃ domini ſui ideſt ſanctæ Romanæ eccleſiæ proditorem ac

maieſtatis reum de fide Orthodoſa peſſime ſapientē blaſ
femum atque hereticū uicariatu Arimini:Fani:Senegal
liæ:Montisferetri:Ceſenæ:Muldauii & aliorum quorum
cunque locorum quæ a Romana uel alia quacunq; eccle
ſia quomodo libet optinet ſiue obtinuit aliquando:priua
tum eſſe decernimus ac priuamus.Ciuitateſque ipſas &
oppida ſeu loca cum ſuis comitatibus territoriis iuriſdi
tionibus & pertinentiis quibuſcunque ad nos & Romanā
eccleſiam ipſo iure rediſſe ac reuerti debere decernimus:
& declaramus aliarum eccleſiarum iure ſeruato uolentes
ad eas remeare quæ fuerūt earum Feudatarios uero uaſ
ſallos & ſubditos quoſcunque ipſius Stgiſmundi ab om
ni ſubiectione promiſſionibus quoque & iuramentis qui
bus ei quoquo modo teneantur abſoluimus & abſolutos
eſſe declaramus.Et ſi qua in futurum eidem aut ſuis ꝓ
curatoribus iuramenta præſtiterint ea decernimus nulli
us eſſe roboris uel momenti id ipſum de quibusuis pro
miſſis atque obligationibus ſtatuentes & amplius uaſſal
lis ac Feudatariis ipſis cæterisque ſubditis quocunq; no
mine cenſeantur & eorum cuilibet iniungimus ac māda
mus ut poſt quatrimeſtre a die datæ præſentium compu
tandum Sigiſmundo præfato ac eius officialibus ſeu mā
datariis obedire cenſum dare uectigalia & alia quæuis iu
ra perſoluere operas præſtare honorem quencunque im
pendere omnino ceſſent:neque illum i dominium aut ui
cariū quoquo modo recognoſcant aut habeāt.Ipſumque
& eius procuratores & uicem gerentes de terris quas in
colunt aut expellant aut ipſi recedant ad aliena dominia
tranſeuntes ſiquidem tutius eſt panem ſub chriſtiāo bo
noq; principe mendicare quam ſub heretico tyranno ma
gnas diuitias poſſidere.Qui ſi elapſo quatrimeſtri ſub eo

remanſerint ei ue obedierint aut honorem ſpenderint il
lumq; quoquo modo indōinum aut uicarium recognoue
rint aut habuerint extunc eos & eorum quemlibet quo
cunq; loco reperti fuerint:tanq̄ hoſtes eccleſiæ ac fidei ca
pientium ſeruituti & eoꝝ bona præde ſubiicimus.Si quis
uero cum ipſis aut eorum aliquo:aliter quam dictum ſit
conuerſatus fuerit ipſo facto excommunicationi ſubiace
at eandemq; pœnam incurrat:qui per ſe uel alium gēus
aliquod commeatuum ſeu mercimoniorum ad eos uel eo
rum aliquem miſerit uel ab eis acceperit aut ipſis ſiue eo
rum cuipiam ad ſuas terras ueniendi ſaluum conductū
cōceſſerit.Ipſoſq; uel eorum aliquem quoquo modo rece
perit uel communitas fuerit eccleſiaſtico ſubiaceat inter
dicto & nihilominus urbes & terræ ipſæ in quibus Sigiſ
mundo obediri contigerit eccleſiaſtico ſubiaceant interdi
cto.Ita ut neque in Cathedralibus aut collegiatis & aliis
eccleſiis ſæcularibus neq; in monaſteriis aut conuentibus
quorumcunq; religioſorum etiam mendicantium niſi cla
uſis ianuis:& excluſo populo uoceque ſubmiſſa cāpanis
non pulſatis diuina officia cælebrentur:paremq; pœnam
ſubeant qui coram populo ſic interdicto cælebrauerint ac
ſi coram ipſo Sigiſmundo rem diuinam fecerint.Quod
ſi quispiam tantæ audaciæ aut temeritatis repertus fue
rit ut Arminiū:Fanū:Feretrū:Senegalliā:Muldauiū aut
alium quencunq; locum ex his quæ Sigiſmūdus a Roma
na uel alia quauis eccleſia obtinuit ipſius Sigiſmundi no
mine aut ſuo proprio uel alio quocunque detinere inua
dere occupare regere gubernare aut quouis quæſito colo
re adminiſtrare præſumpſerit etiam ſi frater eius fuerit
aut filius hunc hoſtem eccleſiæ romanæ pduellem prodi
torem ac rebellem eo ipſo fore decernimus atq; his pœnis

excepta ſanguinis ultiõe ſubiacere: quas rei maieſtatis ac ſuorum dominorum proditores & rebelles diſpoſitione iuris incurrunt excommũicationis & Anathematis adiecta cenſura. Liberis autem ſigiſmundi utriusq; ſexus omnem dignitatis atque honoris aditum uſque ad quartam generationem præcludimus hereditatis cuiuſcumq; additionem legatorumque capiendorum facultatem interdicimus ipſoſq; īdignos declaramus: & tāq̄ uipeream ſobolem toxico liuidā ac noxiam nullius officii nullius feudi nullius uicariatus decernīus eſſe capacem: caſſantes & irritantes omnia & ſingula priuilegia: & indulta quæ uel p nos uel per noſtros prædeceſſores ſub quauis forma uerborum conceſſa fuiſſent. Et quoniam perditum filium & matri ſuæ inſultantem ſemperque peiora molientem nō ſpirituali tantum gladio coercendum: ſed materiali quoq; temeritatem eius neceſſario comprimendā ducimus. Scientes uerſutias eius qui more fabuloſi monſtri in uarias ſeſe formas transfigurat ne facile compræhendi ualeat. Si non dabitur corpus eius inuenire: Loca quæ olim obtinuit quærere propoſuimus ne facto teneat quæ iure amiſit ne ue per alium occupet quæ per ſe ipſum retinere nō poteſt: Ea propter uniuerſis & ſingulis Regibus. Epiſcopis Archiepiſcopis Patriarchis Cardinalibus cæteriſque pſonis eccleſiaſticis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Communitatibus Collegiis Vniuerſitatibus cæterisque omnibus & ſingulis tam in Italia quam extra conſtitutis: harum ſerie inhibemus ne memorato Sigiſmundo fratri ue aut filio eius aut alteri cuicumque ciuitates ſeu loca huiuſmodi obtinenti per ſe uel alios arma miniſtrent pecunias ſuggerant commeatum ſuppetant

auxilium conſilium fauorem ue quoquo pacto præbe
ant. Si quis contrafecerit quicumque is fuerit & qua
uis excelſa præditus dignitate maledictus exiſtat excõ
municatus: & diuino percuſſus Anathemate: nec de ſa
lute animæ ſperet niſi ante finem uitæ pœnitentiam
agens apoſtolica fuerit auctoritate adiutus. Vniuerſi
tates aũt diuinis ſibi penitus interdictum ſciant & niſi
ſeſe corrigant diuinam ultionem expectent. Excommu
nicamus quoque & Anathematizamus uniuerſos &
ſingulos cuiuſcumque ſtatus conditionis ue fuerint
& ſi pontificali regali ue potiantur honore qui directe
aut oblique fecerint quominus hæ litteræ noſtræ uel
earum exemplaria in ſuis aut alienis dominiis legi af
figi publicari ut ad omnium noticiam deduci poſſint
eccleſiis quoque monaſteriis conuentibus & aliis qui
buſuis ſacris locis in quibus diuina cælebrata fuerint
officia cõtra hanc noſtram prohibitionẽ oĩa priuilegia
oĩa ĩdulta õnes exemptiões omnes gratias qbus ab a
poſtolica ſede ornata & dotata fuerũt harumſerie ſub
trahimus & reuocamus. In qua parte & in omnibus a
liis ſupradictis nullam legem nullum canonem nullã
conſtitutionem nullam ordinationem nullum decretũ
nullum priuilegium nullum indultum apoſtolica uel
alia quauis auctoritate conceſſum obſtare uolumus:
quibus omnibus quo ad præmiſſa etiam ſi de uerbo
ad uerbum ſpecialis mentio facienda eſſet tenore præ
ſentium derogamus: illis alias in ſuo robore perman
ſuris. Sed ait fortaſſe quiſpiam Sigiſmundum cũ hãc
ſententiam audierit ſuo more cenſuras omnes contem
pturum irriſurumque nec nos aliter opinamur: Nam

quo pacto humanas ille ſententias curet qui ſpernit di uinas aut quomodo pontificem audiet iudicantem qui deum irridet comminantem. Non tam hic decretum horret q̄ ferrum non tam paginam quā lanceam: nō tam litteras quam enſes: præſentia tantum & pongē tia ueretur. Ridebit inter ſuos & gloriabitur in nequi cia & pulchrum exiſtimabit apoſtolicam contra ſe ſedē irritaſſe. Aduocabit ad ſe purpuratos uicinarum terra rum & in corona populi dicet multa de religione cum irriſiōe eccleſiaſticam hierarchiam uituperabit: quæret an edere poſſint excommunicati an uini ſaporem aufe rat anathema dicet bene ſecum actum cuius ſuppliciū ad inferos remittatur ſibi curandum eſſe ut uitam iu cundam agat: poſt obitum neſcire quid ſit fabuloſa il la quæ aſſeruntur eos qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint agitari & perterreri apud inferos demo num tedis ardentibus atq; igne cremari qui nunq̄ de ficiat. Sed ſenties aliquando: ſenties Sigiſmunde ſenti es infelix inferos eſſe ſenties ardentem ſine fine gehē nam ſenties iram dei executore nequaquam carere & tortorem ſenties diabolum. Nec te putes moriēdo pœ nas euaſurum: tunc magis in tormentis uiues: cū mo rieris & miſerrimū ītelliges te mortuū mori nō poſſe Nec tamen interea cruciatu carebis. Torqueberis etiā uiuens hic quoque incipies pati. Neque enim natura fert ut quieta ſit iniqui mens ſua quenq; fraus & ſuus terror maxime uexat: ſuum quenq; ſcelus agitat amē tiaque afficit: malæ cogitationes conſcienciæque animi terrent. He ſunt facinoroſis hominibus aſſidue dome ſticeque furieq; dies nocteſq; læſorum pœnas a cōſce

leratis auctoribus repetant. Ingens pœna eſt male ac
tæ uitæ conſcientia. Vrget hæc aſſiduo flagello & ſurdo
uerbere cædet. Te quidem q̄is ferus es nō tamē om
nino hūanitatis expertā credimus. Rēanſit illa ſidereſis
rēanſit aliqua ratiōis cognitio. Rēanſit cōſcius aīus &
mens maleacti æui memor quæ te non modo uigilan-
tem: Verum eciam dormientē expungit & uermis qui
ſemper rodit. An non terreris non angeris non undi
que præmeris cum tibi dormienti ſpecies occurrunt-
earum quas interemiſti coniugum: & tuam tibi impie
tatem exprobantur? Quis tuus tunc conſpectus eſt cū
compatris imago ſeſe offert quem crudeliter occidiſti
cum pudorem commatris uiolare non poſſes? Quid re
ligioſis illis te per quietem obiurgantibus reſpondes
a quibus cum honeſtarum matronarum cōfeſſionem
extorquere non poſſes uitam crudeliter extorſiſti? quo
uulto illius uirginis effigiem inter ſomniandum reſpi
cis cuius inexpugnabilem pudorem morte mulcta
ſti? Quid uigilans ſi quando ſolus es? An non memo
ria repetis trāſalpinam mulierē dū Romam in publica
orbis peregrinatione petit a te cum probro tocius Ita
liæ uiolatam. An non in mentem ueniunt ſtupra adul
teria inceſtus & a te omnia per libidinem fædata? An
non quod annis paſcalis dies tuis in auribus clamitat
Sigiſmundus me germanorum ſanguine polluit? An
oblitus es quotiens fidem fregeris cum Romanis pon
tificibus dōinis tuis regibus & ciuitatibus? Quid iuſ
iurandi uiolatam ſæpe religionem memoramus? hoc
certe obliuiſci non potes niſi ea quoque mente excidūt
quæ ſingulos dies agitas. Vix enim ſine periurio lex

ulla tibi decurrit. Sane q̄q̄ rara tibi ſolitudo eſt turpi
bus ſtipato gregibus: ſi tāen aliquādo mentē ad te re
uocas & in eius ſuceſſum raperis: & opera tua inſpicis
non dubitamus quin te pudeat tedeatque unum eſſe
qui omnium iudicio peſſimus cenſearis. Nec te iuuat
digito monſtrari & dici hic eſt cuius prodiciones nu
merari non poſſunt cuius uitæ fætor totam īficit Ita
liam & ad exteras uſq; gentes penetrat. Interdum eti
am timor dei te occupat & ultionem iudicii times uel
lesque minus credere q̄ credas: ſed cogit te nonnunq̄
humanitas cogitare de deo & iuſtum intelligens loca
eſſe coniectaris inquis mali boniq; ſuam mercedem ac
cipiant tumq; uitæ prioris pœnitet & cogitas in uiam
reuerti. Sed cum molem illam peccatorum grauiſſimā
reſpicis. Cum te in profundum malorum peruenisſe
animaduertis rurſus ad ingenium redis & contemnēs
ſacros uetereſque ſermones nihil eſſe poſt obitum dicis
quod ferme pro conſolatione ſua miſerrimi et inqui
natiſſimi omnes peccatores ſolent aſtruere: ſed modo
credunt modo non credunt tāq̄ nubes ſine aqua a uē
tis nunc huc nūc illuc circunferuntur cū quibus & tu
ſæpe dubius ſæpe incredulus q̄uis inuiſibilibus tamē
aſperrimis conſcientiæ ſtimulis agitaris & iam uiuus
bis urgeri ſuppliciis incipis quibus apud inferos mor
tuus perpetuo cruciaberis. Sed hunc dimmittamus &
uniuerſitatem fidelium paucis alloquamur. Quicūq;
chriſtum colitis fratres ac filii dilectiſſimi Sigiſmūdū
fugite quid chriſto & Belial? quid deo & demonio? q̄d
candido & nigro? Nemo uirtutes diligit qui non ode
rit uicia nemo chriſtum amabit qui ſigiſmundū ama

bit.Relinquite qui ſapitis tabernacula eius fugite con
ſortium declinate colloquium.nemo ſibi:nemo ſuis mi
niſtris communicet:peſtifer homo eſt:neque ſine con
tagiõis periculo uſus eius eſſe poteſt.Nec picem quis
tangit & non inquinatur ab ea?Repellite a uobis uene
noſam beſtiam:non eſt hic homo ut uidetur:ſed bellua
potius iudicanda ex portento nata immani aut fera for
ma hominum induta:Aut fortaſſe demon fantaſtico
corpore circundatus:illud certum quia diaboli filius
eſt:& diabolum habet patrem cuius opera facit cuius
mentem ſi poſſetis introſpicere.En quas libidines quæ
flagitia quas turpitudines quantas audacias quãtos
incredibiles furores quas notas ſcelerum quæ indicia
parricidiorum quantos aceruos facinorũ quas & quã
tas ſpurcitiarum ſentĩas inueniretis.Difficillimum eſt
huic prodigio ſine labis periculo conuerſari.Repellite
igitur ac procul arcete ueſtris ex finibus prodigioſum
animal:tanq̃ unum ex præcurſoribus Antichriſti:ſcié
tes quia deo placere & Sigiſmundo fauere nõ poteſtis
Attendite uos qui ſublimes eſtis in Italia.Attendite
uobis & uniuerſo gregi.Studete ut tandem hac teter
rima peſte ueſtra patria nobiliſſima liberetur:cuius pa
cientia mirabile dictu eſt quomodo ita obduruit ac p
calluit ut hunc publicum inſultatorem bonorum mo
rum uaſtatorem regionum legum hoſtem religionis
perniciem tãto tempore tullit.Deceperunt uos ſicut &
nos blanda hominis uerba & fidem fecit frugis lĩgua
doloſa.Sed ueniat aliquando tẽpus illuceſcat dies qua
mali plectantur nec ſemper impune blaſfemi craſent
Fecimus nos quod potuimus aduerſus impium:nec

ceſſabimus donec deficiat. Sed uos quoq; adeſſe opor
tet & tanq̃ ad cõmune reſtĩguendum incendiũ manus
apponere omnique ſtudio niti ut ſerpens uirolentior
Baſilico ĩ cauernam ignis mittatur. Nam ſi templum
quoddam ſanctitatis amplitudinis mentis conſilii pu
blici caput orbis aram ſanctorũ portum omnium gen
tium refugium oppreſſorum ſedem iuſticiæ magiſtrã
fidei ac morum apud uos eſſe. Romanam eccleſiam in
Italia gaudetis & perſeuerare cupitis ſtudendum eſt
ne ſuæ gloriæ prodigi inſectatores alienæ qui turpi
tudini ſeruiunt diuina & humana iura contemnunt
ueſtris conſilliis adiutentur qui uno ex ueſtro conſor
tio ſic eliciant̃ ut odio uobis eſſe malignos totus orbis
intelligat. Cæterum te quiſquis tandem fueris qui no
bis præſenti luce prefunctis ĩ apoſtolatu diuina diſpo
ſitione ſucceſſeris etiam ſi longiſſima pontificum ſerie
poſt migrationem noſtram ad beati Petri cathedram
peruueneris obnixe rogamus atq; hortamur & per ui
ſcera miſericordiæ domini noſtri ieſu chriſti requrimus
& obſecramus ut illatas tot per Sigiſmundum eccleſiæ
Romanæ religioni & chriſto contumelias niſi noſtro
tempore uindicatæ fuerint haud quãq̃ inultas tranſi
re ſinas ſed toto ingenio totis uiribus toto conatu p-
ſequaris. Neque minori animaduerſione uindicandã
Sigiſmundi temeritatem putes quam hereticiꝰ cuius
cumq; blasfemiam: qui eo inſaniæ proceſſit ut deũ eſſe
non ſolum lingua ſed etiam uita negauerit cunctiſque
poſſunt excogitari uicioꝝ ſordibus immerſus. In quos
mores ſumma crudelitas eſt non eſſe crudelem nil ae
que nocet eccleſiæ quam ĩdulgentia frequens & impu

nitas erratorum. Qui pontificem aliquem læsit sperat & sæpe reperit in successore uẽiam. Hinc oppida occupantur ecclesiæ hinc pulsati clerici incarcerati sacerdotes occisi episcopi. Cardinales capti & in ipsum aliquando christi uicarium manus iniecte nihil non audẽt homines ubi non sequitur pœna flagitium. Nihil tam ꝓuocat delinquentes quam felicitas ueniæ. Rara ī urbe scelera in qua iudicis seueritas expectatur. Nobis cura erit dum uixerimus ne proditor sui & omniũ qui sibi credunt Sigismundus deo nostro & ecclesiæ sanctæ impune illuserit. Quod si prius diuina bonitas nos reuocauerit q̃ illum pro meritis puniuerimus tuum erit O carissime successor id ꝑficere quod relinquerius imperfectum. Neq; huic impio uel generi suo apostolicæ sedis aliquando gratiam reddere nisi per pœnitẽtiam & satisfactionem meruerint. Quod si alter iudicaueris hoc saltem præcessori tuo concedito ut priusquam beneficium absolutionis impendas has litteras nostras in sacro Cardinalium collegio te præsente iubeas recitari: ut intelligant omnes qui sint qui recipiantur ad gratiam. Ad quas res & si te nostris uerbis ligare non possumns hortari tamẽ ac rogare nõ prohibemur. Tu pro tua sapientia haud alium erga prædecessorem tuum te exhibebis quã successorem erga te cupias quando & tua quoque dies uentura est & nihil antiquius rectoribus populi quam per iusticiam & iudicium gratiam creatoris inire. Data Romæ.

EPISTOLA. PII. PP. Secundi. Ad illustrissimum Mahumetem Turcorum principem.

IVS Episcopus seruus seruorum dei Illustri Mahumethi principi Turcorum timorem diuini nominis pariter & amorem. Scripturi aliqua ad te pro tua salute & gloria proq; cõmuni multaq; gentium consolatione & pace hortamur ut bẽigne audias uerba nr̃a nec prius dãnes q̃ iudices nec prius iudices q̃ singula diligenter intelligas. Accipe quæ scribimus inbonam partem: & usque infinem patienter audi. Si bona sunt quæ suademus amplectere Sin mala respue & in ignem mitte neque idcirco epistolam reiicias quia christiani hominis est & eius christiani qui cæteris præest. Non enim te odio prosequimur neque tuo insidiamur capiti q̃uis hostis nostre religionis existas & armis christianã urgeas plebem. Operibus tuis non tibi sumus infensi. Diligimus iubente domino inimicos nostros & pro persequentibus nostris oramus. Sapientibus & insipientibus debitores sumus & õnes cupimus fieri saluos Græcos latinos Iudeos Saracenos omnibus optamus bona. Sed scimus uera bona neminem assequi posse: qui extra euangelium degit & a christo domino nostro est alienus. Noli aut aures claudere aut oculos auertere cum christum nominamus quem Mahumethea lex inqua natus es & uirum sanctum & prophetam magnum & uirginis filiũ & miraculis clarum dixit. Multa tibi p̃ eum & maxima bona euenient si ei credideris & eius sacris initiari uolueris. Horrescs hæc cum primum accipies. Sed audienda est tota lex deinde iudicium promẽdum. Audi quo tendo multa tibi & tuis ꝓgenitoribus cum christianis bella fuerunt. Multus sanguis effusus est. multe ur

bes delete. Sacre edes incenſe rapte uirgines uiolate ma
trone uaſtati agri. Scelera perpetrata ſunt quecunq; in
mentem uenire poſſunt dum Turcus & chriſtianus uter
impet gladio contendit. tibi ut fama ut opera ipſa loqu
untur ingens deſiderium eſt chriſtianos ſub iugum mit
tere & imperium latini nominis optinere & ſunt fortaſſe
qui facile hoc ſuadent & omnia tuis armis peruia dicũt:
& alii tuas uires amplificãtes chriſtianas attenuant. Alii
indiuiſionibus & odiis quæ gentem noſtram excedunt
ſpem collocant haud difficile exiſtimantes eos uinci poſſe
ab exteris qui domi diſſident. Nos non ita ignarum te
credimus noſtrarum rerum quin ſcias quanta eſt chri
ſtiane gentis potentia quam ualida Hiſpania q̃ bellicoſa
Gallia qnam populoſa Germania quam fortis Britãnia
quam audax Polonia quam ſtrenua Vngaria q̃ diues &
animoſa & bellicarum rerum perita italia. Sola Vngaria
progenitores tuos & te ipſum fatigauit. Octogeſimum
iam annum aduerſus Vngaros Turcorum ſigna ferun
tnr & adhuc circa ſauum & dãubium herẽt una te gens
tuaſque uires agitat. quid facias ſi tibi cũ italis aut ger
manis aut gallis res fuerit ampliſſimis & robuſtiſſimis
populis fortaſſe non deeſt qui dicat Iuſtinianum Impera
torem Conſtantinopoli ſedentem miſſo in Italia Belliſa
rio cũ pua manu militum perditam Romam & reliqua
loca uſque ad alpes recuperaſſe. Nec te Iuſtiniano mino
rem eſſe. Caue ne te fallant adulatores domeſtica regum
& aſſidua peſtis. Facile principes magna de ſe loquẽtibus
aurem preſtant atque idcirco decipiuntur. Rarus eſt qui
uero ſe non maiorem credat. Iuſtinianus ũiuerſe gretiæ
& illirici & Aſiæ & Libyæ dominus erat & italiam non ac
quiſiuit ſed recens perditam recuperauit & a gotis gen
te Barbara nõ ab italis abſtulit. Nondum amor imperii

Romani in mentibus italis reſtinguerat neq; ullus erat qui Barbaricū iugum æquo animo ferret. Cūcti arma ꝓ Imperio & pro patria magnis animis ſuſceperūt. Nec tā belliſarius italis libertatē reſtituit: q̄ itali ſuū decus uendicauerūt. Tui ꝓgenitores nunq̄ aut italiam poſſederūt aut uiderunt: nec tibi ius ullum in ea eſt. Quod ſi ꝓgas italiam īuadere ſenties tibi cum uiris bellum eſſe. Fatemur res claras tui maiores egere: nec tua minora ſunt opera qui cōſtantīopolim expugnaſti: & Peram e regione genuēſium coloniam & Peloponeſſū magna ex parte ī ditionem accepiſti. & in Raſcia & ī Valachia non parum agri adeptus es. & ſæpe tuos hoſtes fudiſti & hoc āno ſynopem uetuſtā urbem Mitridatis æupatoris patriam & æui tyrānum cepiſti. & Trabezūte direpta incolas eius & Impatorem ī captiuitatē adduxiſti: & Iohānem Caſſanū prælio cōgredi auſum ſuperaſti. Magna tibi hæc uidētur nec nos parua dicimus. At Iulius Cæſar cum de uictoria pontica triūpharet curru quo uehebatur hæc uerba iuſſit inſcribi. Veni: uidi. uici: ībelles eas gētes & parui momenti exiſtimās. quas Pompeius pauloante domuerat. & tu hac æſtate ſuperaſti. Alia eſt italoꝝ natura: alie uires alia īgenia: alii animi. Neſciūt ſubeſſe qui ſoliti ſunt preeſſe. Et nūc tota Italia armata ē equis & hōinibus plena nec pecunia caret quæ neruus belli dicitur. Non pugnabis contra feminas: aut italiam aut ungariam aut aliam occidētis ꝓuintiā ingreſſus. Ferro hic res geritur. Non aſiaticis ſudibus Calibeus torax pectora tegit. Equi ſimul & homīes tecti pugnāt: ordīes ſeruāt nec uano metu pauēt Fortior ſit neceſſe ē & māu ꝓmptior & āimo præſtātior q eos loco depellat. Nec chriſtiana diſcidia deſiderio tuo conducere putes. aut in his confidas. Vniētur chriſtiani omnes ſi quando audiant te īteriora chriſtiāitatis

accedere:Nec tu melius christiāoꝝ paci cōsulere potes q̄ ualidis & magnis copiis christiāitatē īuadens.Cessabunt priuata odia ubi publica senserint & coniunctis uiribus aduersus cōmunem hostem arma sumētur.Nec tu arbi treris ad propulsandas tuas īcursiones ad comprimēdū tuum impium tuasq; uires elidendas totam christiāitatem uniendam esse.Quod fatemur difficile.Sed una ex quattuor nationibus satis supq; satis tuas copias ꝓfligare.Atq; ut de aliis taceamus Complures esse ī tuo pallatio arbitramur qui terram italiam lustrauerunt:& uires & īgenia noscunt.Ipsos audi atq; īterroga.An æquari tuis uiribus italia possit:an uinci tuis armis:an tuo īperio subiici.Plus negocii romanis fuit italiam acqrere q̄ orbi reliquo frena imponere.Dicet aliquis quod supra tetigimus īteſtina odia quæ nostram gentem exagitāt introitum tibi in italiam posse prebere.Et si unus prīcipū te excludat:alterum īclusuꝝ datuꝝq; aditum.Sunt diuisiones sane & inimicitie & simultates inter Italos plures & graues & periculose & utinam non essent.Sed nullus est qui pati non uelit christianū.Omnes in fide Orthodoxa mori uolunt.Nulli animus est a religione recedere Non hic inuenies quod tui maiores apud græcos qui cōtendentibus de Imperio duobus nunc uni nūc alteri minus potenti auxilia ministrarūt donec ambos eneruatos & exaustos eiecere:& sibi principatū arripuere.Alie sunt Italiæ potentiæ.alii regum oculi.alia ciuitatū consilia.Venetoꝝ res.p.sapientia diues & auro christo deuota ut nostra fert opinio prius euertetur funditus:q̄ hostem religionis patiatur intrare atq; hæc quidem pro sese quādo statuerit nullis adiuta uicinis tuas opes euertet:Terra mariq; preest An florētine urbis magnificētiā ignoras! & uires & opes!& quantus in ea religionis cultus quan

ta erga Iheſum reuerẽtia ¦quantus amor ¦credis ne fieri poſſe ut hæc ciuitas italiam diuerſis religionibus aperiri ſinatur ¦Sunt alie multe urbes ĩſignes:Multi principes clari & magni nihil de regno Sicilie dicimus:quod armis hac tempeſtate concutitur.Non poſſumus multa nobis de illo ꝓmittere:licet tamen hoc aſerere:ꝙ quãq̃ duo reges de ipſo litigent & bello decertent maluerint tamen uterq; regno priuari q̃ tuis auxiliis uictoria potiri.Quod ſi ad te alter cõfugerit totius italie in ſe odia cõcitauerit In Gallia ciſalpina quæ & ipſa pars eſt italie.Dux Medio lanenſis ĩ armis excellit & potẽtia par regibus habetur. Nec parue ſunt Ducis Mutine uires Aut genuenſis qui liguribus preeſt mari non contẽnendus Ducis Sabaudie opulentus & ualidus eſt ĩ Italia prĩcipatus.Adeſt Marchio Mantuanus Sunt alii complures urbium domini:q bus nihil poſſet eſſe moleſtius q̃ nobilem italiã uane ſupſtitionis ritu fedari.De nobis & eccleſiæ romãæ ciuitatibus & ꝓuinciis tacemus.Et quando noſtram tibi ꝓfeſſionem haud ignotam eſſe cõfidimus.Quibus ſola cura eſt ampliande fidei domini noſtri iheſu chriſti.Hæc ſi ab aliis accepiſti gaudemus:ſi minus hortamur hæc diſcutias & uerum in uerum ĩueſtiges:Inuenies nihil nos eſſe mẽtitos:non foliũ Sybillæ ut qdam ait:ſed euãgelii paginã recitamus.Eſt atq; adeo difficile ut impoſſibile dici queat Te tua lege ꝓmanentẽ compotem uoti fieri.Si ut aiunt chriſtiãoꝝ Impium deſideras.Dices cõplurimos tibi chriſtianos ſubeſſe & de reliquis idem ſperas. Non ẽ par ratio.pauciſſimi ſub tuo imperio chriſtiani ſunt qui ad ueritatẽ ambulẽt:& ões euãgelii ſunt aliquo errore imbuti q̃uis chriſtum colant.Armenii:Iacobite:Maronei:& alia quædam nomĩe græci.ab romãæ eccleſiæ unitate aberrãt Cum tu cõſtantĩopolim inuaſiſti:nec dum decretum flo

rentinum accepant & in errores ſtabant: neq; de ſpiritu
ſancto: neq; de purgatorio igne conſona recte fidei ſenti
entes. Pauci fortaſſe īopes ueri chriſtiani neceſſitate nō
uoluntate tibi obediunt. At urbes Italiæ potentiſſimas
non eſt tuum cogere. Validiores ſunt q̄ tuis queant exer
citibus ſupari. Noſti quæ tibi acciderūt. cum Thaurinū
Belgradū īuaſiſti quod nr̄a ætas Belgradū uocat. Pauci cruce ſigna
ti īnumerabiles tuas copias ꝑſtrauerunt. Non eſt de ita
lis ſperanda uictoria cum aduerſa fuerit in ungaris pu
gna. Quo circa ut eo tandem ueniamus quo noſtra feſti
nat oratio & id dicamus quod nos ſcribere cōpulit. Tuā
q; gloriam & tuam ſalutem tibi deniq; oſtendamus. Ad
hibe his paucis animum ſi uis inter chriſtianos ꝑpagare
tuum imperium. & nomē tuū q̄ glorioſum efficere. Non
auro nō armis: nō exercitibus: nō claſſibus opus ē. parua
res oīum q̄ hodie uiuūt maximū & potētiſſimū & clariſſi
mum te reddere pōt. Queris quæ ſit nō ē īuēru difficilis
neq; ꝑcul querēda ubiq; gētiū repit̄ ideſt aquæ pauxillū
quo baptizeris & ad chriſtiāoꝝ ſacra te cōferas: & credas
euangelio: hoc ſi feceris non erit in orbe princeps: qui te
gloria ſuperet aut equare potētia ualeat. Nos te græcoꝝ
& orientis appellabimus regē & quod malo iure occupas
& iniuria tenes: poſſidebis iure chriſtiani. Te omnes uene
rabūtur: & ſuaꝝ litium facient iudicem. Oppreſſi undiq;
ad te ueluti cōmūe patrociniū confugient. ex toto fere or
be ad te prouocabit̄ Multi ſpōte ſua ſe ſe tibi ſubicient
Tribunalia tua ſequentur & tributa preſtabunt. Licebit
tibi ſurgentes extinguere tyrannides: iuuare bonos op-
pugnare malos. Nec romana eccleſia te arguet recte ua
dentem. Eadem erit erga te caritas prime ſedis: qua ī cæ
teros reges: & tanto maior q̄to eris ipſe ſublimior. facile
hoc pacto ſine armis: ſine ſanguine multa poteris nāciſci

regna. Vlandiſlaus Lutuanice princeps Vituldi frater cū aſpiraret ad regnū Poloniæ eſſetq; īfidelis ut uoti ſui cō pos fieret chriſtianus effectus eſt:& regnum obtinuit. cuius nunc filius Caſſimarus regnat. Alter filius qui eti am apud hūgaros regnauit in bello contra genitorē tuū geſto ſupatus occubuit. Quid reris de te fiet chriſtianus initiato ſacris? Magnus erit ad te cōcurſus & fœlicitatis gēus exiſtimabitur īter ſubiectos tuos ānumerari. Quip pe ut arbitramur ſi chriſtianus fuiſſes mortuo Ladiſlao Hūgariæ ac Bohemiæ rege nemo præter te ſua regna fu iſſet adeptus Speraſſent Hungari poſt diutina bellorum mala ſub tuo regimine pacem:& illos Bohemi ſecuti fuiſ ſent. Sed cum eſſes noſtre religionis hoſtis elegerūt: Hū gari uiri fortes & fideliſſimi: religionem potius cum bel lo retinere: quam ea ꝑdita pacem cōſequi. Quot ſunt ho die in Epiro: in Pelopōneſo: in Macedonia: ī reliqua Græ cia: in Dalmatia: in Inſulis egei Carpatii & Ionii maris: qui tuum Impium non alia de cauſa refugiūt: niſi quia alienus es a chriſtiano ritu & ii modo ad nos modo ad a lios recurrunt: opemq; petunt extrema omnia ſubituri priuſquā te circunciſum & alienigenā dominum ferant: & nos eos aliquando argento: aliquādo frumento aliquā do rebus aliis ſubleuamus. Quod ſi Babtizatus eſſes & nobiſcum ambulares in domo domini cum cōſenſu: nec illi tuum Impium tantopere formidarent: nec nos eis ad uerſus te ferremus opem: Sed tuum potius brachiū in e os īploraremus qui iura eccleſiæ Romanæ non nunq̄ u- ſurpant: & contra matrem ſuam cornua erigūt: & ſicut noſtri anteceſſores: Stephanus: Hadrianus Leo aduerſuſ Haiſculphū: & deſiderium gentis Lōgobarde reges: Pipi num & Karolum magnū accerſiuerūt: & liberati de ma nu tyrannica Impium a græcis ad ipſos liberatores trās

tulerũt:ita & nos ĩ eccleſiæ neceſſitatibus tuo patrocinio uteremur & uicem redderemus accepti beneficii. O quanta eſſet habũtia pacis:quanta chriſtianæ plebis exultatio: quanta iubilatio in omni terra:redirẽt auguſti tempora & quæ poetæ uocãt aurea ſæcula renouarẽtur:habitaret pardus cum agno:& uitulus cum leone. Gladii uerterẽt in falces:in uomeres ac ligones rediret omnem ferrum excolerentur agri:aſpera dumis terra miteſceret. Vici repararentur & urbes:reſurgerent templa deo ſacra quæ ceciderũt:emergerent collapſa monaſteria:& plena uiris religioſis diuinis omnia laudibus ꝓſonarent. O quãta eſſet tua gloria qui pacem orbi reddidiſſes. O quanta tibi redundaret fœlicitas:qui ad æterni paſtoris ouile cũctas redegeris oues:O quantum te omnes amarent:obſeruarent:extollerent qui cõmunis omniũ pacis & ſalutis fuiſſes auctor. Dicet aliquis hanc pacem:hanc unionem. hãc cõmunẽ læticiam haberi poſſe ſub tua lege:errat qui hoc cenſet:multos reges multos populos uincas oportet priusq̃ tuã legem ubique diſſemines:nec ſi uincas corpora uinces animos. Sciunt chriſtiani ſuã legem ſanctam eſſe & ueram:& ſalutarem:nec dimoueri ab ea poſſunt:q̃uis aliqui aut libidine ducti:aut auaricia tracti aut uoluptate illecti:aut metu mortis attoniti:aut cruciatu ſuperati: non nunq̃ circũcidãtur:& in tuos ritus cõcedant:quorũ ſi corda poſſes inſpicere intelligeres neminẽ eſſe qui libẽter conſultoque receſſerit ab euangelio. Oſtendimus ſupra quantũ præcellant chriſtianæ tuas uires & quãtum difficile ſit:tot nationes chriſtum colentes euincere. Non eſt quod pacem ſperes ſub lege Machumetea in qua non eſt ſalus. Difficultatis expimẽtũ ipſe uides qui & ſi multis chriſtianis his quenõ omnino ueris imperas:minime tamen eis tuam legem ꝓſuadere potes. minus ꝓſuadebiſ

uenis: Quæ non in argumẽtationibus rationũ: ſed ĩ ſolo ferro fundata eſt: ut quæ uincere diſputãdo non ſperat & uinci formidat. Non ſunt chriſtiani qui uel bello ſupari poſſint uel diſputatiõibus decipi quando & armis excellunt & rationibus mĩuriſſimi ſunt non ſolũ diuinæ ſcripturæ: ſed etiam Philoſophiæ. Impoſſibille eſt ſub lege Mahumetea unionem fieri ſub chriſtiana facile fieri poteſt & id magna ex parte ĩ tua uolũtate conſiſtit. Tu unus ſi annuas Turchi omnes annuẽt: nec Syri aut Egiptii aut Arabes aut Lybies aduerſabunt̃. Tecum quicquid eſt intra belleſpontũ & heuphratem & quicquid poſſides in europa conuertet̃. Quid faciet baculus Aegitios̃ arundineus quando chriſtianũ te uiderit effectum? Quid inbellis arabs? quid nudus affer? omnibus his Ethiopes ĩminent Præsbytero Iohanni parentes qui chriſtianus eſt: non poterunt & illis & reliquis chriſtiãis obſiſtere: Nili curſum retĩere poſſunt Ethyopes & cõgregatã aquam dimittere quæ rumpat aggeres & totã inundet Aegyptũ atque ſubmergat: cum Sidus apparet Arcturi: Hiſpani & Siculi facile Mauritaniã inuadẽt & Catbalani cum Genuẽſibus: ſcis quantũ ualeãt occiduæ Claſſes & quantus eſt terror uel Tyriis uel Alexãdrinis uel cæteris oriẽtalibus quãdo chriſtianæ triremes ad eos nauigãt. Tua certe auctoritas & ãimi magnitudo & ĩbellis fœlicitas apud omnes admiratiõi eſt qui Mahumetẽ ſequũtur legem. Quod ſi te nobis adiunxeris breui totus oriens reuertetur ad chriſtũ. Vna tantum uolũtas pacare orbem poteſt: & ea tua ẽ: Si ad baptiſmi gratiã ſe cõuertat: in te eſt crudelibus bellis imponere finem & tantum præſtare mortalibus bonum quantũ effari non poſſumus. Quæret aliquis quomodo quieſcet orbis Turcis ad chriſtum cõuerſis quãdo nec ipſi chriſtiani ĩter ſe cõcordes exiſtunt. & multa per Italiã

Germaniã:Galliam:& reliquas ꝓuincias deſæuiũt bella
Diximus diſſidere inter ſeſe noſtræ gẽtis homines:non
negamus:& pluribus in locis ferro contenditur.Diuino
olim conſilio ſub octauiano propter reuerentiam ſaluato
ris:qui tunc ſecundum carnem natus eſt ea pax in orbe
fuit:quæ nec antea nec poſtea uiſa eſt.Difficile eſt & pro
pemodũ impoſſibile quieſcere in terris omnia ubi homi
nes ſunt affectibus ſubiecti reprobis:Illum ambitio exa
gitat:hunc cupiditas trahit:libido alium impellit:multa
eſt ĩter mortales belli materia:ſed non ſunt tam atrocia
inter chriſtianos prælia quam inter Turcos & chriſtiãos
Chriſtianus cum chriſtiano de agri poſſeſione:de regno
de Imperio:de gloria contendit:cum Turco de religione
de libertate:de uita:Inter chriſtianos qui bello uincũtur
poſitis armis nec uita nec libertas amittitur:& multis
etiam patrimonia dimittũtur.Principes Imperio priuã
tur:Inferiores dominum mutant:reliqua tenent.inpræ
liis quæ geruntur:aut cum Turcis aut cum Saracenis
qui ſuccumbunt ſi uitam non amittunt in ſeruitutẽ redi
guntur:& multi etiam religioni renunciare coguntur .
Hæc acerbiſſima ſunt & ĩmaniſſima bella.Quæ ſi tollan
tur quod in te ſitum eſſe monſtrauimus:pax maxima ex
oritur:& uniuerſalis quies:nam reliqua bella huic com
parata faciem quodãmodo pacis habent &ocii:nec illa tã
multa erunt quando unus aſſit qui ſolo nuto compeſce
re poſſit iniurias:qualem te futurꝫ non ambigimus si
cum tua potentia Chriſtianus efficiaris:uides ne quantũ
tibi laudis affert baptiſſmi lauacrum!quantum cũ chri
ſto ſublimis & conſpicuus redderis!Quis probibet aquã
Quid metuis!voces fortaſſe aulicorꝫ times tuorum quo
rum non dubitamus dicturos tibi aliquos quid cogitas!
Quid agis!quoorſum te tua uoluntas trahit!Vis bapti

zari? vis christianus fieri? Nescis quod periculum adis? omnes te turchi deserent: & ubi existimas fieri magnus fies nullus: ex turcis natus turcos deseres: inter turcos creuisti: turcoꝝ te manus extulit: turci Asiam & Greciā gubernāt. Turci exercitibus præsunt: qui si uel minimā famam tuæ mutatiōis acceperīt e uestigio sumptis armis te deiecto Impatorē alium sufficient: tu nudus & exul si euaseris: apud christianos mēdicabis panem. Nam quis Turcus est quem suæ religionis pœniteat? Moriemur oēs priusq̄ nostri ꝓphetæ iugum excutiamus: Non sunt parua que isti obiiciunt. adhibenda est & huic parti medela: quam nemo te ipso melius īuenerit. Nosti tuos homīes & qbus ꝓuincias cōmiseris non ignoras. Quanta sit cuiusque fides: & quis animus non te latet: non fit sine piculo magnū facinus & memorabile. Vilia sunt: quæ puo emuntur: diligētia hic & labore opus est: pueſtigāda sūt amicoꝝ cōsilia: noscenda subditoꝝ īgenia: & his utendū ē quos fidos & prudentes uideris. Seruiūt tibi non pauci ex christianis nati qui quanuis circūcisi sunt non tamen christianū nomen oderūt: his exercitus: his prefecturas credere potes: qui tui sint amātissimi & ita regnum ordinare ut quādo uelis presto sint omnia. Tui subditi magna ex parte greci sunt & armeni ut diximus & Iacobite qui & si aliqd erroris habent christiano tamen nomīe cē sentur: nec aliud magis cupiunt quam te similem eis esse & illum deum colere quem colunt ipsi. sperarent meliori se loco futuros: qui nunc mancipia quam uilissima sunt tributa exoliūt grauia: iniurijs afficiūtur quottidianis: ad bellum ducūtur inuiti & īermes cædibus exponūtur: priuantur liberis & uxoribus miserrima res est: postq̄ filios educarūt eos ꝓdunt: rapiuntur in palatium pueri circūcidūtur & Mahumeteis ritibus ībuunt̄. Vident īfelices

parentes se non modo corpora liberorꝫ uerꝫ animas etiã ire perditũ:& anguſtiati inter tot calamitates plorare nõ poſſunt:maiora mala timentes:Nemo horum te diligit: neque.n. natura fert ut eos amemus a quibus patimur mala.Quod ſi te chriſtianũ cernerẽt:mirum in modum diligerent:fœlicitatẽ tuam cuperẽt:& in omnibus ſtudiis tuam gloriam quærerent:& filios ſuos & ſe ipſos quam libẽtiſſime tibi donarent:magna eſt horꝫ multitudo:& ꝑ ſua religione cõſtantia.Quod ſi prudenter eos tractaueris:nihil tibi de rebellione Turcorꝫ uerẽdum erit:qui medios inter chriſtianos ſe ſe uidentes tuæ potius uolũtati cõſentient:fortunas & dignitates ſeruaturi:quã mortis piculo ſe ſubiiciant:Non ſuademus rem nouam aut ĩſuetam Tritum ẽ iter quod oſtẽdimus Multi hoc & magni reges ĩgreſſi ſunt Apud frãcos ex gentili & Idolatra chriſtianus effectus eſt Clodoueus:& ſimul cum eo regni ꝑceres baptizari non recuſarũt.Apud Hungaros Stephanus noſtris iniciatus:ſacris omnem illam gẽtem chriſto acquiſiuit Apud Veſogothas qui longo tẽpore ĩ Hiſpãia regnauerũt & uſque ĩ hæc tempora eiuſce gẽtis ſanguis imperat Ricardus Lemugildi filius ſuadente Leandro Iſpalenſi epiſcopo Arrianæ renũciauit:hereſi & cum omni gente ſua catholicam fidem cõplexus ẽ apud lõgobardos Agilulphus ſuaſu cõiugis Theudelinde reliqt idola & cũ omni populo chriſtianæ ſe ſe legi ſubiecit.Apud Hyberoſ qui ſunt in Aſia impante Conſtãtino maiore.Rex gentis cum coniuge & omni nobilitate atque plebe ad prædicationem unius captiuæ mulieris relicta idolorꝫ ĩſania baptizatus eſt.Sed quid moramur & non exemplũ illud addu cimus quod eſt omniũ maximũ.Conſtãtinus ipſe ĩpator ac Monarcha uiam aperuit:quam tu & tui ſimiles ingredi abſque ulla cnnctatione poſſetis.Omnes qui eum præ

ceſſerant Impatores excepto Philippo gentiles fuere. Io
uem. Mercurium. Appollinem. Herculē & alia quæ ſunt
monſtruoſa nomina tanq̄ deos colebant. Senatui & omī
Romano populo ſtultitia chriſtus erat: ꝓponebantur paſ
ſim edicta: quæ chriſtianos cōprehendi iubebant: & niſi
ſacrificarent idolis crudelibus modis interfici. Nihil uili
us erat nomine chriſtiano. Infame genus & maleficū ha
bebatur omnium qui chriſto crederent: ſub Nerone: ſub
Domitiano: ſub Diocletiano crudeliſſima in chriſtianos
deſæuit pſecutio: at Conſtantinus acceptis Imperii faſci
bus poſtq̄ perſuaſus eſt a Silueſtro prædeceſſore noſtro
in ſimulacris demonia coli: & unum tantum deum eſſe
cum patre & ſpiritu ſancto chriſtum ihesum: & in euan
gelica tantūmodo lege ſalutem inueniri: non eſt cunctā
tus chriſti fidem amplecti: non dixit Senatus mihi aduer
ſus erit: reſiſtet populus: Copiarum duces alienabuntur
Imperio deiciar: ſed alto animo iactans in deo ſpem ſuā
legem edidit: qua publice chriſtū coli iuſſit: & eam fidē
teneri ab omnibus Imperio ſubiectis quam beati apoſtoli
Petrus & paulus Romanis tradidiſſent: nec ꝓpterea ſini
ſtri aliquid ſibi accidit. Sed tunc potiſſimum excellens &
glorioſus euaſit: cum in uexillis ſuis Crux domini ihesu
appoſita reſplenduit. viderat per quietem in aere ſignum
& uocem audiuerat dicentem in hoc Conſtantine uince
paruit ueſilla crucis erexit ciuilibus bellis finē impoſuit
ſuperauit hoſtes: barbaros afflixit: Imperium ampliauit
pacem ſubditis dedit: eccleſias aperuit: concilia ſacerdotū
celebrauit hereſes eliminauit. Lucem quam acceperat ab
euangelio cunctis gentibus cōmunicauit magnificus &
excelſus ſuper omnes cæſares inuentus: græcis & latinis
litteris celebratus: imperauit annos ſupra triginta. Sedē
Imperii apud Bizantiū erexit: & ampliatis ciuitatis mœ

nibus cum publicis: tum priuatis edificiis magnifice co
nstructis de suo nomine Constantinopolim appellauit &
plenus dieꝝ apud Nicomediam edito testamento in quo
filios Imperii successores reliquit ut christianum decet
sacramentis ecclesiæ receptis & e uita decessit. Quid erat
quod ille amplius in terra posset optare? Imperio potitus
est omnium maximo: uita ei & longa fuit & paucis obno
xia morbis inimicos humiliatos uidit: & quod hominibus
dulcissimū esse solet: heredes amplissimæ fortunæ filios
dimisit. Nec alienum fuit tantum Impatorem qui chri
stianam fidem tantopere ampliauerit in alio sæculo cum
christo regnātem credere cui seruiuit in hoc dū uiueret.
Quod si omnibus qui patriam auxerint iuuerint defen
derint: certum est esse in cælo diffinitū locum in quo bea
ti æuo sēpiterno fruātur: sicut philosophi doctissimi tra
diderūt: multo id certius de illis sperandū est: qui ꝑ lege
domini uel seruanda uel augenda summis studiis conte
derunt: sicut de Constantino ostensum est: quem sicut in
terra felicē fuisse didicimus ita & ī cælo beatū credimus
eadem procul dubio euentura tibi esse confidimus: si no
biscum sapiens christum colas & magnū Constantinum
imiteris. Quemadmodū Romāi cum suo Impatore chri
stiani sunt effecti ita & Turci una tecum baptizabuntur
eritq; tuum regnū super omnia quæ sunt in orbe: & no
men tuū nulla silebit ætas. Latinæ litteræ & Grecæ & Bar
baræ celebrabūt: nemo inter mortales erit: qui te poten
tia aut gloria præcedat. Magna sunt hæc quæ ꝑmittīus
maiora quæ secūtur. de regno: de potētia huius sæculi: de
gloria humana sumus loquuti: Caduca hæc & īcerta sūt
& fluxa: omnes morimur omnia nata occidunt: & omia
orta senescunt: Breuis est humane prosperitatis cursus:
cito regnum deficit: nulla potentia longa est: gloria quo

que clari nominis quanuis de maximis rebus diu perſe
ueret: finitur tamen aliquando: & in tempore deficit: ni
hil eſt inter mortales non mortale. Conterit omnia tem
pus. Eſto duret per multa ſæcula nomen. Quæ dulcedo
poſt obitum laudis? aut damnatus eſt homo in altera ui
ta & nihil ei prodeſt fama quæ remanſit: aut ſaluatus eſt
& ea non eget beatitudine donatus æterna: quæ omni ex
parte pleniſſima eſt: filios ac nepotes præclara maiorum
nomina iuuant. Et nobis quoq; dum uiuimus dulce eſt
talem hereditatem poſſe relinquere quæ ſit poſteritati ſo
latium. Eſt id quidem aliquo modo bonum: Sed meliora
quærenda ſunt & ſtabilia bona: quæ uere noſtra ſint: ne
que unq̃ nos deſerãt. Philoſophi quos peripateticos uo
cauit antiqtas tria bonoꝝ genera poſuerũt & alia eſſe ãi
mi dixerũt: alia corporis alia externa. Stoyci ea dũtaxat
bona exiſtimarũt quæ animum excolerẽt: hoc facit Iuſti
cia: prudẽtia moderatio: fortitudo: & quæ ſunt alie in ani
mo dotes. Egregiam corporis formã robur: ualitudinem
nobilitatẽ cliẽtelas: opes: ĩter bona non acceperũt: quæ ne
que ſunt in poteſtate noſtra neque poſſeſori fœlicitatem
præſtant. Sed neque ille quattuor uirtutes: quæ prĩcipa
les exiſtimãtur tranqllam homini mentẽ reddũt niſi adii
ciantur alie tres quas Theologicas appellãt & in animo
ſitæ ſunt: Spes: Fides: Caritas: triſtis eſt & ĩ anxietate mo
ratur & corpore & animo angitur: & nihil boni opatur q
ſpe future uitæ priuatus eſt. Sine fide ĩpoſſibile eſt place
re deo: qui eſt ultimũ homini bonum & finis in quem tẽ
dimus. Caritas diuino amore feruet: Curioſa eſt animæ
noſtræ & proximo conſulit quem iubet lex ut tanq̃ nos
ipſos diligamus. Si ergo animi bona cupimus & morali
bus uirtutibus opus eſt & Theologicis neque in his ulla
eſt nobis cum tua lege cõtẽtio: alia ſunt in quibus diſcre

pamus.Fatebitur tua lex & uitam æternam in altero ſæculo repcriri & his itineribus ad eam pueniri.Dicet fidē neceſſariam eſſe.Verum non eam fidem quam nos recipimus amplectetur,laudabit caritatē;ſed alia eius officia eſſe dicet q̄ chriſtiāus.Sine ſpe non poſſe bene hōini eſſe fatebitur:Sed ſpei finem longe diuerſum a noſtro recipiet.Pax erit in hōinibus bellū ī rebus.Faceſſat:nunc hæc contētio & quo modo uera & æterna bona ex fide chriſti cōſeq̄ poſſis & animæ tuæ conſulære que immortalis eſt oſtēdamus;& ſi enim huius ſæculi quæ dicūtur bona cō cupiſcis;& inter mortales magnus uideri uis non tamen animæ tuæ oblitum te credimus;nec ex illoꝝ numero cē ſemus;qui cum Epicuro & aliis q̄buſdā delirantibus phi loſophis extingui āimam ſimul cum corpore putauerūt nec rurſus te ſine deo eſſe cēſemus;ſicut olim de Gallecis in Hiſpania traditum eſt;qui nullum colebant deum & de Pythagora quem ferūt dicere ſolitum eſſe nō liquere ſibi an deus aliquis eſſet.Quæ diſputatio adeo impia iudicata eſt ut ab Athenienſibus auctor eius eiectus ſit & libri in q̄bus ea continebātur exuſti.Poſſidonius ſcripſit Epicurum nihil de deo ſenſiſſe;ſed ea quæ de diis locutuſ eſt inuidiæ depellēdæ cauſa dixiſſe.Stultoꝝ hæc aſſertio ē ſicut in ꝓpheta legimus.Dixit īſipiens in corde ſuo non eſt deus Haud equidem te adeo rudem exiſtimamus ut cælum credas rectore carere;& hanc pulcherrimā mundi machinā caſu emerſiſſe & omnia fieri fortuito.Sed arbitramur te deum unum confiteri & in eum credere q̄ cælū creauit & terram & omnia quæ ſunt ī eis;& quæ creauit non negligit nec te ignorare cēſemus īcorruptibiles eſſe animas hominum & cum e noſtris corporibus migrant in alias regiones transferri & bonas læta ſortiri loca malas ad ſupplicium rapi quod non ſolum in euāgelio nr̄o

ſcriptum eſt & ī prophetis: ſed tua quoque lex idem docet quāuis in hoc mundo temporalia quæ putātur bona caſu quodam fortuito euenire non recte arbitratur. Socrates & plato & Ariſtoteles philoſophoꝝ prīcipes de mundi regi mine: de īmortalitate animaꝝ: de deo eadem crediderūt quæ chriſtiani: qanuis aliqua nouæ legis archana quæ nō dum edita erant ignorauerunt. Platonis in epiſtolis hæc uerba leguntur. Credendū eſt autem ſemper ueteribus ſacriſq; ſermonibus nobis aſſerentibus animā eſſe īmor talem iudicesque habere ac pœnas dare maximas cum a corpore fuerit ſupata: quod ītelligendum eſt cum male uixerit Non eſt hic locus apud te altus examīandus qui pro tua lege deum eſſe intelligis: qui oīa uidet & omnia iudicat & animas corporea mole ſolutas pro ſuis opibus in alio ſæculo uel præmia recepturas uel ſupplicia nō du bitas Quæ cum ita ſint ſtultum eſſe cognoſcis terrēis re bus ita aliquem inherere: ut celeſtia negligat: & dum cor pori ſtudet animā perdat: breue eſt omne quod uiuimus æuum etiam ſi Mathuſalē aut Neſtoris annos poſſimus attingere. Quicquid æternitati comparatur momentane um eſt. Quotus hodie repitur qui centeſimū uideat au- tūnum? Quotus qui octogeſimū īpleat annum? Vita ho minis ut inquit propheta ī ipſis ſeptuagīta annis: In po tentatibus aliquando ad octoginta ꝓtenditur: ulterius labor & dolor. Quotus iterum ex his qui naſcuntur ad ꝓfectam ꝓuadit ætatem? quam multi moriūtur ifantes? Quot pueros extingunt morbi: pauciſſimi iuuentutem ſuperant. Anguſtiſſima eſt vita hominis & incerta mille inſtant in omnes horas pericula mille mortis facies: Vitæ noſtræ inſidiantur: minima res curſum noſtrū interrū- pit: alieno hic arbitrio ſumus: uocat nos deus quādo uult & ubi uult & cū minīe credimus tunc citāur. Perēptoria

monitio eſt: nec licèt ꝓuocare aut contra niti: parendum eſt altiſſimo domino & uillicationis ratio reddenda. Sapi unt qui ita uitam inſtituunt ut uocati alacri animo abe ant & coram iudice qui nihil ignorat īpauidi conſiſtant ī die illa tremēda & amara ualde in qua nil amplius mere ri licet: & omnis ſpes ac metus ex his quæ acta ſūt pēdet nec ſupplicare iuuat neque negare. Eſt igitur de anima curandum quæ poſt hanc uitam aliā habet uitam in qua uel dolet uel gaudet. Quid prodeſt homini: ſi ūiuerſum mundū lucretur (inquit in euāgelio domīus) animæ ue ro ſuæ detrimentū patiatur aut quam cōmutationē da bit homo pro anima ſua? hac uiuimus: hac ſapimus: hac deo ſimiles ſumus. hæc melior pars noſtri ē rebus omni bus præcioſior. Hæc dimiſſo corpore in alias regiones e greditur: Corpus in terra iacet & in puluerem cōuertit᷑ & uſque ad ultimum maximūq; iudicium ſenſu carebit. Tunc uero pro meritis quæ illi cum anima fuere cōmūia uel ad gloriam: uel ad pœnam reſurget. Quid Nino pro deſt late per Aſiam impaſſe? Quid Semiramidi eius uxo ri? Quid Dyoniſio? qd Herculi ad Indos uſque penetraſ ſe? quid Idanthyrſo Scythie atque Aſie iugum impoſuiſ ſe? quid Nabuchodonoſoro ad gades uſque prexiſſe? qd Oſiridi dimiſſa Aegipto per Syriam & Aſiam ī Traciam duxiſſe copias? Quid Agamēnōi Ilium exuſſiſſe? quid Cy ro Perſaꝝ Impium cōſtituiſſe? quid Alexandro magno il lud euertiſſe & uſque ad hiphaſim in orientem: & ad Ia ſartem fluuium ſeptētriōem uerſus arma tuliſſe? qd An nibali Italiam uexaſſe? Quid Scipionibus Kartaginē dele uiſſe? Quid Pompeio orientales reges debellaſſe? quid Iu lio Cæſari ſubacta Gallia Romanum Impium inuaſiſſe? Quid Humoꝝ regi Athile Pānonia Germaniaq; ꝓtrita Aquileiam in Italia ſubuertiſſe? qd Tamerlano tot Aſiæ

Syriæq; urbes īcendiſſe atque auum tuum prælio ſupaſ
ſe? qd genitori tuo Amurati ſæpe de grecis: ſæpe de Hū
garis triumphaſſe? Quid cæteris regibus atque Impato
ribus res magnas & claras geſſiſſe prodeſt? ſi abſque co-
gnitione ueri dei mortui ſunt: & nunc eoꝝ animæ apud
inferos cruciātur? Laudantur hic & ardent illic: quæ fa
mæ uoluptas in cruciatu eſſe poteſt? quæ dulcedo gloriæ
in doloribus? Dura uox eſt eoꝝ qui uel in Thauro Phala
ridis beatitudinem eſſe dicunt. Non bene cohabitant do
lor ac uoluptas: nec ullus eſt in fœlicitate mæror. In cælo
plena fœlicitas eſt: apud īferos plena miſeria: cum eo uē
tum eſt nihil iuuat gloria: quæ præceſſit & fama ſæculi.
Studēdum igit̄ eſt ut poſt obitum qui p omnes ſe horas
infert certus & incertus animabus noſtris bene cōſula-
mus. Præueniēdus eſt piis opibus dies mortis: & omnes
actus noſtri ita dirigendi ut deo placeamus. Ipſe eſt enī
finis omnium & ſummū bonum ad quod aſpiramus &
ipſa beatitudo cuius cupiditas omnibus mortalibus īeſt
Quærēdū ē iter ad eam. Id recta fides oſtendit & opatiō
iuſtitiæ. qa nec iuſtitia sīe fide: nec fides sīe iuſtitia ſuffi
cit. Iuſt⁹ ex fide uiuit ut ſcriptū ē & sīe fide nemo ē accep
tus deo. Tua Lex ut aiunt ī ſua quenque religiōe ſaluari
hominem cenſet: ſi alioquin caſte iuſteq; uiuat: niſi Ma-
humetea traditione relicta ad aliam tranſierit. Dicūt &
in tua lege ſcriptum eſſe. Eſt enim ſibi ipſi ſæpe cōtraria
nulli ſalutem patere niſi in ea. Nos contra ſentīus & cer
ti ſumus uiam uitæ ſoli chriſtiano ſi bene agat apertam
eſſe. Ait enim ueritas noſtra in euāgelio: Qui crediderit
& baptizatus fuerit ſaluabitur: qui non crediderit con-
demnabitur. Tu ergo ſi futuꝝ credis ſæculum: Si uis fie
ri ſaluus: ſi animæ tuæ bene conſultum cupis: ut fidem
Romanæ eccelſiæ extra quam nō eſt ſalus & baptiſmū re

cipias oportet: His duabus clauibus fide ac baptiſſmo api
untur paradiſi portæ illis tamen q̃ appoſite ad fidem ui
uunt nam ſiue opibus fides mortua eſt. Euãgelio præbẽ
dæ ſunt aures & chriſti doctrina ſequẽda quæ nullum fal
lit. Dices nolle tuæ legi noſtram præponere aut Mahume
tem relíquere ꝓphetã magnũ. Rogamus ab initio ut be
nigne audires: itidem nunc petimus: & nunc maxime at
tentis auribus & pia mente opus eſt & iudicio recto quã
do ad radicem arboris ĩfructuoſæ admonemus ſecurim
Audi ſeriem rerum: noſce hiſtoriam fidei praebe aures
uero cui praro eſt in altis ædibus locus. Caliſtenem phi-
loſophum crudelibus modis lacerum incuſtodiam rapuit
Alexander qui uera loquens diuinũ cultum homini de-
negauit & clitum philippi laudes cõmemorantem lancea
transfodit: timent homines exempla: & uidentes melius
adulatoribus ſuccedere quam recta monentibus: ad nu
gas ſe conuertũt: & quæ placeant loquũtur Anthigonus
aliquando: unus ex ſucceſſoribus Alexandri: q̃ regnauit
in Aſia inter uenandũ mutata ueſte relictis comitibus er
rabundus apud agreſtes homines in uili tugurio pnocta
uit incognitus & combibens de ſe ipſo tanq̃ de altero ꝑ
cunctatus aſtantes omnia quæ fecerat mala ab eis audi
uit mane quæſitus atque inuentus cum ueſtem allatam
& regium ornatum uidiſſet. date inquit purpurã: quam
ut primũ indui uerum deme niſi hæc nocte nunq̃ audi-
ui & auguſtus mortuo varo iccirco ſe ſupra modum do
lere aiebat quia nõ eſſet a quo uerum audiret. ad paupe
res philoſophos relegata eſt ĩquiſitio ueri qui propterea
ſapientiæ amatores uocantur quia ueritati ſeruiũt & no
lunt decipi: turpe eſt cui uis homini errare maxime regi
qui ſi per ſe ipſum non ſatis intelligit prope habet magi
ſtros quos interroget tantum placeat audire: nec pudeat

diſcere quod ignorat. Tria ſunt hominum genera ut in quit Heſiodus: primi & optimi ſunt qui per ſeſe omnia noſcunt: his proximi qui recta monentibus auſcultant. Tertii prorſus damnandi ſunt: qui neq; ipſi uidẽt neque uidentibus credunt. Sed nulla in re periculoſius erratur quam in his quæ pertinent ad fidem neque utilius inue nitur uerum. Recte ad antipatrum de Alexandro ſcribit Ariſtoteles: monens ne pro tot exercitibus uictoriis quæ & ſubiugatione orbis terrarꝫ glorietur: Sed cogitet quod ſi quis de deo recte cognoſcat non minori gloria dignus eſt q̄ ipſe pro tantis rebus geſtis: tantaque potentia: & in Ethicis ſapientem inquit eſſe amiciſſimũ deo. Sapiẽs aũt nemo exiſtimandus eſt qui a recta fide eſt alienus. In his uero quæ ſunt fidei neque tuus legifer ſatis ītellexit: ne que in hanc uſque diem ſatis didiciſti an uero recta mo uentẽ audire & ſequi uelis futurus dies oſtendet. Si hæc quæ ad te ſcribimus audieris ſignum erit animi ad diſcẽ dum parati: ſi feceris quæ monemus eris ꝓculdubio sa piens: nemo homo ſapientiam contẽnit: nemo odit: nemo eſt qui nolit eſſe ſapiens: verum prīus ſapientiæ gradus eſt: nolle errare & uerum quamlibentiſſime audire ma xime in his rebus unde eſt homini ſalus ſicut eſt religio quæ ordinatur ad æternam vitam. Audi ergo uerum cir ca religionem. Si non ſcribimus uerum argue ſcribentes & deſpice tanq̄ ſtultos. Sed noli falſum dicere niſi cogno ueris falſum eſſe. enarrabimus breuiſſime ab initio mun di uſque ad obitū ſaluatoris chriſti: noſtræ legis archana Deīde aliqua de tua lege dicemus ea que conferemus ad inuicem & quantum interſit oſtendemus. Conabimurq; quantum exalto dabitur: Lucem tibi oſtendere per quã poſſis ad eam lucem puenire quæ illuminat omnem hōi nem uenientem ī hunc mundum: Cum creaſſet deus in

principio cælum & terram & maria & lucem & ſolem & lunam & alia ſidera:& plantas & herbas & uolucres & pi ſces & quadrupedum genus ac reptilia & alia animantia poſtremo Adam creauit & in ſufflauit in eum ſpiraculū uitæ & poſuit eum in paradiſo deliciaꝝ & fecit adiutori um ſimile ſibi Euam ex coſta eius eductam & data licen tia qua poſſent cæteraꝝ plantationum deguſtare fructuſ ut abſtinerent a plātatiōe prudētiæ impauit:& ambos cū præuaricati eſſent ex paradiſo deiecit atque in eis huma num genus morte damnauit:iuſſitq; laborioſam uitam & ærumnis plenam agere.Ab his ꝓpagta creatura huma na cum rurſus animo rebelli diuinam maieſtatē contem neret & in uicia quæque ꝓlaberet aquaꝝ diluuio deleta ē Noe cum coniuge & ſex aliis animabus in arca ſaluatus eſt & ab his omnes homines qui modo ſunt & poſt diluui um fuerūt originē ducūt: Tres filii Noe:Sem:Cam & Ia phet redeūtibus aquis in locū ſuū humanā gentem repa rauerunt adeo ut traditū ſit priusq; Noe moreret quat tuormilia hominū ex ſuis & filioꝝ lumbis exiuiſſe:ex q- bus etiam iniqui emerſerūt.Nembrotes filius Cam & q cum eo ī cōtumeliā domini turrim Babel ædificare cœpe runt :In ea diuiſum eſt labium uniuerſæ terræ & cōfuſi one impeditum opus.Secura eſt ob peccatum peſſimum Pētapolitana ſubuerſio & Habraam & loth inuēti religio ſi:in ſemine Habraā benedictæ ſunt omnes gentes & cir cunciſionis pactum cum eo ꝓcuſſum ē.Fuit enim iuſtus & placuit deo in operibus ſuis cum filium Iſaac diuino impio imolare nō detrectaſſet.Neque Iſaac patris uiam deſeruit cui natus eſt Iacob qui alio nomine dictus eſt Iſ rael:& huic duodecim filii fuerunt a quibus duodecim tribus emanarūt.Is cognito Ioſeph putabat extinctum magnus & potens eſſet in ægypto cum reliquis filiis ad-

eum migrauit. Multiplicatum eſt illic iudeorum ſemen & ingentem magnam cum creuiſſent iſrahelitæ ſurreſſiſ ſetq; rex alius qui Ioſeph & opera eius ignoraret grauis simis laboribus oppreſſi ſunt & contumeliis innumera bilibus affecti. Sed miſerante altiſſimo per manus Moyſi & Aaron ſeruitutem effugerunt & ſicco ueſtigio rubro mari traiecto per annos quadraginta cibo cæleſti uitam in deſerto egerunt: & circa montem Synai diuinā legem in tabulis lapideis acceperunt. Acquiſita eſt terra ꝓmiſſi onis: sed nō tota in manu Moyſi: poſt obitum eius mira bilia fuerunt opera Ioſue: & aliorum iudicū: inter quos etiam prophetæ claruerūt uiri excellētissīi Succeſſerūt de īde reges & alii ꝓphetæ ī populo dei & nō sīe celeſti nuīne conſeruata eſt gens hebræa & prophetæ quidem interpe trati legem ſalubria tradidere præcepta virtutem extollē tes & uicia effulminantes & multa per illos ſcripta sunt diuinitus reuelata: quæ de futuris noticiā præbuere. Nō tamen pauca perpeſſi ſunt aduerſa iudei cum legē domi ni contemnerent & in traditionibus patrum non ꝓmāe rent. Cœperunt eos caldei & in ſeruitutem redegerunt & nunc Syri: nunc Arabes: nunc Aegyptii: in eos arma uer terunt: Multæ fuerunt eoꝝ tribulationes: multæ calami tates ac miſeriæ. Sed de omnibus liberauit eos dominus cum ad eum clamauerunt & tota mente redierunt: quia cor contritum & humiliatū non deſpicit diuina maieſtas hæc ut arbitramur cōmunia tibi nobiſque ſunt: & in Al corano Mahumeteo magna ex parte continentur. Verax igitur & tuo & noſtro iudicio lex Iudeorū verax Moyſes & Dauid: & Salomon & Iſaias: & Hieremias & Ezechiel: & Daniel: veraces omnes prophetæ domini. uera iudeoꝝ fides: qui ante chriſtū in lege manſerunt Mendaces om nes gentes quæ coluerunt idola: Notus ante chriſtum ſo

um in iudea deus. Nihil hucuſq; contendimus concedis hæc niſi fallimur omnia: In his quæ ſequuntur diſcordia erit. Sed nos ī luce ambulamus: neque offendimus ad lapidem pedes noſtros: & ne de cætero tu quoque offendas magnopere cupimus & ultro ne decipiaris Lumen offerimus. Tu creatura dei es & ouis eius: ſed errabunda extra caulas in alienis paſcuis procul ab ouili dominico lætiferum capis cibum & peſtifera aleris herba. Nos boni paſtoris exemplo qui relictis nonaginta nouem ouibus ī deſerto unam quæ aberrauerat ſequutus eſt. Te querimus & in uiam ſalutis optamus reducere. Dolemus te virum excellentem nobilitate Illuſtrem: geſtaq; rerum gloria clarum: Impio magno preditū: & pluribus naturæ dotibus eminētem non incedere in uiis domini non noſcere mandata eius non eſſe ī lege ſua: compatimur tibi & tuorum ſubditoq; deploramus ifœlicitatem qui tecum peunt. nec te credimus libenter errare cuius naturam bōam eſſe cō fidimus Ignorantia ueri te retinet. Tui te parentes & ip ſi per ignorātiam decepere cum ꝓgēitoribus laberis. Sed timenda ē ſcriptura quæ ait. Ignorās ignorabitur. Quod ſi cæteris rebus precipuam curam exactam diligentiam: ſūmum ſtudium adhibes ne quis te fallat circha religionem. Potiſſime curādum eſt ne fallaris in qua tanto cautiorem te eſſe oportet: q̄to in ea cum maiori periculo delīquitur cæteraq; reꝛ ignorātia: hæc quæ ſunt tēporalia in hoc ſæculo adimere poteſt. Religionis error alterius uitæ bona ideſt animæ fœlicitatem erripit. Quod ne tibi accidet ſi nobis aurem & fidem præſtiteris facile adiumento erimus. Audiuiſti ea quæ de veteri teſtamento diximus: Nunc de nouo agendū eſt: in quo plurimum diſcordāus Audi quæ ſubiūgimus ſic & tue legis tenebras odio habebis ut ſperamus & noſtræ lucem amabis. Duo in ueteri

teſtamẽto uaticinia repiuntur:quoꝝ alterꝝ illud ẽ.Quia non auferetur ſceptrũ de Iuda neq; dux de femore eius donec veniat qui mittẽdus eſt:Siue ut Caldei dicunt meſſias.Alterꝝ eſt quod ait.Cum venerit ſanctus ſanctoꝝ ceſſabit unctio ueſtra.His vaticiniis predictũ eſt in aduẽtu chriſti Iudeos regnum amiſſuros eſſe & ſacerdotiũ ſicut & factum eſt.Regnum quod iudeoꝝ fuerat Idumei acceperunt.Regnante nanq; primo herode Antipatri filio genere Idumeo & alienigena Chriſtus ex Maria uirgine dei filius natus eſt verus deus & uerus homo qui ſacerdotium Iudeoꝝ ad chriſtianos trãſtulit Petro ſibi ſucceſſore delecto:in quem Pontificis maximi poteſtatẽ transfudit neq; ulterius apud Iudeos paſtoralis ouiũ cura ꝑmanſit dicente domino ad petrum:Paſce oues meas Paſtor ipſe bonus & pontifex maximus chriſtus paſtores deinceps & pontifices chriſtianos eſſe non iudeos conſtituit:q̃uis Petrus & alii plures ex Iudeis nõ amplius iudei ſũmum põtificium accepunt atq; in hunc modum ceſſauit Iudaica vnctio & tranſlatum eſt ſacerdotiũ:quo facto & ipſa lex tranſlata eſt:dicente apoſtolo.Quia tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt ut etiam legis tranſlatio fiat.Deus igitur qui multifariam multisq; modis olim patribus ī ꝓphetis locutus fuerat.Nouiſſime per filium ſuum quem conſtituit heredem ũiuerſoꝝ per quem fecit & ſecula alloquutus homĩes nouã legem edidit & noua dedit præcepta:qbus ſeruatis vitam merentur æternam.In tempore igit̃ quod in altiſſimo trinitatis conſilio æterno fuerat diffinitũ.Regnante apud hebreos herode:apud Romanos Auguſto qeſcente mundo & aduentum domini mirabili:& inaudita prioribus ſeculis pace honorãte.Miſſus eſt Gabriel angelus de cælo qui Marie felicem cõceptionẽ & ſacratiſſimũ partum anũciaret.Sed ante precurſor natus eſt Iohãneſ

qui pœnitẽtiã predicaret & viam domino prepararet.Cõ cepit virgo de ſpiritu ſancto ut prædixerat angelus & ſer uata dignitate virginitatis filium ſimul & dominũ pepit Natus eſt chriſtus ſaluator octauo kalẽdas Ianuarias & ĩ ipſis kalendis circũciſus eſt.iuſta uocem angelicã.Ihesus apellatus quia ſalutem attulit humano generi:Plurima de infantia ſaluatoris ſcripta ſunt:nec dubium eſt quin omnes eius ſignis ætas & miraculis plena fuerit.Sed æc cleſiæ noſtræ grauitas & acre iudicium ea tantum recepit quæ certa ſũt.Apocrifa prætermittit.Duodecimus ſalua toris annus memoriam habet quia templum ĩgreſſus cũ legis doctoribus diſputauit:& aliqua ex parte ſplendorẽ ſuæ diuinitatis oſtẽdit.Sed circha trigeſſimum annũ ful gor ille plenius emicuit.Tunc enim baptizatus eſt a Io-hanne:& ipſe Iohannem baptizauit & paterna uox au dita eſt.hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui .Conuertit aquam in vinum & ĩnumerabili bus coruſcauit miraculis.Elegit ſibi diſcipulos ſuos quos vocam⁹ apoſtolos & circuieus regiones & mentes homi num ſanauit & corpora ægrotãtium:& faciens ipſe quæ docebat toto trienio predicauit euãgelium per Iudeam & uicinas ꝓuincias:beatiſſima uox eius intonuit quæ uita hoĩum eſſe deberet oſtendit & precepta tum uetera ĩno uauit tum noua prioribus utiliora ĩſtituit.Abdita & ob ſcura quæ erant in veteri lege multa reuelauit:& abſtru ſos ꝓphetaꝝ aꝑuit ſenſus & quæ de ſe prædicta fuerant palam expoſuit:Miſterium ſancte trinitatis oſtẽdit & ũi tatem in trinitate mõſtrauit:docens tum patrem:tum fi lum:tum ſpiritum ſanctum diuinis honoribus ꝓſequen dum & hos tres unum eſſe deum predixit nõ modo mor tem ſuam:verum etiam genus mortis & quod tertia die reſurgeret:& ꝙ aſcenſurus in cælum.redditurus eſſet in

ſine mundi iudicare viuos & mortuos. Cõpræhenſus eſt & traditus Pilato ſicut ipſe uoluit q eũ neci daret. Teſteſ in eum citati ſunt nec eſt ĩuenta mortis cauſa: quia peccatum non fecit nec eſt dolus ĩ ore eius reptus. Maximũ crimen obiecerũt quia filium dei ſe fecit & regem ſe dixit & ꝓpter ueritatem occiſus eſt. Crucifixus atq; ſepultus & iuxta uerbum ſuum reſurrexit a mortuis & quadragĩta diebus cum diſcipulis cõmoratus cum eos cõfirmaſſet & corroboraſſet atq; in orbem ire iuſſiſſet euãgelium diſſemĩaturos. Tandem euidẽtibus illis elleuatus eſt & nubes ſuſcepit eum ab oculis eoꝝ: aſcendit in cælum & ſedet ad dexteram patris: & inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos & redditurus vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Interea ſpiritus ſanctus ab eo miſſus omnia ſuggerit æccleſiæ quæ neceſſaria ſunt ad uitam æternam. Hæc nos chriſtiani firmiter credimus: hæc eſt fides noſtra quã cũctis gentibus prædicamus: & imptiri omnibus cupimus. hæc ab apoſtolis & eoꝝ ſucceſſoribus p fideles manus immutilata & ĩcorrupta ad nosuſq; delata ſunt. Hæc uos Turci & ſaraceni magna ex parte negatis. Et ſi enim chriſtũ ex virgine natum & ſanctum uirum & dei filium & ꝓphetã magnum & mirabilium opum effectorem & adhuc uiuẽtem cõfitemini deum tamen & dei filium eſſe ĩficiamini nec ſibi nec ſancto ſpiritui diuinitatẽ cõceditis & trinitatẽ ꝑſonaꝝ in diuinis reſpuitis & chriſti mortem deridetis quem trãſlatum & alium ſibi ſimilem loco ſui interfectũ arbitramini: nec eius aduentũ ĩ extremo iudicio expectatis & alia non pauca chriſtiane legis reiicitis & pluria creditis quæ apud nos riſu digna uidẽtur & quæ non dimittemus intacta. atq; nos quæ credimus non ſolum ex noua lege: ſed ex ueteri mutuamur. Vos mahumethi & Alchorão eius fidem tãtũmõ adhibetis: & hominẽ mortuũ

ſine conteſte ſine miraculis ſeqmini. Nos viuo credimus
Viuit etiam ueſtro teſtimonio chriſtus. Nos deo preſta
mus aures & ſignis & ratiõibus & ſacris ducĩur teſtimo
niis. Quod ſi nos audies monſtrabimus breuiter noſtræ
legis ſplẽdidam lucem: & tuæ obſcuram calliginem dete
gemus: Sed opus eſt piis & attẽtis auribus: quando fidei
ſublimitas attingitur & magni dei pandũtur archana. se
pe iocis & manibus fabulis te preſentẽ exibuiſti & leuio
res audiſti narrationes. Non eſt cur hæc grauia contẽnas
aut ea noſce recuſes ex quibus tua pendet ſalus. Non eſt
anima nobilis cui nõ ſit veritatis amor: Non eſt homo q
nolit ſaluus fieri? Audi ergo qui generoſus es: audi quæ
te ſaluare poſſunt. Quid eſt inter chriſtianos turcoſq; cõ
trouerſiæ in quo ſimul contẽdimus? quæ diſcidii cauſa? ſa
ne non alius diſcordiæ fomes eſt: niſi quia diuinitate nõ
eadem ſapimus. De patre: de filio: de ſpiritu ſancto contẽ
dimus. Hoc ẽ præcipuũ diſſidium: quo ſublato facile oĩa
componẽtur. Attĩgemus que ſit inter nos de diuinitate
diſſenſio: latius exponemus. Nos in deo tres dicimus eſſe
pſonas: patrem: filium: & ſpiritum ſanctũ. Vos vnam tã
tum: quã nec patrem nec filium dicitis nec ſpiritũ ſanctũ
Sed deum tantũmõ appellatis & hũc vnicum eſſe dicitis
creatorem cæli & terræ & oĩum quæ in eis ſunt: Nulla ẽ
de unitate contẽtio non latent nos verba Moyſi dicentis
in exordio legis Audi Iſrael domĩus deus tuus ẽ: Et rur
ſus ego ſum domĩus deus tuus q eduxi te de terra egyp
ti: non erunt tibi dii alieni preter me: Et rurſus ego ſum
qui ſum & ſi quæſierint nomen meũ uade & dic eis. Qui
eſt miſit me ad uos: & in cantico Exodi dicitur. Domĩus
oĩpotens nomen eius quæ teſtimonia unum eſſe deum
& unum dominum manifeſte declarant: & unã põtatem
& unam naturam. Nam deus naturæ domĩus: poteſtatis

eſt nomẽ.Fatemur idem quod uos de unitate diuinitatis hic amicitia eſt atq; concordia.vobis unus deus eſt & nobis unus.Dicis principium omniũ reꝝ eſſe deũ.Nos idẽ affirmamus.In quo igitur diſſentimus.Multa ſunt quæ de deo aliter chriſtiani dicũt:aliter Saraceni ſeu Turci. vos deum corporeum dicitis nos incorporeum.vos fortuita eſſe quæ hic in terra geruntur arbitramini nec de his curare deũ Nos gubernare eũ qui creauit omnia nõ dubitamus.vos deum patrem in diuinitate negatis:Nos patrem & filium recognoſcimus.vos ſpiritum ſanctum ex diuina maieſtate reiicitis.nos ponimus & ueneramur Mittimus alia hæc aggredimur in quibus plus ponderis eſt.Nos chriſtum dei filium dicius.vos negatis .Cur negatis?Sane quia nec vxorem habet deus ex qua filiũ ꝓcreare poſſet.Quod ſi fuerit vxor ei filiosq; gẽuerit mũdus qui unius impio regitur in plures diuiſus dominos diu ſtare non poſſet.In vnitate concordia eſt quæ ſeruat impia.In pluralitate diſcordia quæ maxima regna ſubuertit.Sed quis tam rudis:tam vecors:tam clemens chriſtianus eſt qui generare deum ex conubio & ꝓmiſtione feminæ arbitretur?Non ſumus adeo hebetes chriſtiani ut tantum nefax admittãus.Saracenis hoc ſuaderi poſſet.q deo corpus manus & caput & cætera membra cõcedunt. Nos deum ſpiritum eſſe aſſerimus ĩcorporeũ ĩmortalem æternum & ĩcompræhenſibilem:qui deum ſe ipſum ĩtelligit in mente ſua:verbum concipit quod nos filiũ dei eſſe dicimus:nec aliud eſt in deo ſeipſum noſſe atq; ĩtelligere q̃ deum eſſe.Nihil eſt enim in deo non deum:deum autẽ cuius eſt uerbum nomĩamus patrem:& ꝓceſſum ipſius uerbi generationẽ filii dicimus:nec veritas hæc de uerbo dei apud chriſtiãos tantum illuxit gentiles philoſophi ãte chriſti aduẽtũ:eadẽq; nos aſſerĩus nõnulli affirmauerũt

Si quidem platonici in ſuis libris apertiſſime dixerunt Quod in prīcipio erat uerbum:& uerbum erat apud deum & deus erat uerbum:hoc erat in principio apud deū Omnia p ipſum facta ſunt:& ſine ipſo factum eſt nihil. Et reliqua omnia ferme comprobāt de uerbo dei:quæ Iohannes in euangelio tradidit uſq; ad īcarnatiōem verbi quam ignorarūt q; nōdum natus erat chriſtus:& alta legis miſteria abſcōderat deus a ſapientibus huius ſeculi que reuelauit paruulis.Quod igitur platonici uerbū dei nomīant & deum eſſe dicunt.Nos filium uocāus ex deo genitum & deum eſſe fatemur:nec ruinam mūdi ex filii generatiōe timemus.quādo unus dūtaxat filius ē:& pater & filius unum ſunt.vna poteſtas:una uoluntas:una maieſtas nec uerbum cōceptū ab ītellectu concipiēte diſcordat.Obſcura hæc uidebūtur.at ſi uoles preſto erunt qui lumen afferant & aptiſſima omnia reddāt.Et tu ſolē hunc corporeū cernis qui noctem abiens & diem efficit rediēs:hic ex ſe ipſo lucis ꝓducit radios.Hec ꝓductio generatio quædam eſt in ſole & radii ſolis:filii ſolis non in concinue uocātur qui ſimilitudo q̄uis multifariā inepta eſt.Nam ſolis ſæpe plures uidemus radios .Deo vnicus tantum eſt filius in eo tamen conuēit:quia una ē & ſolis & radioꝝ ſubſtātia:& una eſt patris & filii diuinitas atq; eſſentia q̄uis compatio corporaliū reꝝ nulla ſatis cum diuinis quadrare poteſt.Sed accipe teſtimōia & q ratiōem non capis cede auctoritati.Vetus teſtamentum & Iudeis & chriſtianis & Saracenis cōmune eſt .Eruptauit inquit Dauid ex ꝑſona dei cor meum uerbum bonū:hoc ē.quod dei filium dicimus & unigenitū patris æterni non ex carnali cōiugio:aut ex carnali & humano cōplexu:ſed ex corde dei.i.intellectu ꝓductum aſſerimus.Et rurſus filius meus es tu:& ego hodie gēui te:hodie dicit quia deo nec

heri preterüt nec cras iminet: ſed hodie ſemper adeſt cui preſentia ſunt omnia. Et itez ante lucifez inqt genui te Vt ītelligas quia nō loqtur de Salomone dauid: ſed deus pater de filio deo qui ante Lucifez ab æterno genitus eſt homo ante Lucifez nemo fuit: & in libro ſapientiæ legimus ſapientiam dei quæ dei filius eſt dicentem: Nundū erant abiſſi & ego iam cōcepta eram ante mōtes & colles ego parturiebar. Nunqd enim pater ſine filio fuit: & ab æterno fuit cum patre filius. Et hoc eſt quod in euāgelio inquit Iohānes. In prīcipio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Quæ miſteria ꝑfunda & alta cum non intelligeret Arius nec mahumethes comprehēderet negare maluit dei ueritatem quā ignorantiā ſuam confiteri & ſuas ineptias imprudēter ingerere q̄ a lioz ſapientiam humiliter diſcere. Stulta hæc & damnoſa ꝑtinatia eſt. Deo enim & ꝓphetis eius oportet credere: & ſi quid eſt cuius rationē non capimus debemus cum paulo dicere. O altitudo diuitiaz ſapientiæ & ſcientiæ dei q̄ ī cōprehenſibilia ſunt iudicia eius & īueſtigabiles uiæ eius Fatentur iuriſconſulti non omniū quæ a maioribus ſuis inſtituta ſunt rationem reddi poſſe: & tamen legi parēdū eſſe quia non ſine cauſa condita fuerit q̄to minus archana dei licet cognoſcere? Plurīe ſunt occulte cauſe ad quas nulla potuit curioſitas hominum ꝑuenire ſicut oculi noctue ad ſolem & ita noſtri intuitus ad ea quæ ſunt diuinitatis. Non eſt ergo mirandum Si neq; generationem filii neque ſpiritus ſancti ꝓceſſionem neq; trinitatem in diuinitate ītellexit carnalis homo: uel Arrius: vel mahūethes ſed illud ī eis damnabile ac deteſtabile fuerit. Quod ſacræ ſcripturæ diuinisq; teſtimoniis non acqeuerūt Nam qd opus eſt argumētis: ubi deus ipſe loquitur. De Pithagoreis traditum eſt quod in diſputando ſoliti erant dicere:

ipſe autem erat Pithagoras tanq̃ eius auctoritati non li
ceret aduerſari q̃to minus deo: qui uerax eſt & oīs homo
mendax. Sed negabis hæc eſſe dei quæ afferimus teſtimo
nia. De his poſterius diſſeremus. Nunc de ſpiritu ſancto
agendum eſt: cui lex tua diuinos honores abrogat. Non
eſt huius erroris mahumethes inuentor, Arrii, & Neſto
rii & meedonii. hæc olim dementia fuit quos ſacra patrū
concilia damnauerūt. Sed eorum virus apud ægyptios &
Arabes aliq̃diu latuit & poſtremo auctore mahumethe
& magiſtro eius Sergiolate diffusū eſt ne mouearis dū
uera loquimur. caue ne ſequaris cæcos. Diſce ſpiritū ſāc
tum deum eſſe & tertiam ferre in trinitate perſonam.
Diximus paulo ante. Deum patrem dum ſeipſum cogno
ſcit uerbum cōcipere & id eſſe filiū gignere. Nunc quod
ſequitur adducimus cognitiōi eſſe annexam appetitiuā
operationem quandam: cuius principiū uoluntas ē. Inter
opationes uero quas uoluntas ꝓducit precipua eſt ama
re Adhibe hic aures & mentem erige ī deo ꝓfectam & ab
ſolutam fateri cognitiōem opportet: & amorem pari mo
do: cuius ꝓceſſus per appetitiuā opationem exprimitur
ſicut & uerbi generatio per intellectū: & alia eſt operatio
quæ intelligit: alia quæ appetit ītellectiua ex his complet̃
quæ ſunt quodā modo in ipſo ītelligente. Nam ſicut ſen
ſibilia in ſenſu: ita intelligibilia in ītellectu dicimus eſſe.
Appetitiua autem complemētum accepit ſecundū quēdā
ordinem uel motum ad eas res quæ obiiciūtur appetitui
& occultum quoddā prīcipium ſui motus habet. Ea uero
quæ principio ferūtur archano ſpiritus nomen accepūt.
Nam & uentos ſpiritus dicimus & in ſcripturis ꝓcellaꝝ
ſpiritus appellātur. Quod non apparet efflationis initiū
Reſpiratiōem etiam & artheriam motum ab intrīſeco &
occulto prīcipio manētem uocamus ſpiritum. Atq; hoc

modo congruēti quadam multitudine quantum diuina humāis uerbis iudicari poſſunt. Diuinus ipſe amor a patre filioq; ꝓcedens ſpiritus dictus eſt. In nobis duplici ex cauſa procedit amor: aliquando ex corporea & materiali natura & is plerunq; īmōdus ē: & mēti noxius aliquādo ex ipſa ꝓprietate ſpiritualis naturæ. Cum bona ītelligibilia & rationi conuenientia adamamus: & hic purus eſt amor & laudabilis & animæ ſalutaris. Ideo corporis amor & laudis & anime ſalutis. In deo corporalis amor ſeu materialis locum non habet: ſed ille tantum repitur qui ſimplex & nitidiſſimus & puriſſimus quem ſpiritū ſāctū appellamus. Nec nos intellectuali & ſancto amore quicq̄ ꝓſequimur: niſi quod ītellectu concipīus. Conceptio autē ut diximus quæ fit ab intellectu verbum eſt: atq; neceſſe eſt amorem ex uerbo oriri. Amat enim deus quod de ſe ipſo iutelligit. i. uerbum quod concipit ītelligēdo. Verbū autem dei dicimus filium dei qui & ipſe patrem nouit & amat atq; ita fit ut amor ipſe cui ſpiritus ſāctus eſt nomen ex patre filioq; procedat: ſitq; cum patre & filio pariter deus. Nam ſicut diuinum intelligere eſſentie diuinitatis eſt: ita & amare. & ſicut deus ſe ſemp ītelligit ita & ſe ſemp amat & omnia amat dum ſuam bōitatē amat. Rurſusq; ſicut dei filius qui eſt uerbum dei ī natura diuina ſubſiſtens: patri coeternus eſt ꝓfectus. Vnus eſt deus: ita & ſpiritus ſanctus deus eſt patri & filio coequalis & eternus. Et quoniam omne quod ſubſiſtit in natura ītelligibilli apud nos perſōa dicitur: apud græcos hypoſtaſis conſequēs eſt: ut tres ꝓſonas in diuinitate ponamus quia tres ſunt ſubſiſtētes. Pater & uerbū & ſpiritus ſanctus. Neque has tres perſonas dicimus eſſe per eſſentiam diuerſas: ſed per ſolas rellationes diſtīctas que ex ꝓceſſione uerbi & amoris ꝓueniūt: atq; ī hunc modū chriſtiana

religio diuinitus illuſtrata diſtinctas tres perſonas con
fitetur in diuinis non tres deos ſicut mahumethes falſo
opinatus eſt .ſed patrem et filium et ſpiritum ſanctum
Vnum eſſe ab æterno deum aſſerimus nec tamen ipſum
patrem qui filius eſt:nec filium qui pater eſt:nec ſpiritū
ſanctum qui pater eſt aut filius.Vna ẽ enim patris & fi
lii & ſpiritus ſancti eſſentia in qua non eſt aliud pater:ali
ud filius:aliud ſpiritus ſanctus q̄uis in p̄ſonis:alium pa
trem:alium filium:alium ſpiritum ſanctū diuina docẽte
auctoritate dicāus.Nec ſimilitudo in his quæ creata ſūt
ſumme deeſt in trinitatis iuiſibilia dei.Apoſtolus ait per
ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciūtur ſempiterna quo
que uirtus eius ac diuinitas.Relucet quippe in anīa nr̄a
diuinæ trinitatis imago.Eſt enim anima ipſa ſubſtantia
quædā īcorporea ratione predita & actus quidā ſiue for
ma orgāici corporis quæ dum corpus mouet & regit ſui
mẽinit:ſe intelligit & ſe diligit.Quibus in rebus quædā
apparet memoriæ:ītelligẽtiæ & amoris.Tria hæc ad ſe ip
ſa referūtur:quia nō eſt amor ſine memoria:nec memo
tia ſine notitia.Nam quis meminit aut amat quod neſcit
inſeperabilia ſunt hæc a ſemet ipſis:& tamen q̄libet eor̄
& ſimul omnia una eſſentia ſunt.& una uita in anima ūa
Differunt tamen quia memoria non eſt intelligentia uel
uoluntas.nec intelligentia uoluntas ſiue amor.Quod ſi
hæc diligenter inſpicias inuenies ſumme illius trinitatis
atq; unitatis ueſtigium & quandam imaginem q̄uis im
parem.Quicūq; enim ſẽpiternā & incōmutabilem natu
rā per memoriam reminiſcitur.Intuetur p̄ ītelligẽtiam
amplectitur p̄ dilectionem:p̄fecto reperit in ſe ipſo ſum
me trinitatis imaginem non tamen non ſimilem:ſed qua
lemcunq; ita ut ſimilitudine magna inueniatur diſſimi
litudo & ſi ūus homo mẽinit intelligit & diligit nō tamẽ

memoria eſt nec intelligentia nec dilectio. Sed ſunt hæc in eo & in una ſubſtãtia non ſunt accidentia in ſubiectis quæ poſſunt abeſſe. Sed ſubſtãtialiter exiſtũt in anima & unus homo eſt: qui habet hec tria. Non ipſe eſt hæc tria. In ſimplici uero natura. quæ deus eſt: q̃uis unus ſit deus tres tamen perſone ſunt ut dictum eſt. & ipſe deus ẽ ille tres pſone. Sed illud ſatis ad rem noſtrã eſt: quia tria hec aliquo modo unum ſunt. Repitur & ſub aliis nominibuſ & alio modo in natura noſtra illius ſũme & ineffabilis trinitatis imago. Nam mẽs & notitia eius: & amor tria quedam ſunt: mens enĩ nouit ſe & amat ſe: nec amare ſe põt niſi etiam nouerit ſe. Duo quedam ſunt mens & notitia eius. duo etiam ſunt mens & amor eius cum ſe nouerit mens & ſe amat. Manet trinitas ſcilicet mens amor & notitia. & hæc tria quãuis diſtĩcta ĩuicem ſint. Vnum tamẽ eſſe dicunt q̃ ĩ aĩo ſubſtãtialiter exiſtũt: & eſt ipſa mens quaſi parens & notitia eius quaſi ꝓles eius mens enĩ cũ ſe cognoſcit notitiam ſui gignit & eſt ſola parens ſue notitie. Tertius eſt amor qui de ſua mente & notitia ꝓcedit dum mens cognoſcens ſe diligit. Non enim poſſet ſe diligere niſi ſe cognoſceret. Amat etiam placitam ꝓlem notitiam ſuam & ita amor quidam cõplexus eſt: parẽtis & ꝓlis nec minor eſt proles parente: cum tantam ſe nouerit mens qnãta eſt: nec minor eſt amor parẽte & prole ideſt mente & notitia cum tantum ſe diligat mens quantũ ſe nouit & qnãta eſt. Cõſiderat hæc rationabilis homo: & uidens tria in una eſſentia cõcurrere extendit ſe ad cõtemplationem creatoris & intelligit vnitatem in trinitate & trinitatem in unitate: & unum deum colit unam eſſe eſſẽtiam. Vnum principium ſicut & patriarcæ & ꝓphetæ atq; apoſtoli tradiderũt. Sed audiamus iamtandem ipſos & diuine legis ueritatem & teſtimonia in medium afferãuſ

ſine quibus uana ē argumētatio. Deum patrem omnes ſacræ ſcripturæ cōfitētur: & dei nomen patrōitatē ad omnia refert. Et ſi filium dicimus nō poſſumus patrem negare. De filio adducta ſunt teſtimōia legis: ergo & pater oſtenſus eſt. Sicut ſaluator ait Philippe qui uidet me: uidet & patrem meum. Nunc de ſpiritu ſancto: quod cepimus ꝓſequēdum eſt. In Geneſi legimus quia ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas: Quis tunc dominus? niſi deus fuit? & cuius ſpiritus niſi dei? & quo modo dei ſpiritus niſi deus? Deus eſt quicquid dei eſt? nec aliud illi admiſtum eſt: incōpoſitus eſt. Simplex & purus deus: ī Iob ſcriptum eſt: ſpiritus domini fecit me: & ſpiraculū oīpotentis ueritatis uiuificauit me. Dei ſunt hec opera nō hominis. Quis facit hominem niſi deus? Deus ē igitur ſpiritus domini: ꝓpter quod dictum eſt in pſalmis Spiritus domini repleuit orbem terraꝝ: & hoc quod contīet ōnia ſcientiam habet uocis. Quis impleat orbem niſi deus? qs contīet orbem niſi deus? Cui cælum ſedes & terra ſcabellum pedibus eius? & apud poetas: Deum nanq; ire p oēs terras tractusq; maris cælumq; ꝓfūdum traditum ē. Eſt ne ſedes dei niſi terra: pontus & aer & cælū & uirtus ꝓpter quod īqt Dauid. quo ibo a ſpiritu tuo? oſtendēs non eſſe locum in quo fugere poſſit ſpiritum domini qui eſt ubiq; implere mundū & eſſe ubiq; & continere mūdum ſoli deo tributum eſt: Deus igitur ſanctus ſpiritus qui hæc peragit & futura pernoſcit & prædicit ſicut ſcriptū eſt reſponſum accepit Simeon a ſpiritu ſancto quia non moriretur niſi uideret chriſtum domini. non eſt cur deum negeūs qui dei efficit opera. non igitur ſolus pater deus eſt. qui non aduerſatur ratiōi trinitati pſonaꝝ ī ūitate diuinitatis quemadmodū ſupius oſtenſum eſt. Sed iam trinitatem ipſam & ſacris codicibus demonſtremus

Dominus:verbū & ſpiritus.Dominus patrem exprimit in uerbo filium accipimus.Spiritus is eſt.quē ſanctum uocamus & rurſus idem propheta.ut trinitatem ꝑſonarum in diuinitate cognoſcas.Ter deum ꝓuocat in bene dictiōe Benedicat nos inquit deus:deus noſter benedicat nos deus:& metuant eum omnes fines terræ.Trina dei confeſſio trinitatem exprimit ꝑſonaꝝ & eum ſubditur: metuant eum vniuerſi fines terræ.vnitas apitur diuinitatis.In pſalmo.xliiii.multo expreſſe.Trinitatem minuit cum dicit filio.Sedes tua deus in ſæculū ſæculi:& poſtea ſubdit:Propterea unxit te deus:deus tuus ideſt pater:filius & ſpiritus ſanctus:& cum ſeqtur pre ꝑticipibus tuis:miſteriū quoq; incarnatiōis apit:de quo ſuo loco proſequemur:vt Iſaias in uiſione ſua clamātia ītroducit Seraphin:Sanctus ſanctus ſanctus dōinus deus.Ter ſanctus ad tres ꝑſonas refertur:& ſemel domīus:& ſemel de us dicitur quia unus ē deus:unus eſt domīus:Et rurſus idem uates ex ꝑſona chriſti loquitur.Et nūc domīus meus miſſit me:& ſpiritus meus.dominus meus inquit.i. pater miſſit me filiū:& ſpiritus eius qui eſt ſpiritus ſanctus.Quis hic non intelligat trinitatem ¦nō latuit ꝓphetas hoc miſteriū.Poſſent alia plura huiusmodi teſtimonia ex ueteri teſtamēto afferri quæ trinitatem plane oſtēdunt.Planius tamē loquutus eſt ī euāgelio domīus q cū mitteret in orbem diſcipulos euntes inquit.Docete omnes gentes & Baptizate eas In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.Iris nomīauit ꝑſonas:& in nomīe dixit nō in nōinibus ut eſſentie unitatem in ꝑſonaꝝ trinitate mōſtraret.Et Iohannes euāgeliſta qui de pectore domini ueritatem hauſit In epiſtola ſua inquit.Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo.Pater.verbum.& ſpiritus ſanctus & hi tres unum ſunt.Et apoſtolus Paulus.Miſſit inquit

ſpiritum filii ſui in corda noſtra:& alibi.Spiritus eius q ſuſcitauit ieſum habitat in nobis.Et iterum ex ipſo inqt & per ipſum:& ī ipſo ſunt omnia ipſi gloria.Ex ipſo dicit propter pater:per ipſū propter filiū:ī ipſo ,ppter ſpiritū ſanctum.non dicit ex ipſis.aut per ipſos aut ī ipſis nec ad didit ipſis gloria:ſed ipſi gloria inquit:ut trinitatem ſimul & unitatem cognoſceres atq; hiis teſtimoniis & auctoribus illumīata deſuper chriſtiana religio ſūma cum fiducia cōfitetur et predicat unū deum eſſe:qui cauſa cauſaꝝ principium & finis omniū rerū.Et omīs auctor creaturæ & sūmum bonum & nihilomīus tris ꝑſonas ī deo recognoſcit & trinitatē in vnitate ueneratur.cui qui aduerſatur ſalutis exptē ſe reddit & ambulat in tenebris & ueritas non eſt in eo.Tu uero ſi ſapias ex tenebris emerges ac candida luce perfuſus ſacratiſſimā trinitatē & cognoſcēdo coles & colendo cognoſces:nec aduerſaberis ſacroſancto euāgelio .in quo legitur Verbum caro factum eſt.Negat tuus legifer incarnatiōem uerbi Nam cur inquit factus eſt deus homo:vt in ligno crucis paſſus:qui alio modo humāum gēus reddimere poterat?Negat tua lex chriſti necem:& aliū ſuo loco interfectum exiſtīat nec deum incarnatum cognoſcit neq; crucifixū:neq; mortuū nos utrūq; prædicamus quia factus ē deus homo:& paſſus eſt propter ſaluttem homīs hæc facta eſſe teſtantur. Ait enim de ſeipſo dominus .Venit filius hominis ſaluare quod pierat.Conſtabat primi parentis errato hominēs omnes culpa teneri.Clauſa erat paradiſi porta:nec mortalibus patebat in cælum aditus.Decebat sūmā dei bonitatem homīem qui ceciderat reparare nec miſerum eſſe perpetuo qui ad beatitudinem ꝑfruendam creatus fuerat .Sed obſtabat iuſtitia dei quæ pro peccato ſatisfatiōem exigebat;dignus erat īfinita pœna qui maieſtatem

offẽderat infinitam:nec homo tanti erat ut infinitam
poſſet redimere culpam.Stabat hinc diuina iuſtitia ulti
onem petẽs:illinc diuina bonitas miſerendũ eſſe cẽſebat
Audienda fuit utraq; uox quia uniuerſæ uiæ domini mi
ſericordia & ueritas.Quare & ſi poterat deus aliter hũa
ne imbecilitati conſulere eſt enim omnipotẽs hic tamen
cõueniẽtiſſimus modus fuit quem elegit ut aſſumpta hu
mana natura ipſe pœnas ſoluere factus ẽ deus homo:ut
homo fieret deus.Veritas de terra orta eſt:& iuſtitia de
cælo ,pſpexit.Coniũcta eſt humãitas diuinitati ut accipe
ret ex plenitudine bonitatis quod ſuæ defectum ſuppler-
ret ĩfirmitatis.Fuit hic modus ſaluãdi humani generis
diuinæ bonitati conueniẽs.Satisfactũ eſt iuſtitiæ ſimul &
miſericordiæ.Satisfactum eſt amori & odio.Placuit hoc
diuinæ potẽtiæ quæ omnem defectũ noſtrum ſua virtute
ſupat.Placuit & ſapiẽtiæ quæ nihil fruſtra nihil non decẽ
ter non conueniẽtiſſime facit:& licet neceſſitate abſoluta
qua neceſſariũ dicimus:ſine qua aliud eſſe non poteſt in
carnatio uerbi neceſſaria nõ fuerit:Eo tamen modo quo
neceſſariũ accipitur id quo cõueniẽtius & congruentius
puenitur ad finem dicere non pudet ad repatiõem hoĩs
filii dei neceſſariam fuiſſe.Ego ſum deus:ego ſum domi
nus & non eſt abſq; me ſaluator.Ex pſona chriſti inquit
Iſayas.Quia non poterat homo ſaluare ſeipſũ:& neceſſa
rium fuit ut homo fieret deus:& deus homo ſaluaret ho
mĩem:,pter quod pulcherrĩe & ad propoſitũ aptiſſĩe in
quit ex noſtris predeceſſoribus:unus in hunc modum.
De miſterio diuinæ incarnationis .Suſcipitur a maieſta
te humilitas.a uirtute infirmitas ab æternitate mortali
tas & ad deponendũ conditionis noſtræ debitum:natura
ĩuiolabilis naturæ eſt vnita paſſibili & deus uerus:& ho
mo uerus in unitate tẽperatur.Et quod noſtris remediis

ſecula & faciet iudicium diſcretionis ſcilicet & diſcuſſiõis nunc diſcretiõis dum elegit ex mortalibus quos uult & alios ſuo arbitrio dimittit & ī fine ſeculi diſcuſſiõis quã do reddet unicuiq; ſecundũ opera ſua. In diebus illis ſal uabitur Iuda. i. quicũq; crediderint & baptizati fuerint ſalui erunt. & habitabit iſrael confidẽter in ſtatu ſcilicet eccleſiæ triũphantis Et hoc eſt nomen quod uocabũt eũ Deus iuſtus. & ſcias chriſtus ex ſemine dauid natus. Nõ ſolum homo: ſed etiam deus eſt: neq; alteri q̃ chriſto hæc uerba conuẽire poſſunt. Accedat & alius ꝓpheta: Baruth nomĩe: quid ille ait? Hic eſt īquit deus noſter & non exſti mabitur alius aduerſus eum: hic adīuenit omnem uiam diſiplinæ & tradidit illam iacob puero ſuo & iſrael dilec to ſuo. Poſt hæc in terris uiſus eſt: & cum homĩbus con uerſatus eſt. Docent hæc omnia īcarnatiõem uerbi & ho minem factum dei filium mãifeſtãt. Nunc de morte au di & eos cum contemto qui chriſtum uolunt eſſe tranſla tum & nundum mortuũ: ſed īcredibili dementia. Circha diem ſuppremi iudicii cum omnibus angelis īterficiẽdũ putant. O nephãdam audaciam & ſtultitiam alias inaudi tam. Dimittimus angelos quoꝝ ſubſtãtia īcorporea eſt: & īmortalis chriſtũ interfectum negant: & aiunt interfi ciendum. At Dauid ex perſona chriſti quæ nõ rapui: tũc inquit exſoluebam quia non peccauit & pœnas dedit & ꝓ alieno delicto mortẽ ſubiit quod mãifeſtius Iſaias oſtẽdit dicens. vere lãgores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe vulneratus ẽ ꝓpter iniq̃tates noſtras Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplĩa pacis noſtræ ſuper eum & liuore eius ſanati ſumus. Omnes enim nos quaſi oues errauimus & unus qſq; in uia ſua declinauit & deus poſuit ſuper eum iniquitatem ideſt penam ꝓpini quitatibus omnibus expiandis oĩum noſtrũ & ſubditur.

Oblatus eſt quia ipſe uoluit & non aperuit os ſuū:& pa
ulo poſt tradidit in mortem animā ſuā:& cum ſceleratis
deputatus eſt. Ipſe multoꝝ peccata tulit:& pro trāſgreſ
ſoribus rogauit. Si uidiſſet ꝓpheta paſſionem chriſti uix
potuiſſet aptius loqui. Nec Yeremias tacuit domini tor
mēta qui eum ex ligno crucis ita loquētē inducit. O uos
omnes qui trāſitis ꝑ uiam attendite & uidete:Si dolor ē
ſicut meus & ipſe ſaluator de ſe ait. Ecce aſcēdimus Yero
ſolimam & filius homīs tradetur principibus ſacerdotū
& ſcribis & cōdemnabūt eum morte:& tradent eum gen
tibus ad illudendū & flagellādum & crucifigēdum & ter
tia die reſurget:& iteꝝ alibi. ſicut Moyſes exaltauit ſerpē
tem in deſerto ita exaltari oportet filium hoīs. ut omīs
qui credit in eum non pereat ſed habeat uitam æternam
& ne de morte dubites. Scribit euangeliſta. cū accepi ſet
yheſus acetum dixit:Conſumatum eſt. & inclinato capite
tradidit ſpiritū. ꝓphetæ chriſtum morituꝝ & a mortuis
reſurrecturum predixerunt euangeliſtæ & obiiſſe ī cruce
& reſurrexiſſe tertia die affirmant. Certa res eſt:& nihil
ambiguitatis habet. veritati omīa conſonant. Reſurrexit
dominus. Aſcendit in cælum & uenturus eſt iteꝝ ut faci
at iudicium in fine ſæculi. Tua lex hæc nō recipit quia nō
ſapit de chriſto quæ ſapere oportet. Cuius alteꝝ aduentū
non ſolum euangelium:ſed antiqui etiā uates oſtendūt
ſicut paulo ante de Iheremia diximus. Conteſtis eius eſt
Daniel dicēs. Ecce in nubibus cæli quaſi filius hoīs ueni
ebat & uſq; ad antiquum dieꝝ puerīt. & ſequitur & dedit
poſtatem & honorem & regnum & omnes populi tribus
& linguæ ſeruient ei. quibus in uerbis uiri doctores iudi
cium chriſti facile inueniunt in fine mundi. Et ipſe chri
ſtus de ipſo loquitur. Dico uobis qui ſecuti eſtis in rege
neratione cum ſederet filius hōīs in ſede maieſtatis ſuæ

ſedebitis.& uos iudicantes duodecim tribus iſrael.Et in actibus apoſtolo⁹ legimus:conſtitutū eſſe chriſtū a deo patre viuo⁹ & mortuo⁹ iudicem. Hæc nos de deo ſenti mus:hæc firmiter credimus:hæc ſalubriter predicamus æternam uitam ꝓmittentes omnibus qui chriſto credūt & in trinitatis nomine baptizati opera faciunt euāgelio digna.Queris que ſit iſta vita æterna.Quid illic agat ho mo:qua uoluptate letetur:quo modo beatitudinem aſſe quatur.Reſpōdemus cum euāgelio lohānis.Hæc eſt vita æterna ut cognoſcat te uerum deum:& quem miſiſti Ihe ſum chriſtum:ſūma tibi felicitas erit uidere deum ī ſua natura & eius ꝓfrui bonitate.Gaudia noſtre mentis erūt hac ſatiabimus:hæc implebimus:huic ſūma felicitas erit hærere deo & deum cognoſcere:Videmus enim nunc per ſpeculum in enigmate ut ait apoſtolus.Tunc facie ad fa ciem & in iubilo teſte Iob.In fatie domini uidebimus lu mē & ſatiabūtur. Cum apparuerit gloria eius & erimus ſibi ſimiles ſicut ait Iohannes.Nec oculus uidit inq⁹ Iſa yas:nec auris audiuit:nec in cor homīs aſcēdit quæ ꝓmi ſit dominus diligentibus ſe.Et apoſtolus non eſſe condi gnas paſſiones huius ſæculi dicit ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis.Tua lex in altera uita flumīa lactis & melis & vini ꝓmittit & cibaria delicata & uxores mul tas & cōcubinas & virginum coitus & angelorū in turpi bus obſequiis miniſteria:& quicqd caro depoſcit bonis hæc paradiſus & aſini potius q̄ boīs eſt.Nam quis mor talis eſt boīs habens faciem qui per omnem uitam ſuam corpori ſeruiat.Quis non aliquādo in mentis ſeceſſum abiit ¦Quis non paſcit intellectū aliquando & a ſēſibus ſpeculando recedit ¦At non eſt honoris & gloriæ uolup tas.Multo iocundior & diuturnior q̄ uentris.An nō dul cior eſt bene acte uite laus q̄ cibus ipſe uel potus ¦Bibit

Quid promi Mahumeth

ſapiens atq; ædit ut uiuat. Tua lex ideo appetendā hōini
exiſtimat uitam ut edat & bibat. Sicut in hoc ſeculo car
neus fuit legifer tuus ita & in futuro carni ſtudendum
putauit. Quod neq; gētiles philoſophi preter paucos ad
miſiſſēt inter quos ſumma fuit de ſuperno loco diſenſio
Alii īdoloris priuatione felicitatem poſuerunt. ut Diodo
rus. Alii in dolentia. vt hyeronīus. alii in honeſtate cū uo
luptate coniūcta: ut Calipho & Dinomachus. Alii in ſcien
tia ut Herilis. alii ī ſola uirtute atq; honeſtate: ut Zeno
& ſtoyci: alii in bonis animi & corporis & fortunæ ut Ari
ſtoteles & pipatetici. Soli Ariſtipus & Epicurus: & eorū
ſcola ſummum bōum in uoluptate locarunt. Atq; iis tua
lex cōformis ē qui fex omnium philoſophoꝝ cænū fuere
& fetidum. Nec tamen illi in eo errore fuerūt vt hanc fe
licitatē in altero ſæculo expectarēt qbus futuræ uitæ ſpeſ
nulla fuit mortalem aīam exiſtimātibus. Noſtri philoſo-
phi ſummum bonum neq; in terra neq; in ſenſu: ſed ī cæ
lo & in deo quærēdum cēſent: & eo ſatiandā & natura ita
inſtituit nos ut cælum aſpicientes eo uotis ut omnibus aſ
piremus ſicut eſt illud poeticū. Os homīum ſublime de-
dit: cælumq; uidere: Iuſſit & erectos ad ſidera tollere vul
tus: Quis neſcit finem his præſtare quæ ad finem ſunt.
Omnia hæc corporea oblectamēta eo repta ſunt ut ſpeci
es homīum conſeruari & in ſuum finem qui eſt deus ad
duci poſſet. Quis aut ederet aut biberet: aut pro creādis
liberis operam daret: niſi eſſet: ī his aliqua delectatio! At
hæc non eſt finis hominis. qui ad deum factus eſt & niſi
ad deum ueniat nunq̄ qeſcit: nec p carnales delectatiōes
ad deum factus ē: nec p carnales delectatiōes ad deū ipſū
puēitur: Sed quāto iis magis immerſus eſt homo: tanto
eſt ab ipſo deo remotior: Qui alioquinn eo beatior exiſtit
quanto angelicae diuinaeque naturae magis ac ma-

gis adheret :nec curat carnalia desideria qui bonis fru
itur spiritualibus sicut ignis & aqua simul esse non pos-
sunt:sic deliciæ carnalibus spirituales nō coherēt. Trahūt
ille ad se humanā naturam & totam in se rapiūt:nec sen
tire sinunt quæ caro appetit. Gustato spiritu desipit oīs
caro:vt inquit unus ex nostris. Tua lex ī paradixo uolup
tates admittit:quas nec Solon nec Ligurgus admisisset ī
terra. Quot fetidates de cibo & potu & aliis uoluptatib⁹
oriuntur:quas ī paradixo nefas fuit nomīare! aut gigni
rentur sine fine boīes & implerent omnia nunq̄ moritu
ri:aut frustra esset pmixtio maris & femīæ sine fructu.
Quæ etiam in hoc mūdo damnātur. Dicis ergo quid sæ
minis opus est si non est coitus. Dicimus & nos qd opus
est coitu si non est generatio! propter uoluptatem dices.
At hæc feda uoluptas est. et indigna quæ paradixū īgredi
atur. Nā quo modo illic pmissa esset hæc turpitudo quæ
hic tanq̄ obscena prohibetur! & tantum propter sobolem
aut euitandi maioris mali causa pmittitur. Hypocrates
diuina uir scientia venereum coitum partem esse quādā
morbi terreni existimabat quæ nostri comitialē dixerūt.
Quid igitur! habens aliquid humani pudoris ut uerbis
cuiusdā gētilis utamur uoluptatib⁹ istis duabus coeundi
& comedēdi quæ bōi cū sue & asino cōmūes sūt. gratulet
Non sunt hæc quæ pia mens in cælo requirat. Dicis iter
non erit plena felicitas in paradiso. Si aliquod defuerit ob
lectamēti genus. Ergo ut existimas cū uariis rebus oblec
tentur hōines. Saltatione piscatione :uenatione: Ludo.
Lucro. cātu. cibo. potu. ueneri. & aliis q̄pluribus eadem
omnia in paradiso. tua requires & cū uirgilio dices: Quæ
gratia currum armorumq; fuit uluis cura ītētes pascere
equos eadē sequitur tellure repostos Vana hæc ꝓphetia
est quam nulla unq̄ ciuitas bene īstituta recepit: Nos ut

diximus mentis gaudia & ſpirituales delicias querimus.
Beatitudo noſtra quam expectāus in altera uita: eſt ipſa
dei uiſio qua nihil obtabilius inueniri poteſt. Videbit. n.
beatus anīus & quæ ſunt in cælo: & quæ ſunt ſub cælo qd
erit quod eius aſpectum fugiat. qui uidebit uidentem cīa
Quæ nunc uidētur obſcura de deo: de trinitate: de incar
natione uerbi de ꝓceſſione ſancti ſpiritus: de ſacramentis
eccleſiæ. de cæteris archanis: tunc apta erunt & mānifeſta
nullum deerit oblectamētū: nihil requiret ultra plenus a
nimus. Nam quid pleno opus eſt? nihil illi deeſt qui nihil
cupit. Deſideria nr̄a implebit optimus ac maxīus deus in
quo omnia bona inſunt. nec ullum cupiditatibus noſtris
relinquēt locum. Erit deus omnia inomnibus q ſine fīe
uidebitur: qui ſine fine amabitur: ſine fatigatiōe laudabi
tur: quæ lingua dicere: vel quis intellectus capere ſufficit
illius ſupne ciuitatis quāta ſint gaudia? angelorū choris
nitere cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ cōditoris aſſiſte
re preſentem dei vultum cernere in circūſcriptū Lumen
uidere: nullo metu mortis affici īcorruptiōis ꝑpetue mu
nere letari: neq; beatitudo humani corporis illic in æpuliſ
erit aut in uino: aut in coitu. Ex redūdantia beatitudinīſ
animæ gloriabitur corpus & ſimilitudinē eius īduet: ful
gebit tanq̄ ſol in cōſpectu dei: tēuitati eius nulla reſiſtet
materia Leuitas & agilitas infinita ſpatia & in ictu oculi
ꝑmeabit: Nihil erit quod amplius ledi poſſit Inuiolabile
erit & inpoſſibile more animæ & ita totus homo exulta-
bit & dicet cum ꝓpheta: Cor meum & caro mea exulta-
uerunt in deum uiuum nec fruſtra erit differētia ſexuū
aut arctus aliqui ſupfluēt: Reſurgent viri & feminæ inte
gris membris & non ſolū in ſpetiem: ſed in ipſo īdiuiduo
humanæ naturæ perfectio reintegrabitur: nec tamen aīa
les opationes aderunt nec cōmiſtio maris & feminæ quia

ceſſabit cauſa ꝓpter quam fuerat introducta :Erit enim complexa multitudo hominū a deo ꝓfinita nec erit ullus carnalis appetitus:nec pulſabit temptatio inimici:non patebit inſidiis locus cum ꝓuentū fuerit ad triūphum.Pax ibi cōcuſſa & quies & ſūma concordia uigebit.Vides īter tuam & noſtram beatitudīem quantum intereſt:Noſtra felicitas nobiliori hominis parti ideſt animæ reſpōdet.Tua uiliori quod eſt corpus:noſtra mentalis eſt.Tua carnalis noſtra fulgens & nitida tua obſcura & fætida:noſtra cū angelis & cōmunis deo ipſo ē.Tua cum ſuibus & aliis pecoribus:noſtram docti omnes philoſophi laudant :tuam uituperant:nr̄a cælo digna eſt.Tua etiā terra comprehēditur.Sed dices in ſacris etiam codicibus coīa repiri quæ futura uidentur.In cæleſti yeruſalem.potu ciboq; plena Inquit enim yſaias faciet deus exercitū omnibus populis In monte hoc conuiuiū pingue.Et in ſapīa legimus.Miſcuit vinum & poſuit menſam.Et iteꝝ uenite & comedite panem meū & bibite vīum quod miſcui uobis.Et ī eccleſiaſtico cibauit illū deus pane uitæ & intellectus & aqua ſapientiæ potauit illum.& dōinus apud lucam.Ego inqt diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus.ut bedatis & bibatis ſup menſam meā in regno meo.Omnia hæc & his ſimilia ſpūalem habent intelligentiam quia de menſa ipſa ſapientiæ:non corporalis uel cibus uel potus aſſumitur:ſed mentalis qui ſuauiſſimus eſt:& mundiſſimus & hic eſt quē nos expectāus in futuro ſeculo.Tanto eſt igitur dignior nr̄a felicitas quanto nobilior & diuine beatitudini ꝓpinquior.Sed atingamus nonnullas alias tuæ legis ineptias quæ tum ſacris litteris aduerſantur.tū philoſophicas rationes excludunt.Dicit legifer tuus.q̄ tetigit eum deus manu ſua inter humeros & uſq; ad medullam dorſi eius penetrauit frigus quod perinde eſt.ac ſi

corporeum eum esse affirmet quia tactus non est nisi p corpus. Nos incorporeū dicimus deum. Ait enim Isaias ex ore dei. Cælum & terram ego impleo: quod non posset fieri sicut si corporeus esset. Et ꝓpterea dicit ī psalmis da uid Spiritus domini repleuit orbem terraꝝ. Spiritus inquit domini non corpus domini: & Iohānes in euāgelio spiritus est deus Philosophi deum purum actum esse dicunt principiū omnium reꝝ: creaturæ omnino simplicis & æterne. Quod si corporeus esset deꝰ nihil horꝝ ei posset atribui. Esset enim cōpositus aut ex elemētis aut ex alia materia & posterior suis partibus: neq; simplex neq; purus: neq; origo reꝝ: & naturas haberet se ipso excellentiores Angelos scilicet. Nobiliora enim sunt spiritualia quā corporea quod ē opīari absurdū ne dicamus asserere nec simul stare potest ut causa causaꝝ sit deus: vt philosophi uolunt: & recte uolunt ut cōpositus iuēiatur. Esset enim ab alio cōpositus & illum nos potius diceremus deum qui cōposuisset. Non est corporeus deus quia cōpositus non ē nec mouetur q̄is in sacris litteris & caput & manus & pedes & oculi & digiti & cor & uterus & huiusmōi attribuantur deo. Vtitur enim spiritus sanctus qui loquitur in scripturis vocabulis quæ sunt in usu ꝓ similitudinem quādā sicut dicit Ezechiel ex psona dei. Ego uisionē multiplicaui eis: & in manibus ꝓphetaꝝ assimilatus sum eis. Est enim naturale homini ꝓ sensibilia ad itelligibilia peruenire & omnis nostra cognitio a sensu capit exordium. Atq; idcirco spiritualia nobis in sacris codicibus sub methaphora corporaliū exibētur. Atq; ita fit ut etiā rudes aliquid capiant qui alioqn essent diuinæ sapientiæ minus ydōei auditores. Dicit præterea tuus mahumethes oīum peccatoꝝ causam esse deum: exclamās his uerbis utitur. O deus q̄bus uis bonam: q̄bus uis malam uiam prebes

Nos mortale peccatū aduerſatiōem quādam eſſe dicimus ab ultimo fine: nec poſſibile cēſemus deum qui ultīus finis eſt uolūtatē cuiuſpiā euertere: eſſet enim ſibi cōtrarius. Et ſi deus oīa diligit quæcūq; facit: vt eſt illud ſapientiæ Diligis oīa quæ ſūt & nihil odiſti eoꝝ quæ feciſti quomodo conſētaneū eſt ut peccati cauſa ſit ipſe deus. Cui dicit in pſalmis Dauid. odiſti omnes qui opantur iniqtatē & in æccleſiaſtico legimus. Omne excremētū erroris odit deus. Contraria ſunt amor & odium: audi ulterius ītolle rabilem tuæ legis errorē. Si uobis inqt aduerſa incūbūt incubuerunt & cæteris: Sunt enim iſti dies caſus & fortunæ: & cæteris ſunt iſti dies & caſus & fortunæ. Negat diuinam ꝓuidētiam curare mortalia. Nos de diuina ſapientia dicimus qui attingit a fine uſq; ad finem fortiter & diſponit oīa ſuauiter: Nec ſūmæ dei bonitati conuenit ea negligere quæ creauit: ꝓpter quod īquit apud Mathēum dōinus. Omnes capili capitis ueſtri numerati ſunt. Addit mahumethes āgelos creatos ex flama ignis & peccare & merituros eſſe. Nos eum ꝓphetā dicimus. Quod deus ſcit angelos ſuos ſpiritus & creauit eos ex nihilo & philoſophos nobiſcum ſentiētes habēus qui omnes angelos quos intelligērias uocāt incorporeos eſſe dixerūt nec peccatum in angelis repiri poſſe cenſemus qui deum in eſſentia videntem oīa uidēt & omnia intelligūt ad ꝓfectionem neceſſaria: nec ē in eis ignorātia peccati noſtri nec ſubiectam corruptioni naturā angelicam arbitramur. In qua non eſt materia quæ ſæparari poſſet a forma: ſed ab ipſa forma per ſe ſubſiſtit īcorruptibilis & inmortalis. Origenis præclari & excellentis ingenii viri: ſicut multa extant præclariſſima opera ſua. Ita & nōnulli errores ꝑnitioſiſſimi repiūtur: inter quos ille eſt unus qa demōes per dei miſericordiam liberandos eſſe aliquando a penis

asseruit. Hunc assecutus est mahūethes qui saluādos per Alchoranū malos angelos affirmat. Nos cū Ysaya de omnibus damnatis siue hoibus siue angelis vnam sententiā habemus: quod vermis eoꝝ nō morietur & ignis eoꝝ nō extinguetur. Et saluator in euāgelio damnātis in ultimo iudicio ignem æternū repmittit diabolo & angelis eius preparatum. Quid quod tuus legifer animam humanā portionē esse asserit āimæ dei sicut nōnulli philosophi parum periti tradiderūt: & manichei secuti sunt. Nos hūanam animam ad imaginē & similitudinē dei factam dicimus sicut scriptū est in Genesi. Faciāus homīem ad imaginem & similitudinē nostrā quod de anima dictum non de corpore. Quod si anima hominis portio esset dei: esset utiq; deus nec esset homo nō deꝰ quod dicere stultissimū est. cum māifestum sit. Labi hominis animam a bonitate in malitiam: a ueritate in merorem: a gaudio in tristitiam a spe in desperatiōem quod a dei substantia pœnitus alienum: nec illud uerū est quod in uestra lege traditur animas hominū ex una productas esse omnes. Asserūt enim philosophi ab extrinsico esse homini intellectum. et quod in nato sit spiritus uitæ iussu dei. Et Theologi rationales animas omnes ex nihilo creatas esse dicunt. Et Adam cū factam uidisset fœminam. hoc os inquit de ossibus & caro de carne mea. non dixit anima de anima. Et propheta in psalmis canit. Qui finxit sigillatim corda eorū. Ponitur enim cor pro anima Quia sedes eius in eo est & deus sibi animarum productionem reseruauit propter earū dignitatem qui per Ysaiam ait. Omnem flatum ego feci: quod de flatu spirituali qui est rationalis anima. Prætermitus q̄ celum ex fummo factum dicitis. Quod si uerū esset corruptioni subiaceret. Preterimus q̄ solem & lunā equales ab initio uirtutis & luminis: tuus ꝓpheta testatur. Nos

dicimus cælum ex nihilo creatũ & duo luminaria magna feciſſe deum: ab initio luminare maius ut preeſſet diei: & lumiare minus ut preeſſet nocti. Ad illud trãſimus quod in ueſtra lege dulciſſimũ & ſaluberrimũ eſſe putabo vxores multas ducere: quod ſi deo placuiſſet: creato hõini ab initio non unam tantum ſociam prebuiſſet: ſed plurimaſ Nec dixit deus reliquet homo patrem & matrem & adhe rebit vxoribus ſuis: ſed vxori ſue dixit. Nec amicitia iter uirum & vxorem eſſe poteſt uera ubi non eſt equalitas. Cum vir pluribus miſceatur Mulier tantum uni adhere at & ei cuius ẽ. In alias plures diſtractus amor. nec ꝓpea nũerus hõinum augetur quia plures uni nubant fœmie Nam totidem uiri priuati cõiugio ſine prole decedunt: & preſertim cum mulieres numero pauciores exiſtãt. Iniq̃ inſup res uidetur & naturali aduerſa libertati: vnius vr bis ciuium alios multiplici matrimõio uti. Alios in ſolitu dine degere: nec ꝓpterea laudãda conſuetudo q̃ ĩ ueteri lege. Plerosq; ſanctos uiros pluribus uxoribus fuiſſe con iunctos legimus: quia non id ex lege aut uoluptate fece- runt: Sed diuina quadam diſpẽſatiõe & ad ſobolem ꝓcre andã quæ creſceret in cultu dei. Iacemus quod de diuor tio ꝓmittitur apud uos contra legem euãgelicam: & de a dulterio & fornicatiõe & aliis ſceleribus quæ luit ãtiqua lex deteſtetur: & noua prorſus abhomĩetur. Apud uos ta men conceſſa uidẽtur. Non eſt q̃ omnia tuæ legis errata ꝓcurrãus: quando neq; nobis ſcribendi neq; tibi legendi ſatis eſt ocii: & tuipſe pro tuo ĩgẽio multa ĩtelligis adeo ſtulta eſſe ut nulla poſſint ratione deffendi. Tota de deo queſtio eſt: huc oĩa referũtur. Totũ ĩ eo cõſiſtit: ut Criſtũ Ihesum eſſe deum credãus. Quo conceſſo neceſſe eſt eius legi obedire: & eius uerbis obedire: quoniã uerax ẽ & mẽ tiri nõ poteſt. In eius lege trinitatẽ de qua ſupra dixĩus

in vnitate diuinitatis cõperĩus & incarnationem uerbi & ꝓceſſionẽ ſpiritus ſancti & reliqua omnia quæ retulĩus uſq; ad extremũ iudiciũ. Quod autem chriſtus deus ſit iam ſupra oſtenſum eſt ex ueteri lege atq; ꝓphetis: Licet autem ex tua lege quæ ꝓphetã & ſanctum uirum fuiſſe Chriſtum aſſerit. Si propheta & ſãctus ergo uerax: ſi uerax & deus. Nam deum ſeipſum teſtatus eſt: dicens. Ego & pater unum ſumus & qui uidet me uidet & patrem: & creditis in deum & in me credite: in alia multa per quæ huiuſmõi diuinitas chriſti colligitur: & equa cum patre & ſpiritu ſãcto maieſtas. Bene eſt igitur ut legem noſtrã amplectaris quæ uerax eſt & ſalutaris a deo data: & tuã relĩquas in qua non eſt ueritas neq; ſalus. Homo illam ĩ tullit peccatis & ignorãtia plenus. Intellexiſti quanta adduxĩus ex ueteri lege teſtĩonia: qbus deus & homo oſtendit chriſtus ieſus. & ꝓ nr̃a ſalute ſupplicio crucis affect? Audiuiſti ſacroſancti euãgelii atteſtationes: & ipſius chriſti uoces quem tua lex ſanctũ habet. Quid igitur obſtat baptiſmo? quis ꝓhibet aquam? Quid moraris? Ingredere iamtandem ſalutis iter cum preexcellentibus uiris & magnis Impatoribus ad æternã ſalutem ſub chriſto pueniens. Diximus de Conſtãtino ſenıore: & de Philippo q rẽ publicam tenẽtes in Chriſtum credidere. Poſt Conſtãtinum creati Cæſares idem iter ſequuti ſunt: & in fide nr̃a dormierũt: Excepto Iuliano apoſtata qui ex mõaco Cæſar factus trãſiuit ad idola quæ uitam laſſiuiorẽ ꝓmittebãt. Sed ille in bello Partico penas dedit: & ſagitta cõfoſſus in incertum miſſa cohactus eſt cadens dicere uiciſti galilee ſic enim per contumeliam uocabant Chriſtum: fuerũt & alii ſciſmatici & heretici qui cæſi chriſtiano cẽſebant noĩe non tamen recte ĩceſſerũt: uia chriſtiãi nullo polluti erro re inuenti ſunt. Iouiniãus Gratiãus. Iuſtiniãus. valẽrĩus

Iuſtinus.duo Theodoſii.Archadius.Honorius.Carulus magnus Ludouicus & plures franci.Ex theutonicis tres Ottones.Henrici.Aliquot & non pauci ſub aliis nomini bus.Preterīus alios reges fama claros:qui uel in gallia uel in hiſpania:uel in ungaria:uel ī aliis prouīciis chriſti anis ſacris iniciati fuerūt & in dōino mortui ad uitā cre duntur migraſſe.Cum his non eſt cur te pudeat chriſti iugum ſubire & ſub eo regnare:per quem reges regnāt & legum cōditores iuſta decernūt.Multos iuuenes reges qui te collentem chriſtum honorabūt.Et ſi enī aliquādo horrebāt reges chriſti nomen & ꝑpter ydola chriſtiāos p ſequebātur.Poſtea tamē ꝑpter criſtum idola deleuerūt. Honeſta hæc ſocietas eſt cum qua te uocamus ī uiam ue ritatis & pacis.Illa nihil dignitatis habet cū qua tua lex ī deuia rapit.Nam præter Othumanaꝝ familiam de qua natus es.& illuſtres ꝑgenitores tuos.Quis eſt qui inter Saracenos magnopere laudari queat?Celebratur Saladi- nus quidam & aliqui pauci nomē habent qui res mēoria dignas geſſere.At chriſtianoꝝ excellētiſſima nomina oēs hiſtorias impleuerūt.non ſunt in Syria & in Egypto.& ī aſia.Gotofredus:Balduinus Boemūdus:Tancredus Con radus Philipus:& alii admodū multi q ab extremis galli arum & germaniæ finibus cū ingentibus copiis Yeroſoli mam petiere:iterq; ſibi per medios hoſtes ferro paraue re.Hos tibi comites damus cum his te chriſto uigere cu pimus.Honeſtiores hi ſoci ſunt q̄ Egyptii efemīati aut inbelles arabes.Tua origo ſicut accepimusScithica ē iter Scithas milites fuiſſe uiros in armis claros memorie tra ditur.Qui uectigalem aſiam plurībus ſeculis tenuerunt Et egyptios ultra paludes eiecerūt.non ſunt comparādi aut egyptum:aut arabes ſcithico generi:Non eſt forti & ignauo equa ſocietas:ſeruitus ē quādo eoꝝ legi ſubiectus

eſt quæ utinam lex eſſet & non deceptio ac præſtigiū: Con formior tibi cum chriſtiāis ſocietas erit. Fortibus uiris facile amicantur fortes: virtus uirtuti placet. Pulchra & ſtabilia ſunt inter equales cōſortia: ſi eadem religio: idēq; dei cultus. Age igitur accipe chriſtiāos ſocios: accipe fidē & baptiſſmum quod te faciet in terris magnum quoad uixeris: & poſt obitum ī cælo beatum reddet. Audiſti promiſſa euangelica & quo modo cūcta quæ diximus ueteri legis auctoritate ꝓbantur: ſed times ne te decipiāus. Recordaris tui legis latoris qui aſſerit legem & ꝓphetas a iudeis: Euangeliū a chriſtianis eſſe corruptū tantum de ueritate: & noui teſtamēti uel ueteris remanſiſſe quantū in alchorano cōtinetur. Exploratum id forſitā arbitraris & uerȝ eſſe atq; idcirco teſtimoniis non adhibes fidē nr̄is nec baptizari audes aut in chriſtum credere. Vtinā tam bonus fuiſſet tuꝰ legifer q̄ callidus tam uerax q̄ uerſutꝰ: tam iuſtus q̄ iniquus. Tota eſt artificioſa & fraudolenta lex eius. Nam qui diuinū ſibi abeſſe auxilium nō ignorabat ad humanas confugit aſtutias. Cupiebat legē ædere quæ ſibi nomē daret famamq; etiā per flagitia exoptabat vt heroſtratus ille qui dianæ epheſiæ templū incendit & aīaduertēs antiquā & nouam legem q̄q̄ honeſta eſſet: duram tamē uulgo uideri & ſeruatu difficilem ſuā ipſe edidit: quæ uoluptatem humano generi amicā ꝓmitteret: ſic enim facile poſſe fieri exiſtimauit ut īnumerabiles populi in ſuas traditiōes concederent. Nam gentiles q̄uis laxiori lege tenerent̄ q̄ chriſtiani continētiam: tamē & modeſtiam & frugalitatē cōmendabant & philoſophis auſcultabant. virtutibus amatoribus neq; ſinebāt ſuos ciues corrumpi uitiis aut uoluptate marceſcere. Creuit igitur ſecta ſarracenoȝ licentia uitioȝ. Placuit vxores ducere quot mallēt eaſdemq; dimittere cū diſplicere cepiſſent. habere

concubinas complures:& ī omne libidinis genus posse p uolui. Et si enim aliqua ieiunia præcipiūtur:id etiam ad irritādam uoluptatē factū est.Nam saraceni die ieiunantes:nocte q̄ longa est æpuelātur & bibunt.Nec aliam ob causam uini usus interdictus est:nisi quia noceret in ardenti terra qualis est arabia:& maior est uoluptas in frigidis poculis:hoc ergo unum mahumetis inuentū est:vt legem ꝓpagaret suam:ea precipiēs quæ grata essent auditoribus:& maxīe plebibus quæ iumētis similes existāt Nec fefellit eū opinio ī hac parte.Placuit noua lex & breui tempore ita coaluit ut multis populis gentibus ac linguis reciperetur.Cuius fundamēta in uoluptate iacta fuerunt.Vex sicut agricola non inprudēs postq̄ uineā plā tauit fossam circunducit & spē ne destruat a feris.Ita & mahumetes suam legē conseruare ac munire statuit.Animaduertit homo sagax duobus modis suum dogma.con uelli posse atq; confūdi auctoritate scilicet & ratiōe.Atq; aduersus hæc duo quæ poterant iuēiri remedia nō neglexit auctoritati oppositi quod pauloante retulimus ātiq̄ scilicet & nouam legem deprauatam esse:nec quicq̄ ueri restare nisi quod Alchoranus haberet.Rationi arma obiecit Iubens ne quispiam de sua lege disputaret ne ue rationem quereret in eum qui contra niteretur ferro iudicandum esse:atque huiusmōi vallo ueterator suam legem communuit .Sed non est hic adamantinus murus neq; ferreus:neque ex uiuo lapide:fragilis materia est .Creta & luto munita domus facile expugnabit̄:neq; resistet tellis nostris:facile ruunt edificia in arena fundata.Aggrediamur hæc tue legis mūimenta.Corruptionē imprimis sacrarum litterarum obiicitis.Hoc ei ꝓbādū fuerat qui asserit.Nobis satis erat negare factum:iubet tecum aliter agere & aptam tuæ legis latoris calūniā ostendere

Lex iudaica quam moyſes & ꝓphetæ tradiderunt anteq̄ mahumetes naſceretur pluribus ſeculis ſcripta fuit & multis in locis promulgata & ī alienas tranſlata linguas nec fuit unus interpres. Set plurimi rogante Ptholomeo philadelpho ſeptuaginta presbiteri legem īterpetrati ſūt & conſona dixerūt. Aquila etiam & Theodotion & Sima chus & alii uetus teſtamētum traduxerūt. Facta eſt anti qua lex græca & latina multis ætatibus anteq̄ tua ꝓmul garetur. Implete ſunt omnes ſcripture moyſaica & alioꝝ ꝓphetaꝝ traditiōe. Aleſandriæ Romæ. athenis Carthagīe Siracuſis. Toleti. Lugduni: & in omnibus locis quæ inſi- gnia eſſent. ſiue apud græcos ſiue apud latinos uetus tes tamētum ex hebraica ueritate traductū: & habebatur & publice legebatur. Quis ille iudeus tam potens fuit qui corrumpe legem ubiq; gentium potuit? Nondum natus erat cauſa corrūpendæ legis cum nulla eſſet cum chriſtia nis nūdum natis de lege cōtentio: nec alios opportebat le gi aliquid detrahere qui legem non acceperāt. non ꝓpter ſe qui tallem accepant & laudant. Si qua corruptio inter uenit in ea potuit īteruenire quæ apud hebreos remāſit non in ea quæ inter latinos & græcos uulgata eſt: & per infinitas diffuſa prouīcias quanq̄ nec iudaica corrupta eſt quæ uſq; in hanc diem cū græca & latina traductione cōcordat. Difficillima ac pene impoſſibilis fuiſſet corrup tio in tot manibus. Mahumeti Leue fuit unum codicem corrumpere & illum tanq̄ ueꝝ his tradere qui ſibi ab ini tio crediderūt. Quod ſi multi ſunt hodie apud uos codi ces vnius continentie: non tamē idcirco ueritas in eis eſt ab uno ēim qui falſus erat emanantes omnes falſitatem continēt quia non defluūt ex amaro fonte dulces riuulli Querimus ex te magne prīceps ſi te iudice duo rationū codices afferantur. quorum alter ex altero tranſcriptus

ſedem dauid patris eius:& regnabit ī domo Iacob ī æter
num.Quo modo regnat Chriſtus in domo dauid niſi ꝑ
fidem?quo modo ꝑ fidem niſi ꝑ euāgelium in æternum
Si corruptū eſt euāgelium.Mendax lingua falſa calūnia
Ego uobiſcum ſum inqt domīus uſq; ad cōſumationem
ſeculi.& Oſeæ ꝓphetæ uerba ad eccleſiam referūtur.Spō
ſabo te mihi in fide uſq; in ſempiternū.& ad petrum vi
cariū ſuū inqt ſaluator.Tu es Petrus & ſup hāc petram
ædificabo æccleſiam meā.& porte inferi non præualebūt
aduerſus eam.Et itez rogaui pro te Petre & nō deficiet
fides tua.Præualuiſſent porte inferi & defeciſſet fides Pe
tri ſi falſum eſſet euāgeliū quod ſequimur:ſed manet fi
des magni paſtoris in æccleſia romana quæ nunq̄ inuēta
eſt erraſſe neq; errabit in æternū.magra enim eſt:& ma
ter ōnium fideliū & diſciplina ueritatis.Caue Mahūetes
caue magne princeps ne ſequaris errorem Porfirii ſiculi
qui tuæ legi conſona dixit.Is ex chriſtianiſſimo ad ydola
tranſiens ait:ſe deos conſuluiſſe quid de chriſto ſentirēt
Et illos reſpondiſſe bonum virum fuiſſe chriſtū:ſed pec
caſſe diſcipulos eius q diuīitatem ei attribuerunt quā ſibi
ipſi nunq̄ arrogaſſet.hoc deoz teſtimonium eſt:ideſt ido
lorum quæ tu demonia eſſe non dubitas.An nō intelligis
fraudem?an non uides tui legiferi & demonū vnum eſſe
argumētum?vnam coluſionem?vnam fallaciā?& Chriſto
diabolum inuidere eiuſq; maieſtati & glorie detrahere?
Cuius conſilio atq; ſuaſu tua lex edita eſt euangelice atq;
moiſaice contraria.Dices pari modo moiſaice chriſtianā
legem aduerſari.Nam quæ iuſſit Moiſes plurima uetat
ꝑmittēs illa quæ ipſe uetuit.Neſcis ātiquæ legis archana
quæ diu grauida fuit:nouam ī utero gerens.Et cum ſta
tutum diuino conſilio tempus uenit:eam pepit.Vidit Ie
remias per ſpiritum legem hanc nouā cum ait .Ecce dies

ueniet dicit dominus & feriam domui Iſrael:& domui iu
dæ fædus nouū non ſecūdū pactum quod pepigi cum pa
tribus eorum.Sed hoc erit pactum quod feriam cum do
mo Iſrael poſt dies illos dicit dominus:dabo legem meā
& in uiſceribus eoꝝ:& in corde eoꝝ ſcribā eam & ero eis
in deum.Nouum fedus īquit quia baptiſſmus circūciſio
ni ſucceſſit & legē meā inquit in corde eoꝝ ſcribam quia
uetus lex in tabulis lapideis fuit.Noua p caritatem ī cor
de hominū radicata eſt:& ero eis in deum quia nouæ le-
gis auctor & ꝓmulgator chriſtus deus & homo é.Antiq̄
per moiſem innotuit tamē hominem & eueniente ꝓfecto
euacuatum eſt impfectum:nec amplius in preputio no-
biſcum deus:ſed in corde paſcitur dicente apoſtolo.Si cir
cuncidimini nihil prodeſt chriſtus in uobis nec ulterius
cerimoniæ legis habent locum.Venit enim ille de quo lo
quitur in Deuternomio moiſes ꝓpheta de gente tua:Su
ſcitabit tibi deus ipſum ſicut me audies & ſubdit̃.Ponā
uerba mea in ore eius:Loqueturq; ad omnia uerba quæ
præcepero illi.De chriſto hæc prophetia eſt qui loquutus
eſt ex ore dei.Quod uidelicet erat os ſuum in cuius aduē
tu legalia & cerimonie deſitura erāt.Sicut apud matheū
ſcriptum eſt.Lex & ꝓphetæ uſq; ad iohānem propheta-
uerūt.Sacramenta enī quæ ueteres obſeruabant adnūci
atiua erant futuri chriſti:quæ in eius aduentu completa
ceſſauerūt & alia inſtituta ſunt uirtute maiora:& uerita
te meliora:actu faciliora:numero pauciora:& ſicut ſacer
dotiū mutatū eſt ſub cuius adminiſtratione lex erat:ita
& legē mutari opportuit.Nō igitur aduerſa ueteri noua
lex eſt.quæ in eius uentre concluſa erat:& adueniēte chri
ſto & euangelii luce clareſcente patefacta circunciſiōi &
aliis ceriōnis ātiqs obſeruatis ſicut prefinitū erat finē
impoſuit.Eſt autē chriſtiana lex tanto dignior q̄ iudaica

quanto nobilius eſt oraculum dei q̃ hominis. Cognoſcis iam niſi fallimur ueritatem & maieſtatē noſtræ legis: nec utilitatem ignoras. Incipisq; de tua diffidere: & ardes de ſiderio diſputādi. Vellesq; latius cuncta diſcutere: ſed ob ſtat legifer tuus: & inqrere uet; ꝓhibet & īterminatur & clamat. Non eſt mea lex quæ diſputationi ſubiicienda ſit. Caue ne quid loquaris arma ſunt ī manu tua: dum mihi credis multum impii adeptus es. Qui non audiunt uocē meam gladio conterēdi ſunt. Enſis meæ legis dignitatem tuetur. In arabia ortus eius fuit ex paruo principio: quā tum creuerit uides. Egiptū meæ legi adieci & ſyriam Meſopotamiam & libiam & numidiam & mauritaniā & partē hiſpanie & diuitem aſiam & doctam græciam & fortē Iraciam & nobilem macedoniā. Sunt & alie cōplurime regiones ſub impio meæ legis quæ armis non uerbis quæſite ſunt. Muliebre eſt uerba uerbis refellere: viri ferro decertant: ſi non fuiſſet uera lex non dediſſēt ſuperi impio noſtro tantos ſucceſſus. Amat nos deus & legis odorem ſentiens gratulatur & ſternit iter victorius noſtris. Scis quæ feliciter in hoſtes ſæpe pugnauiſti: & modo in ponto & ſepe in græcia. En fili quid cogitas? quid moliris tot triumphis ſub mea lege illuſtratus? Chriſtū ſequeris cuius cultores ſtrauiſti totiens & adīeritionē uſq; occidiſti? Caue ne meam relinquas legem: relinqueris a deo. Credimus his te uerbis non pau; cōmoueri: & aliquem ineſſe in tua mente timorem: Sed audi q̃ inanis eſt timor omnis q̃ malum facit: inquit ī euāgelio. Veritas odit lucē: fures noctu domos ꝓfodiunt & in obſcuro adulteri latitant: non adhibent teſtes qui peccant. Nolunt depræhēdi mēdaces Cum his ſentit tuus legifer: ueretur ne diſputādo ſue legis uanitas innoteſcat. veretur ne pudenda ſua detegantur. prohibet diſceptari uerbis: armis defendi ſuam legē

iubet:nec alium iudicem q̃ ferrum depoſcit.Multūq; glo
riatur de ſue legis incremẽto.Diximus cur creuerit.Ple
bes uoluptas allexit.Neq; inficias imus multas tuæ gen
tis victorias partas:& ingentia confecta bella & tuipſe in
prælijs clarus euaſiſti.viciſti hoſtes non paucos & trium
phaſti ſæpe.fuiſti tamen etiam aliquando uictus.Parua
chriſtianoꝝ manus tuas ingẽtes copias ut ante diximus
confluẽtes apud Sauum & danubiū paucis ante annis de
leuit:non milites ueterani non duces inbellis ante proba
ti:non uiri nobiles armis potentes & equis:ſed pauci cru
ce ſignati ex agris collecti ĩermes & nudi:fide tantum ar
mati ferro fulgẽtes & auro tuos fuderūt exercitus.quod
ſi uictoria ueritatem legis oſtendit hoc uno prælio ſatis
admonebare:in quo multi fugerunt paucos tuæ uictoriæ
nihil miraculi habent ad quas nunq̃ ſine tuoꝝ pgrandi
prerogatiua puentum eſt.Sed quid agimus:non his ar
gumẽtatiõibus ſtat recta fides.vici:fudi hoſtes:Impium
teneo:ſi ſic licet arguere:vera fuit ſub Alexãdro magno
tot uictoriis illuſtrato & ſub eius ſucceſſoribus religio q̃
& in græcia & in aſia & in ſyria & ĩ egypto & in libia & ĩ
pſice & in ſcythia & in India regnauere:impio per arma
quæſito.Vera etiam romanoꝝ fides uſq; ad priorẽ Conſtã
tinum qui p orbem ſibi ſubiicerẽt:& oẽs domuere quas
oderunt gentes.Scimus tamen & Alexãdrum & eius he
redes:& Romãos & qui ſub eis erãt (iudeis exceptis) ido
la coluiſſe:alii iouem:alii martem:alii mercuriũ:nõnulli
ſollem & lũam & alia ſydera.Multi erãt etiam ut egyptii
qui aĩalia bruta colebãt.Quis neſcit inqt unus ex poetis
voluſi bitinice qualia demens.Egyptus portẽta colat:Co
codrilon adorat:& quod ſtultus fuit alium & porros &
cæpe inter nũina poſuerũt :Præclare tamen egyptioꝝ uic
toriæ memorãtur ſicut de Oſyride proditũ ẽ qui uictor
peragrauit orbem.Ergo & deos egyptioꝝ recipiemus:&

ueram eoꝝ religionem fatebimur quia uicerũt: nõ ſic ratio ſuadet neq; ſic iudei ſenſere qui uicti ab Aſyriis & ab antiocho: & a Romanis & in ſeruitutem ducti non tamen uictoꝝ legem de diis acceperunt. Sed uicti angariati & mille modis oppreſſi in ſua lege manſerũt. Nec nos chriſtiãi cum preliis ſupamur aut aliis calãitatibus affligimur legem noſtram aut relinquĩus aut accuſamus: Sed arbitramur pium deũ nos tanq̃ filios ꝑpter peccata quæ cõmittimus euerberare quia non paremus euangelio: non ſeruamus legem noſtram: non manemus in traditionibus ſanctorum patrũ: ſed uicti fragilitate aberrãus & labimur ut homĩes. Ipſe uero lapſum corrigit et plagis multis noſtras iniqtates emendat. Cognoſcimus errata nr̃a: & conſiderantes quæ fecimus minorẽ eſſe pœnam q̃ delictũ nõ ignoramus. Si cadimus in bello: ſi amittimus regnum: ſi iugo ſeruitutis opprimimur: dicimus cum daniele ꝓphęta Deum eſſe in cælo qui releuat miſeria: mutat tempora & transfert regna: ut uniuerſi cognoſcant q̃ dõinatur excelſus in regno hominũ & cui uoluerit dabit illud. Nouimus deum & iudeos & chriſtianos poſſe cum uelit: & uoluiſſe aliquãdo alterius ſecte hom̃ibus ſubiicere propter offenſas populi qui eum ad iracundiam prouocauit. Sed cõuerſi ad eum non deſpamus miſericordiã cõſequi. Quamuis enim iraſcitur deus ut inquit ꝓpheta non tñ obliu ſcitur miſereri. Pius eſt et benignus nec deſerit clamantes ad ſe. Abſit aũt ut ꝓp uictoriam meliorẽ eſſe credamus religionẽ uictorum. Sic enim fatendũ omnes qui uicerũt æbreos melius de deo ſenſiſſe q̃ ipſi uicti. Quod neq; tu diceres neq; tuus legifer qui defenſorẽ ſuæ traditionis in armis collocat: et omne genus ratiocinationis effugit. Maximũ iniqtatis iudicium. non ſic beatus Petrus qui dõatus a chriſto dono cæleſti regni clauibus & paſtor

conſtitutus gregis chriſtiani paratum ſe ait. Rationē ōni bus reddere de ea quæ erāt ī eo fide: nec aliter ſuos audi tores edocuit & beatus laurentius martir. Mea uox inqt non habet obſcurum: non habet: ſed omnīa in luce clare ſcunt & in euangelio non probat dominus eū q lucernā accendit & ſub modio ponit. Sup candelabro eā eſſe uult ut luceat omnibus qui ſunt in domo & predicari uerba ſua per tecta iubet. & de ſeipſo dicit. Ego palā loquutus ſum mundo: Deceptores & pſeudo ꝓphete in angulis pre dicant & uolunt & iuramēta taciturnitatis exigūt. Sicut Romæ accidit in iis qui baccanalia ſuadebant. In occulto enim deo ſuo ſacrificantes nullū flagitiū libidinis obmit tebant. Quod ſi alia non eſſent aduerſus tuā legē iuditia hoc unum ſufficere potuit. quia probibuit eius lator. ne quis in diſputatione ueniret. Sciebat enim non equa eſſe neq; uera quæ tradiderat. Videbat enim nouam & uætere legem contra ſe ſtare. intuebatur philoſophoꝝ rationes ſi bi aduerſas eſſe: nec ſperauit in cetu hominū aut ī ſcolis viroꝝ excellentiū ſua deliramēta poſſe defendi. Animad uertit homo ſagax & ingenioſus in malo. Gentiles qui de os colebant damnatos eſſe: & iam propemodū diſtermina tos nec iudicis locum eſſe. Quoꝝ lex tranſlata eſſet. In ſa cerdotio ad chriſtianos: cumq; ſtatuiſſet nouā legem ede re quæ ſibi nomen daret ſperauit quod euenit. Iratū de um qui chriſtianis ſue legis mandata tranſgrediebātur aduerſus tranſgreſſores victoriam conceſſurum. Atq; id circo ſuæ legis deffenſionē in armis collocauit: quam alio quin boībus gratam propter licētiam voluptatū non am bigebat. Diaboli hoc fuit inuentum antiquus ſue nequi tiæ hanc uiā ſerpens excogitauit: qui cū uidſſet ſeſe ꝓcul eici: & chriſtiana religione augeſcente deleri nec amplius multitudini deoꝝ locū eſſe: ſed unū tantnm deū adorari

cum patre & ſpiritu ſancto chriſtū Ieſum heradio impā te Mahumetis ſpiritum excitauit:eumq; ſibi miniſtrum elegit omnem ritum prius idolatrā fortūa pauperē mēte ſupbum:natione arabem qui conſilio uſus quorūdā iude orum & Chriſtiāoꝝ ꝓuerſoꝝ:inter quos fuit Sergius ſpi ritu inflatus ambitionis legem tertiam edidit:ex veteri & noua conflatam multis ĩeptiis extrīſecus adiectis legē diximus quia ipſe legem uocat:nos blasfemiā potius ap pellabimus.Rugaſti frontem:auertiſti oculos:horruiſti turbatus es:ſubiratus es dum hæc dicimus.At ſi ueritā ti amicus es audienda ueritas eſt.Neque tuus legifer ſi tibi amicus eſt ueritatem interdicet :quae tanto magis amica eſt quāto ſalubrior:& homini ab ipſa natura cōue nientior.Audi ueꝝ & diſce quo mō ſit appellāda lex.legē dicunt eſſe philoſophi quod ratione præcipitur.& ſunt q nihil aliud legem eſſe affirmāt q̄ rectam rōnem a diuino numine ductam.Quicqd igitur rationi aduerſum eſt:Le gis nōine caret.At tuus legifer ratiotīari de ſua lege ꝓbi bet & ſolum arma ſuffragari illi uult.Non eſt igitur di-cenda lex niſi ex illis quaꝝ conditores apud Iſayam domi nus maledicit.Docet nos Dauid cognoſcere legē domini dū ei quæ ꝓpria ſunt exponit Attende & uidebis.An ma humetea lex de cælo ſit:& a lumine tracta diuino.an aliū de.lex dñi inquit ꝓpheta immaculata cōuertēs aīas teſti moniū domini fidele ſapīam præſtans puulis.Immacula ta eſt lex domini qa mala quæque excludit.neq; libidīem neq; turpitudinē ullam admittit:ſicut apud eundē ꝓphe tam eloquia domini caſta dicuntur:& apud Iob legitur. non inuenietis in ore meo iniquitatē nec in faucibus me is ſtultitia ꝓſonabit.& apoſtolus lex ſancta inquit & mā datū ſanctum & iuſtum & bonū.At quo mō mahumetea lex īmaculata quæ ſtupra & adulteria:& omnes libidinū

maculas ac feditates admittit?Dices quia ieiūia quædam præcipit & orationes & elimoſinas.non dānamus hæc.ab ſit ut ea maledicamus.Sed inuentorē mahumetem eſſe negamus abſq; mahumete ſcribamus hæc eſſe bona.Ieiu nauit moyſes.Ieiunauit helias:Ieiunauit Chriſtus;orare & frāgere exurīēti panem ſuum:& egenos & vagos in do mum inducere multo ātiqus eſt q̄ tue legis inuētū.Mul ti nos legis latores ad opa pieatis iuitauerūt.vex adulte rari:fornicari:ſeruire uētri:& in cæno uoluptatū iacere. Solus tuus legifer īter bona collocat:ſolus mahumethes eſt qui turpia docet:& flagitia precipit:quāuis hereticox more ut facilius decipiat bona ſimul & mala commiſcet. At lex quæ domini dicitur ut inquit ꝓpheta.Aīas cōuer tit.Quo modo conuertit ad ſuum creatorē:ad ſūmum bonum:ad ultimum finem.At lex mahumethea non con uertit ad deum:ſed auertit ab eo.Dicit enim deus eſtote ſancti quia ego ſanctus ſum.Mahumetes vxores inquit ducite & cōcubīas quot placet.Nam ego q̄dragīta virox in meis lūbis uires habeo:& uxoribus atq; ancilis ꝓmiſſe ro plurimis.Quid de teſtimonio fideli:cum data eſt moy ſi lex ī mōte ſinai fulgura & corruſcatiōes apparuerūt:& ſigna de cælo quæ teſtimoniū legi præberēt.Lex Chriſti miraculis admodum multis confirmata eſt:dicente ipſo Si opa non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit peccatū ſilicet īfidelitatis nō haberēt:& ꝓpterea de ueteri & noua lege inquit dauid.Teſtimonia tua credibilia facta ſunt ni mis.Et ī euāgelio marci circha finem legimus.Illi ꝓfecti predicauerūt ubiq; domīo coopāte & ſermonē comꝓban te ſequentibus ſignis .At Mahumetis legem quæ ſigna: quæ miracula probāt?Audiāus eum īquit:non ſum miſ ſus niſi in uirtute gladii vt qui non ſuſcepit meam ꝓphe tiam occidatur aut reddat tributū pretium ꝓ īfidelitate

ſua .Quid hoc eſt:nunquit mãifeſte negat ſe miraculoꝝ uirtute carere.Et ficta falſaq; eſſe õnia ſigna demõſtrat quæ tui legis doctores ĩ populis predicãt? Non habet igi tur tua lex teſtimõium niſi in armis:Sed id non eſt fidele ut ante docuimus.Ad ultimũ trãſeamus & quo mõ ſapi entiam præſtet paruulis ideſt populis.Tua lex aĩaduerta mus.Sapiẽtia ut antiqui tradiderũt diuĩaꝝ & humanaꝝ reꝝ ſciẽtiam contĩet.Eſtq; admõm ſapida & dulcis amorẽ diuinitatis dum mẽtibus noſtris inſtillat:ꝓpter quod in quit pſalmografus.Quã dulcia faucibus meis eloqa tua ſup mel ori meo.Tua lex neq; de deo ſapit neq; de celeſti bus:neq; terrena ſatis intelligit quæ putet ſupis curæ nõ eſſe.Magna olim & florida ĩ Alexãdria philoſophoꝝ ſcola fuit.& multi ꝑ Syriã & aſiã uiri doctiſſimi claruerũt quo rum nõina ad nos uſq; ꝑuenerũt:& poſtq̃ lex mahume tea curſum hũit pauciſſimi nõinantur:qui naturæ archa na ꝑſcrutati excellentes euaſerunt.quia non præſtat ſapi entiam paruulis tuus ꝓpheta aut tua lex cuius fũdamẽ tum uoluptas & tutella gladius:Inter nos uero liberalĩ artiũ ſtudia admõm florent.Legitur publice philoſophia & auditur in ſcolis theologia:nullũ doctrĩæ gẽus preter mittit̃.Gynaſia litteraꝝ ĩ plurib⁹ italiæ ciuitatibus clarĩa repiuntur:nec trãsalpes in hyſpania & in Gallia nec in germania & in Brittania collegia deſunt: Virorum excel lentiũ qui ſapiẽtiam preſtant paruulis.Eſt enim ingens chriſtianoꝝ cura ut indocti eruditãtur:& ueritatẽ intelli gant in noſtra lege quæ nunq̃ mẽtita eſt diuinitus com prehẽſam.At legifer tuus nõ modo mẽtitur:ſed leuiter ſed indocte:ſed imprudẽter:ſed ĩſipide mẽtitur & ſibiipſi ſæpe contrarius eſt:quẽadmõm ſue legis inſpector plane intelliget.Innũerabiles ſunt eius ineptiæ & aniles fabule & pueriles nuge:de quibuslibet hic pauca referre quæ de

cæteris iudicium præbeãt. Exponens mahumetes capitũ lum alchorani quod dicitur filiorũ iſrael. in hanc ſentẽti am loqtur. Sit laus ei qui ſeruũ ab oratorio quod ẽ bel carara ipſa eſt domus. Meſche uſq; in oratorium ſancte domus Yeruſalem nocte una tranſtulit circha quam be nediximus deum. O uos boĩes audite & intelligite. Cum abii a uobis uenit Gabriel ſero poſt pſalmodiã ueſptinã Quæ ultĩa eſt & ait. O mahumetes iubet deus ut ſe ade as. Cui reſpondi & ubi eum uiſam? Et ait gabriel ubi ip ſe eſt: & iumẽtum illico adduxit magnitudine inter aſinũ & mulum. Elberail uocant humanæ uocis capacẽ & una non amplius hora iter egi annorũ qnquegĩtamiliu: & ait Gabriel aſcende animal & ito ad ſanctam domũ. aſcende re uolentem fugiebat iumentũ. At iuſſum ſtare quia ma humetes aſcenſurus eſſet nũquid accerſitus ẽ inquit. Et reſpõdente Gabriele accerſitũ eſſe: non ſinam adidit niſi pro me deum rogarit. Obtuli preces deo meo ꝑ iumen to quod me inſidente ſuaui greſſu inceſſit ponẽs ungulã pedis anterioris in orizunte ſui uiſus & minori ſpatio q̃ ictus impleretur oculi ad ſanctam domũ pueni? Cões aderat Gabriel qui ꝓduxit me ad domum ſanctã ĩ yeru ſalem & uicinam ruptam: dixitq; deſcende: quoniã ex ru pe in cælum aſcẽdes: & colligato illic iumẽto portauit me humeris ſuis in cælum & cum applicuiſſemus ad cælum mundi & ad portas eius pulſauit Gabriel: & queſitum eſt qui eſſet. Gabriel ego ſum: & iterum querenti quis te cum adeſt. Reſpõdit mahumethes: & ſubdit Ianitor nun quid uocatus? & ait Gabriel uocatus: & aperta eſt porta vidi angelos bis gẽua flectẽtes oraui ꝑ eis: & accepit me rurſus Gabriel & uexit ad ſecũdum cælum: & fuit diſtã tia inter cælum & cælum q̃tum eſt iter quinquaginta an norũ. & ſicut in primo cælo pulſatum: dicit & reſponſum

pari ſolemnitate ad ſeptimū uſq; cælum procedit æquam cælo⁹ diſtantiam ponens:& ait in ſeptimo cælo uidiſſe ſe angelo⁹ populum:& longitudinē angeli cuiuſq; iſtar mū di fuiſſe & aliquo⁹ mille uicib⁹ extēſiorē & inter eos unū aliquem iueniſſe cuius ſpeties centena mille millia eſſent capita:& in quolibet capite totidem ora:& in quolibet ore totidem linguæ quæ ſeptīgentis mille millibus idiomati bus laudabāt deum:& rurſus alte⁹ angelum offendiſſe q fleret & quæſiuiſſe cauſam flætus:& cum ille dixiſſet cul pas eſſe orauit pro eo & addit. Tunc cōmendauit me Ga briel alii angelo & ille alii donec fui in conſpectu dei & tri bunal eius adheſi:tetigitq; me manu ſua deus inter hūe ros & frigiditas manus eius puenit uſq; ad medulas dor ſi mei. his nugis atq; deliramentis implet mahumetes au res populi. Sed audiamus alteram fabulam in libro cui ti tulus eſt de doctrina mahumetis. Duo āgeli nominant˜. arothes & marothes quos ille aſſerit iuſſu dei in terram deſcendiſſe. Vt gēus hominum regerent atq; inſtruerēt. Tribus mandatis acceptis. Nequaq̄ occiderēt:alte⁹ neqt iniuſte decernerēt. Tertium ne uinum biberent:Cum ali q̄diu rexiſent:& iam ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerē tur. Mulier quædam decenti forma & oīum pulcherrima aduerſus maritū ſuum cām agens:Iudiciū ab eis petiit atq; ut fauentes haberēt iudices ut aput ſe prādiū bēant multis præcibus inuitat. Non abnuunt angeli. Compara tur ſplendidum conuiuium:æpulas & pocula mulier ipſa miniſtrat. Apponūtur fercula multiplicia:& cum bis ui- num quod cum angeli recuſarent inſtāte ſæpius muliere & multas adiicīēte blāditias tādē biberūt:& ebriati uīo ī hoſpitā īcaluerūt eiuſq; cōcubitū poſtularūt Spondet mu lier ea conditione ut alter eorum aſcenſum in cælum oſtē deret:alter deſcenſum. Placet condictio illa ut iter didicit.

mox aſcendit in cælum relictis atq; irriſis angelis quam deus re cognita iter ſidera collocauit cui lucifer eſt nomẽ angeli ad iudicium reuocati catenis ferreis in putheo ꝑ fundiſſimo religati ſunt uſq; in diem iudicii permanſuri cum elegiſſẽt in hac potius uita q̃ in altera plecti. hæc ſa piẽtia habũetis quã docet paruulos. hæc eius theologia: hæc doctrina diuinitus reuelata. Mira hominis audacia ne dicãus ſtultitiã ſeu demẽtiam. Quot ſunt in his fabu lis derridẽda ſomnia! Non obiurgaus iumẽti uerba quã do & aſinam ſacre littere loquutã ꝑdiuit & gentiles bo uem: Sed quid eſt quod una hora iter qnquagĩta milia annoꝝ ꝑgitur! Metire hæc & cogita an corpori nundũ glorificato id poſſit accidere: quo iuit: ubi fuit: qd circuit non adhuc cælum aſcẽderat quibus in locis tantũ ſpatii peragrauit: nec iumentũ eum tulit. Quis tulit eum! ũde uenit! quo modo uenit! Nihil hoꝝ dicit. quid peccauerat iumẽtum precibus ut egeret! cui non eſt lex alia niſi na turæ & illi paret! Quid hoſtiarius ĩ cælo collocatus roga mine mahumetis ægebat! At nõ ſatis felix erat! fortaſſe altius cupiebat aſcendere! tanq̃ non ſit illic ꝑfecta õniũ beatitudo & regnet adhuc ambitio. Diſtantiã cæloꝝ oſtẽ dit & ſperaꝝ q̃nta ſit craſſitudo demonſtrat qngentorũ annoꝝ iter ex cælo ĩ cælũ ponit: & parẽ oĩum ſpiſitudinẽ Quid hoc quis credat! gentiliũ fabulis ſimile ſomnium eſt. Aiunt illi Dyoniſioꝝ quẽdam caldum geometriæ ſciẽ tiæ nobilẽ in patria ſenectam die obiiſſe ꝑpinquas fũus eius duxiſſe ad quas ꝑtinebat hereditas. has cũ ſequutiſ diebus iuſta ꝑagerẽt iueniſſe in ſepulcro eius æpiſtolam Dioniſiodori nomine ad ſupos ſcriptã quæ diceret eum a ſepulcro ad infinitã ꝑueniſſe terram: eſſetq; illucuſq; quadragĩta milia ſtadioꝝ. Nec defuerunt geometræ ut plĩius ait q̃ iterpretrarẽtur ſignificare epiſtolã a medio

terraꝝ orbe missam quo deorsum a sūmo lōgissimū esset spatium:& idem pilæ mediū ex quo cōsequuta cōputatio est qui circuitū pilæ idest totius pilæ ambitū ducenta qn quegītaqnq; milia stadioꝝ pnūciaret. Sed armōica ratio que cogit reꝝ naturā sibiipsi congruerūt eodem Plinio teste addit huic stadioꝝ mēsuræ septemmilia Heratosthe nes huiuscemodi reꝝ solertissimus īdagator uniuerse ter re ducentoꝝ quinquagintaduorum miliū stadiorum pro didit. Hypparcus paulominus xxviiii. adiecit. Reperiunt alioꝝ sententiæ admodum dissonæ:nec in hancusq; diem mortali cuipiam satis exploratam credimus terre mensu ram cuius neq; septentrionē neq; meridiē uersus cogniti fines sunt. At tuus legifer maiora concepit aīo qui tanq̄ cælum ascenderit qngentoꝝ annoꝝ itinere distare cælum a cælo prodidit. quoniam tāta esset crassitudo speraꝝ. hoc idē asseruit. Raby moyses æbreus gēere philosophus qui aqud ægiptios claruit. Ac philosophi quos nostri probant nō hoc sentiunt. nec Ptholomeus alexandrīus astronomo rum facile princeps de crassitudine lunaris speræ cū t ua lege concordat. in qua iter ānorū Sexagītanouē & aliquo rum mensiū ac dieꝝ posuit milibus passuū uigintiquī q; seu stadiis ducētis pro quolibet die computatis. Alii uero astronomi qui hæc diligenter indagauerūt speram solis: plusq̄ sexcentis uicibus superare lunarē tradiderūt. Rur susq; martis spera quæ sole altior est:& longemaiorē ha bet ambitum spissitudine tamē multis uicibus superari. Impbum humane mentis ausum uerū:ita subtili argu mentatiōe cōpræhensum ut pudeat aliquos non credere: Plurimi hæc incerta respuunt: Tuæ legis latori fortasse credēdum fuerit:non quia illic angelo bono deferēte cō scenderit. Sed qa cum puerso occiderit:quod si hac decā fidem expetit:Crediūs:alioqn cum sacra scriptura dicīus

cælum ſurſum:& terra deorſum:& cor regis ĩſcrutabile eſt:Sed alia ꝓcurrãus:angelos mundo maiores ſe uidiſſe affirmat.Eos deniq; corporeos:ſi mũdo maiores angeli ſunt.Neceſſariũ eſt aliquã eoꝝ ꝓtem extra mundũ eſſe At philoſophi mũdi circũflexu oĩa contineri dicunt:neq; quicq̃ exterius eſſe.Tuus legifer quãdo aliqd ſolito plus abbibit ſopore deditus quicqd ſomniauit pro uero retu lit:& oĩa ſibi licere putauit:quo errore & ãgelos corpore os & peccare & egere uenia:& ſe rogaſſe pro eis dixit.Si mili ſomnolẽtia tactum ſe ſup hũeros affirmauit manu dei:cuius gelu addorſi medulas penetrauerit quæ oĩa ſu perius cõfutata ſunt:quid illud patienter audiat ꝙ ãge li dei vino inebriati ſpecie mulieris decepti cõcubitũ eiꝰ appetierũt:quæ iter cæli edocta ad conſpectũ magni dei puenerunt:& honore accepto inter aſtra locum obtinue runt:angeli pœnas dederunt atq; idcirco vinum homĩi interdictũ qui tanti mali cauſa fuerit:Cõmemorat tuuſ legifer hæc:& tãq̃ ex penu dei recepta homĩbus ĩculcat Vide q̃ grauiter q̃ uere q̃ pite loqtur poetaꝝ figmenta quæ pueris leguntur inter archana legis ĩſerit.Pueri no ſtri non ſine riſu audiunt cur raptæ in cælum fœmine referuntur:& in aſtra cõmutate quæ maior & minor ur ſa uocantur.Pigri circa ſarraca boethe lucẽtes .Credĩus pro tua ſapientia te iam paruifacere atq; contẽnere tuæ legis figmenta.Sed mirari uæhementer:ꝙ in dies aliqui relicto dogmate chriſtiano ad tuum migrant:& aſſeren tes iniquã noſtram legem amplexi tuam circuncidunt& tuis iniciãtur ſacris:& qui trinitatẽ prædicabant :nunc deteſtãtur:& qui chriſtum cruci affixũ colebãt & lauda bant:nunc deridẽt.Sunt qui hoc agũt non dubitamus Sed qui nam hoĩes ſaut libidinis ſerui aut ambitionis:& quibus nullus erat locus in noſtra lege:ſpreti a nobis &

electi tanq̃ uilia & inutilia mancipia ad te trãsierunt: nec tamen illos ĩextinguibilis conscientiæ uermis rodere cessat. Quod si posses eorum ĩtrospicere corda intelligeres ꝓculdubio eos aut uitæ future spem nullam habere: aut admõm esse anxios quia fontem aquæ viuæ relinquerũt Christum Ihesum & nesciunt quo pacto redeant maius suũ peccatum existimantes q̃ dei misericordiã: Sed quid miraris. Si ad opes consequẽdas ad uoluptates exhauriẽdas nõnulli tuæ legi se subiiciunt: non est hoc nouũ neq; dignũ admiratione. Idem quoq; et saraceni faciunt: qui sæpe ad nos migrant. Illud est mẽorabile: Illud stupẽdũ illud magnope cælebrãdum ꝙ tot milia populoꝝ christiano insignita noĩe sub tuo impio degũt grauia tributa pẽdunt: nunc liberis priuantur: nunc cõiugibus opprimũt duríssima seruitute lacerantur. Vexant mille modis nec tamen cristiane legi renunciant. Quod si tuã acciperẽt mitius ferrent imperium: fierent liberi: honores & opes sperare possẽt. Sed malunt tollerare seruitutis iugũ & in squalore ac miseria uiuere q̃ cristũ negare. hoc stupẽdũ est & diuinũ opus & quod te precipue mouere debet nõ ꝙ pauci ab nostra lege aberrẽt: sed ꝙ tã multi in ea pseuerent & tanta sit uelĩ aduersis constantia miraculũ est: facit hoc bonitas legis & securitas eternae gloriae quam nemo sapiens presenti postposuit. Quid tu hic dices? Quid contrabiscere aut mutire poteris? Vera est christiana lex ex utero recepta mosaice ex prophetis ex diuĩs oraculis. Deus auctor eius ẽ: filius dei eã tradidit ex ore dei mãifestata est. Pura est & nitida & ĩmaculata & sancta & perfecta ex omni parte nullam habet rugam nusq̃ deficit: nusq̃ claudicat: in ea qui querit inuenit: qui petit accipit: & pulsanti aperietur. Ipsa est fons clemẽtiæ: iustitiæ culmẽ: pietatis speculũ: mãsuetudĩs & misericordiæ

plena ꝑ ea martires īnumerabiles sūt occisi. Senes. iuue
nes: pueri: matronæ: uiduæ: virgīes: īnuptæ: puelæ: crude
lia carnificū non expauere tormenta. Sciētes beatos esse
mortuos qui moriuntur in dño. Permittimus signa & ꝑ
digia quæ certitudinē christiāe legis ostentāt quis viros
cōmemorare queat: & christiano genere diuini & hu māi
iuris excellentissimos ꝓfessores uera mundi lumīa scien
tiæ fontes. Qui usq; ad mortē in fide christi ꝑseuerantes
præclara uolūina ediderunt: quæ tanq̄ sidera quædā doc
trinæ humanas leges illustrant. Et quænam ullo in loco
lex est: quæ alteꝝ habeat Augustinum. alterū Hieronimū
alterum Ambrosium. alteꝝ Gregoriū· & ne græcos præte
reamus quē religiosum virum unq̄ habuit: qui Origeni
comparari possit: q̄uis hic in pleris locis errauerit. Quis
Iohanni chrisosthomo exequabitur. Quis magno Basilio
quis Cyrillo. quis Eusebio: quis Gregorio nazareno? non
sufficeret dies si numerare ꝓgimus illustres nostre legis
doctores siue uiuos siue mortuos q̄uis non sunt mortui
sed nunc maxime uiuunt: & tanq̄ stelle in firmamento lu
cent qui fidem sacratissime trinitatis elucidarunt. Quid
dicemus de religiosis domibus in qbus angelica ducitur
uita: & assidue pro peccatoribus effundūtur preces dōino
nec unq̄ cessant laudes ac psalmodie. Benedictus misiēsis
apud nos multorum monacorum doctor & pater exti
tit. apud græcos magnus Baxilius sequuti sunt. Bernar
dus abbas clareualis. & Bruno qui Cartusiam instituit
Quotidie sanctorum Virorum apud nos augetur nu
merus. ædificantur sancta monasteria renouantur sācta
instituta. Quos fructus edidit Seraphicus francisus exi
mius. pauptatis amator in umbria quæ est italiæ pars est
natus quot eū discipuli secuti sunt: quot sub eius regula
sanctissimi uiri floruerūt. Antonius pataui iacet miracu

lis clarus Bernardinus ſenẽſis in aquila. quẽ noſtra ætas quaſi alterꝝ Paulum predicãtẽ audiuit. Nicolai liritani ex tant opa quæ oẽs admirãtur. Domĩcus in extremis biſ paniæ natus oris quaſi alius uelper emicuit: qui nouum quændã ſãctũ & nitidũ viuẽdi morem ſuis auditoribus tradidit: & predicatorꝝ inſtituta regula ũiuerſum luſtra uit orbem. Multi ex diſcipulis eius clarĩmi euaſerũt. Sed precipua eſt magni Alberti fama. qui nullũ doctrinæ ge nus ignoraſſe creditus eſt: nec minor eo Thomas aqnas fuit in litteris & ſi maior extitit in ſanctitate. claruit & noſtro ſæculo ſub eadem regula vicẽtius hyſpanus quẽ noſter anteceſſor inter ſanctos chriſti confeſſores retulit & in ordine diui auguſtini Nicolaus Tolentinas pauloan te inter cæleſtia relatus ſanctorum agmina Noua indies prole floreſcit noſtra religio. Quod ſi non deſunt etiã cõ ciliatores viri ſancti deo accepti. & virgĩes ĩmaculate pre cibus aſſiduis diuinã iram auertentes. nec timemus diui nã deeſſe ꝓtectionẽ tantis adiuti patrociniis. Tu ergo Prĩ ceps nobilis qui non es rõnis incapax neqꝫ ĩgenii obtuſi colige quæ diximus: & conſerua in mente tua: & conſule tibi & tuæ genti & nolli eſſe incredulus ſed fidelis. Relin que tenebras & lucẽ ſequere. Intelligis quo pede claudi- cat tua lex & quãtis ſcatet erroribus & q̃ procul auerita te recedit & ꝙ non eſt in ea ſalus noue & antiqꝫ legis ini mica: Intelligis q̃ ſolida eſt euãgelica doctrina: q̃ uera q̃ ſancta: q̃ mũda & immaculata. & quæ tandẽ iter ĩ cælum oſtendit & non alia. Intelligis ſi uerba noſtra memorie te nes ꝙ trinitas in unitate: & unitas in trinitate collenda eſt: neqꝫ altera contradicit alteri: Intelligis quonã modo pater filiũ equalẽ ſibi gẽuit: & quo modo a patre & filio ſanctus procedit ſpiritus: q eſt caritas & amor: Et ſimul colendus eſt & deus eſt: & quod filius pro noſtra ſalute

incarnatus mortem tulit:& ſpoliato inferno tertia die re
ſurgēs quadragīta diebus cū diſcipulis cōuerſatus aſcen
dit in cælum:ſedetq; ad dexterā patris uenturus in fine
ſeculi iudicare uiuos & mortuos:quo facto mali ppetui
pœnam ignis ſubibunt:boni æternam beatitudinē conſe
quentur:non ī carnalibus deſideriis:nō ī cubilibus:aut
in pudicitiis:ſed ī dulcedīe mentis & caritate chriſti quæ
ſupat oēm ſenſum.Ante oīa uero mōſtratum eſt nō poſ
ſe te aſſequi inter Chriſtiāos gloriam & potētiam quā ui
deris optare maxime apud europeos & occidētales popu
los dum tua infecta perſeueraris.Quod ſi ueles chriſtia
nis initiari ſacris magnam tibi ſpem fecimus:& potētiæ
& gloriæ.Memento igitur verboꝝ noſtroꝝ:& accipe fide
le conſiliū.Sume baptiſmū Chriſti & lauacrum ſancti ſpi
ritus.Amplectere ſacroſanctū euāgeliū:& illi te totū cō
mitte:ſic tuam āimā lucrifacies:Sic turcoꝝ populo bene
conſules:ſic tuæ cogitatiōes adimpleri poterūt:ſic tuum
nomen in ſæcula celebrabitur:Sic te oīs italia:oīs Euro
pa demirabitur.Sic latīæ te litteræ:ſic græcæ:ſic æbraicæ
ſic arabicæ:ſic oēs barbaræ celebrabūt.Sic nulla ætas de
tuis laudibus conticeſcet:Sic pacis auctor & fonddator
quietis appellaberis:ſic te turci animarum ſuaꝝ reptorē
& chriſtiāi ſuæ uitæ conſeruatorem uocabūt.Sirii:egyp
tii:libies:& arabes:& quæcūq; ſunt aliæ gētes extra chri
ſti caulas aut his auditis tuam uiam ſequentur:aut tuis
chriſtiāis armis paruo negocio domabūtur.Et ſi nolue
rint ſe totum ſociū in nr̄a lege habere experiuntur domi
num in ſua .Nos te iuuabimus & omnium eoꝝ aſſiſten
te diuina gratia legittimum principem.Nec ſunt quæ ti
bi cum baptiſſmo præmia promittūtur.his te bonis diui
na pietas ꝓculdubio cumulabit obſequentem euangelio
Quod ſi reſpueris conſilia nr̄a peribit tanq̄ fumus tua

gloria:& tu more hominum reuerſus in cinerem totus moriere.

viii Epiſtola Pii Pape ſecūdi at nobilem uirum Paſqua lē marıpetrū ducē:& cōſiliū rogatoꝝ ciuitatis venetiaꝝ.

Ius Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei.Dilectis fili is Nobili uiro Paſquali Marıpetro Duci & cōſilio rogatoꝝ Ciuitatis Venetiaꝝ Salutem & apoſtolicam benedictionē Romæ cum eſſe mus ꝓmiſerūt nobis Oratores ueſtri cum primū hic cō ſtituerēur legationē ueſtram affuturā.Idem litteræ ur̄æ ad nos & alios miſſæ ſæpius affirmāt.At tertiū Mantuæ iam agimus menſem & nemo ueſtro noīe apparet.Scrip ſimus nūcium miſſimus:diuerſis uos mōis excitare cōa ti ſumus ut legatio ur̄a quāprimū ueniret:Fruſtra oīa ceſſerunt.Adſunt hic oratores omniū ferme nationum Rogant ut rem aggrediamur pro qua conuenimus.Cæ piſſemus iam pluribus diebus tractare ſi affuiſſent ur̄i Non adſunt nec ſcimus cur tam diu differant.Si agere- mus de aliquo noſtro cōmodo:aut de aliqua re quæ uos non tangeret:non miraremur:Neque enim aliena cura re homines ſolent:At nūc ueſtra res agitur:Libertas & omnis ſtatus ueſter in piculo eſt:niſi Turcorū cōatibus obuietur.Albani feſſi ſunt.Peloponenſes uiribus exhau ſti:Raſciani & Boſnēſes ad turcos defecere:Soli Hunga ri arma tenent & hoſtibus reſiſtūt.Verum hi quoq; pau latim deficiunt.Sunt inter ſe diuiſi & multis bellorꝝ cala mitatibus afflicti:niſi adiuuentur pſeuerare non poſſūt ſi ſuccūbunt aut aliquas cum hoſte conditiones accipiūt Vos primi eſtis quos arma turcoꝝ arripiāt:in uos ōnis hoſtium impetus caſurus eſt.nec uos fædera iuuabunt nec pacta fides infidelem hoſtem tenebit.non latent iſta

uos:Cur ergo dissimulatis?cur oratores nō mittitis:sūt qui uos excusāt:quia timetis mittere priusq̄ res huius conuētus solide sint:ue si deficiāt conatus nostri:vos penas detis qui ad nos miseritis.En animū rei publice que ad romanū pontificem legatos mittere non audet:& ubi uestra magnanimitas ubi altum cor?vbi memoria rerū quas uestri ꝓgenitores pro religione magnifice gesserūt Siccine ꝓgitis?quanto maiores ditiores potentiores facti tanto remissius fidem christianā tuemini. Non meruit hoc de uobis christus deus uester & noster qui uobis prosperitatem magnā usq; in hāc diem largitus est.Gratos uos esse deceret & attentissimos adiuuandam religionem Non excusatur hic timor uester:norunt oēs q̄tum uales tis nec dubitant uos si uelitis solos sufficere ad expellendos Europa turcos.Quāto magis animo pleni esse debetis:cum sedes appostolica uobiscum sit:cum hungari arma conferant:cum cathelani:Siculi Burgundi Sabaudiē ses:mediolanēses:ferrariēses:florentini & omnis ferme Italia auxilia polliceat?An nō isti sufficiūt uestris iūcti armis turcos deledere?Dicetis non nobis constare de tot auxiliis:non cōstat quia nō mittitis nec uultis cognoscere quid alii offerāt:neque cognosci quid offeratis:Loquimur uobiscū aperte ut in tanta re decet:Dolemus uestri causa uidēus in negocio hoc non paꝝ honori uestro derogatum iri:Dilexīus semper rem publicam uestram & diligimus:& si qui aliter uobis suadent mendaces sunt neq; uos neq; nos amāt querētes dissidia & publica mala hostes ueritatis & christiane fidei pſecutores:Nos nūq̄ cogitauimus aliqua quæ rei publice uestræ aduersa essēt Sed statum & gloriam uestrā magnificare quæsiuīus:& quæremus uobis uolentibus:sed impeditis uoluntatem nostram tam diu tardātes ad nos mittere;cū nulla subsit

excuſatio legittima:& enī ſi ut aliq aiunt oratores ueſtri differunt donec melior efficiatur Mantuāus aer:nimiæ ſunt deliciæ ueſtrorum ciuium qui illa preferre neque unt:quæ ſenex patitur Romanus pontifex :quæ debiles Cardinales tolerant.quæ nobilis Dux cluenſis:& tot regum &principum Oratores paruifaciunt:ut rei.p.conſulant.Male ſeſe res habent quando in ciuitate non sūt qui pro cōmuni utilitate mortem ſubire parati ſunt:& quo mō ibunt ad bellum pro tutella fidei qui mantuam intrare formidāt.Credite uiri ueneti qui prudētes eſtis & uerba cogitatiōesq; hominū etiam abſentiū penſitare ſoletis:nō deſunt multi qui nōi ueſtro detrahūt:alii uos pluris Turcos quā chriſtianos facere dicunt. Alii uos ſolum mercīonia curare:& opes ac lucra mundana quærere:fidem & religionē paruipēdere murmurāt.Dolemus de uobis & ueſtra potenti ac nobili re publica uulgari . Excuſāus uos quantū ualemus.At ultra ueſtrā mitten di huc moram ferre non poſſumus. Vocauimus omnes potētatus italiæ:adſunt ex regno Siciliæ legati:filius ducis ſabaudiæ propediē aderit:Duces mediolani & mutīæ uti confidīus intra octo dies uel decem aderūt.Idē puta mus de oratoribus florētinoꝝ:ſolum de ueſtris dubii ſumus.At cum uelimus ſine ulteriori mora in kalēdis ſeptembris ꝓximi negocia pro qbus uenimus aggredi:& illis finem imponere:hortāur uos ne amplius legationem ueſtram ſuſpendere uelitis.Sed mittite cum pleno mandato & facite ut bonos decet chriſtiāos.Imittemini ꝓgenitores ueſtros qui magnas ſæpe claſſes armarūt pro teſtamēto dei & magnas ex hoſte victorias reportarūt.Si miſeritis & ea facietis quæ de ueſtra deuotiōe confidīus inuenietis Pium Pontificē non minus rei ueſtre affectū quā aliquis unquā fuerit prædeceſſoꝝ noſtroꝝ.Inuēietis

nos ardētes in hoc turcoꝝ negocio: inuenietis præſulem qui ueſtre gloriæ ueſtriq; cōmodi ꝓcurator erit: nec ūq; uos deſeret. Quod ſi negligetis: noſtrisq; uocibus reſiſtetis q̄uis inuiti: cogemur tamen in hoc cōuentu reſiſtentiam ueſtram accuſare: atq; in mediū adducere & præterita & præſentia. Ipſe etiam conuentus quin & ipſe maximus atq; optīus deus inter nos & uos iudicabit. Cognoſcentq; omnes gentes omnes tribus & lingue quia ꝑ nos non ſtetit quominus religioni & fidei chriſtianæ turcorū inſultus patiēti bene & ſalubriter cōſuleret̃. Et uos fortaſſe auxilia quæ nunc ſpnere uidēini ultro reqretis: neque inuēietis. Quod deus pro ſua ſumma pietate dignetur auertere: & in cor ueſtrum ponere ut ꝓgenitoꝝ ueſtroꝝ ueſtigiis inherentes ea faciatis quæ nos cupimus & quæ infelices hūgari & alii chriſtiani turcis uicini erectis in cælum mānibus ex uobis petunt. Datum Mātuæ anno īcarnatiōis dominicæ. Mccccl ix Octauo kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno primo:.

Quæ ſupraſcripta ſūt: nosipſi dictauiūs ut inteligeretis nobis eſſe cordi quod requiritur. Si obedietis eccleſiæ matri ueſtræ addet̃ gratia capiti ueſtro & torques collo ueſtro. Si minus cogemur in hoc celebri conuētu ꝓuidere nequid detrimenti res publica chriſtiana ꝑ ueſtram uel contumatiam uel negligentiā patiatur:.

VIIII Epiſtola Pii Pape ſecūdi ad Federicū Imperatorē ei ſuadens ut Officium Capitaneatus ſibi cōmiſſū potiꝰ impartiat̃ Alberto marchioni brādeburgenſi quā alteri.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in chriſto filio Federico. Ro. Imperatori Auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Occupationibus impliciti perpetuis ac difficillimis nō tñ grauamur ad te ſcribere: cuius memoria nobis dulciſſima eſt: ut cuius extant in nos immortalia beneficia & ingratiſſimi eſſemus: ſi tuis ꝓuocati litteris non reſcribere mus. Quæris ex nobis quo modo te habere debeas circa officiū Capitāeatus tibi cōmiſſum: nō eſt noſtrum Minerua inſtruere. Tuipſe optime noſti quæ dignitati īcūbāt tuæ: & neceſſitatē fidei uides: & piculū in quo eſt chriſtiana religio non ignoras. Vtere ingenio tuo & omni arte nitere. Vt nōini & auctoritati tuæ ſatisfatias: habes conſiliarios uiros prudētes: utere eoꝝ conſilius: Erit aput te legatus noſter Biſſarion Cardinalis nicenus non rudis homo: Ipſius quoq; uocē audire poteris: triplex cura urgere te debet: Prima ut pacem nationis tuæ ꝓquiras: Secunda ut cum Hungaris uel pace uel īdutus recōcilieris Tertia ut exercitus cogatur q̄maior fieri pōt: His actis expeditum ad reliqua patebit iter: De ſubrogādo capitaneo q tuas uices impleat ſi queras iudiciū noſtrū: multi ut nobis uidetur apti ſunt huic muneri in tua natione: Eſt Albertus germanus tuus: eſt Federicus comes palatinus: eſt Vilhelmus dux Saxoniæ: ē Lodouicus dux bouariæ: eſt Albertus marchio brādeburgeñ: ē & Carolus badēſis: Omnes hi digni ſunt noſtro arbitratu: Verum experientia rerū ætas: auctoritas: ſolertia: fœlicitas quoque apud Albertum marchionē maior eſſe uidetur: & nos in hunc īclināur magis: Si quid tamen tibi aliter uidetur cō qeſcēus iudicio tuo: nulla nos urget ratio niſi chriſti caritas & fidei defenſio: Poteris cum legato noſtro cōferre aut nobis reſcribere: In omnem euētum ſcias nos tuum in hac pte iudiciū ſecuturos & miſſuros uexilla eccleſiæ cui uolueris: Tantum fac ut magno aīo res ſumatur in manus & executiōi detur: Sic enim deus te & filium tuū

Maximillianū quem filium noſtrum exiſtīamus felicita
bit:& in hoc:& ī alio ſeculo bona tuæ māſuetudini tribu
et:Quæ acta ſunt hactenus p Cardinalē ſancti angeli in
tuam moleſtiā nobis quoq; moleſta fuerūt.Scripſimus
ei ſæpenūero & actiones ſuas repræhēdīus noſti hominē
Non eſt qui facile ſua ſentētia dimoueatur:tolerādus ē
potius quam irritādus:Paulatim melius diſſoluetur no
dus quam trūcabitur;habet auctoritatē in regno Hun
gariæ & inter Cardīales habet amicos:& fama eius cele
bris ē tota italia:Si eum modo reuocarēus timemus ſcā
dalum:Hūgari fortaſſe aliquod inſigne malum moliren
tur & ipſe īdignatus poſſet accedere ad nouitates:nec de
eſſent qui dicerent nos colludere in facto Turcoꝝ & men
tē habere non rectā & nos tuaꝝ ptium fautores aſſeuera
rent Tutius eſt tolerare ad tempus & ꝓuidere ne noce
at:Miſimus Nicenū Germaniæ legatum qui tēperabit
oīa & tibi aſſiſtet:& illi non erit facultas nocēdi q̄is pu
tamus neq; nocendi illi uolūtas eſt qui alioqn te diligit
in hac re hūgari ea tecum diſſentit.Credito nobis:Non
expedit modo eum reuocare:Sed cogitabīus in tempore
quid rebus cōducat & ſtudebīus honori tuo:neq; ꝑmit
temus tibi nocūentū fieri.Vale & ꝑſuade tibi habere pō
tificem qui tui & tuoꝝ curam gerat.Datum Senis die
vi.Februarii.Mcccclx.manu propria & raptim.

X. Epiſtola Pii Pape ſecūdi ad Ducē Mutinæ eum īcre
pans & mandās ſub excoīcatiōis pœna ut aſſignet ꝓcu
ratoribus apoſtolicis facultatem exigēdaꝝ decimaꝝ uige
ſimaꝝ & trigeſimaꝝ ī oībus locis ſuæ ditiōis & territorii

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei.Dilecto fi
lio Borſio duci mutinæ ac Ferrariæ:Pro ſcta

Romana eccleſia in tẽporalibus Vicario: ſalutẽ & apoſtoli
cam benedictiõem. Nunq̃ fore putauimus ut ea nos ſcri
bere oporteret: quæ cẽſurã aut obiurgationẽ ĩ te aliq̃ pre
ſe ferrẽt. nã cũ baptiſmi gratia & chriſtiãus character fi
liũ te nobis fecerit Ferrariẽſis uero vicariatus ſubditũ
prebuerit: prius ſtellas ut ita loquãur e cælo caſuras quo
dammõ & elemẽta quæq; confuſũ iri credidimus q̃ te ſu
ꝑbie ſpiritum aſſumẽtem aduerſus matrem tuam. Ro.
eccleſiam poſſe recalcitrare. Huc acceſſerãt blandiſſima
uerba quæ tum ꝑ oratores: tum ꝑ teipſum ad nos ſæpe
numero habuiſti: inqs omnem reuerẽtiam & ſubiectio-
nem pollicebaris. Vultum alacrem ac iucundũ præferẽs
ſed facis longe aliter quam putauĩus: nec tuæ uel digni
tati uel nobilitati reſpõdes: fefelliſti ſpem noſtram & iu
dicium quod multi de te fecerunt: erroneũ oſtẽdiſti. Cũ
dolore iſta referimus: ingratũ te deo exibes qui te maxi
mis & ſingularibus donis ac gratiis cumulauit. Indigna
refers eccleſiæ romanæ præmia: quæ tibi nobilem & præ
diuitem prĩcipatũ commiſit. Contemnis matrem tuam
& aduerſus fratres tuos præparas ſcandalum. Rebelliõis
erigis cornua & illum imitari uelle uideris qui ait: Ponã
ſedem meam ab aquilõe & ero ſimilis altiſſimo. Nam qd
aliud eſt Romani Pontificis mandata cõtemnere quam
nullum uelle in terris ſupiorem habere? Dices quid com
merui? quid egi? quid peccaui? in quo ſupbia mea oſtẽſa
eſt? multa & magna ſunt fili quæ tuam contumatiam &
rebellionem oſtendunt. Ommittimus quanta molitus es
in Franciſcum olim Ferrariẽſis eccleſiæ præſulem quem
diu contra iuſſiones noſtras longe a plebe ſua remotum
tenuiſti: fructibus ſpoliaſti: cõtũeliis affeciſti: & q̃uis po
ſtea ꝑuentus ſibi reſtitui iuſſeris. Mille tamen aureos
penes te conſeruaſti & in hanc uſque diem conſeruas.

Nec iubentibus nobis ut redderes paruiſti. Ommittiũs quam feciſti reſiſtẽtiam priusq̃ dilecto filio Laurẽtio ro uerelle nunc electo Ferrariẽſi poſſeſſionẽ traderes eorũ benefitiorꝫ quæ ſibi p obitũ Iohãnis auriſpæ uacãtia con tulimus. Ommittiũs alia multa quæ longum eſſet enũe rare: in qbus mãdatorꝫ noſtrorꝫ te cõtẽptorẽ præſtitiſti. Ad ea tranſimus quæ ad cõuentum ꝑtinent mantuãum Non ibi de finibus regundis non de termĩo moto nõ de aqua pluuia arcẽda non de ſepulchro uiolato: ſed de reli gione ſeruanda de tuenda fide catholica: de protectione chriſtiani noĩs de ſalute oĩum fidelium agebatur: Aduer ſus impios turcos auxilia quærebãtur qui ſacroſãctum euangeliũ euertere nituntur: qui iam nõ ex Aſia ſolum & Africa: ſed ex Græcia quoq; chriſti legem eliminarunt Et nunc Hungariã inuadẽtes ad Italiam petunt aditum ut per omnem Europã Mahumeteas ſpurcitias inferre poſſint. Rogauimus ne te iuuenem ac ualidum eo profi ciſci pigeret: quo nos ſenes ac ualitudinarii pgẽus. Neue breuiſſimo grauareris itinere cum nos longum ac diffici le haud ægre pegiſſeũs. Reſpondiſti te uenturꝫ ſi poſſes Cumque iam multi ex orbe chriſtiani cõfluxiſſent: & di lectus filius Franciſcus Mediolanẽſium Dux & oratores regis Siciliæ. Venetorꝫ. Florentinorꝫ ac ferme ex tota Ita lia legationes adeſſent: adhortati ſumus ne ꝑferres ad uentum. Reſcripſiſti propediem te affuturꝫ. Sed rogatus monitusq; iterum atq; iterꝫ ut uerbis facta cõiungeres cum excuſationẽ aliam prætendere non poſſes: ad vatici nia confugiſti ac Genethliacos & aſtrorꝫ inſpectores ĩ me dium adduxiſti qui magnum tibi malum impẽdere uati cinabãtur ſi Mãtuam intra præfinitum quoddam tẽpus ingredereris. Benigna ꝑfecto ſydera quæ tibi & fugien da ꝑtenderent. Increpauimus te liris ac nũciis qui uana

ſequeris aſtronomoru iudicia & anilibus crederes delira mentis. Teq; rurſus euocauīus: Cōtēpſiſti mōita noſtra neq; paternis iſtructionibus præbere aures dignatus es Sed dum nos mantuæ legationes orientis & occidētis audimus dum principum qui adſunt conſcilia exquirimus dum inter diu noctuq; chriſtiāæ rei negocia tractamus & omni conatu ſaluare chriſtianam plebem ſtudemus. Tu Ferraria egreſſus quamuis egrotum ſimulas. Iuuentute circundatus. Padum tamen tranſis: & in Emyliam profectus totos dies in agris aut feras aut aues agitas: & modo equoꝝ curſu modo ſagitta cum æqualibus contendis: neq; tectum niſi cum tenebris ſubis. Sic te res pu. ſtudioſum: Sic te religionis & communis boni amantē oſtendis: Ne tamen conuētū chriſtiāi orbis prorſus negligere uidereris: Oratores miſiſti præſtātes uiros qui tuum munus expelerent bis mandatum dediſti ſiue ut aiunt procuratoriū ampliſſimū: quo te ad trecēta uſq; milia auri nummū obligari poſſe uoluiſti: cū res in cōſultationem ueniſſent: uiſum q; oibus eſſet ad bellum contra turcos gerendum magnam uim peccūiæ eſſe neceſſariam. Placuit maiori parti Italoꝝ qui aderāt clericos per omnem italiam decimas fructuū & reddituū ſuoꝝ beneficioꝝ: Iudeos uigeſimas oīum quæ optinerēt bonorum Principes uero ſæculares & oēs laicos trigeſimas quorū cumq; ꝓuentum in tempore a nobis præſcribēdo: In hoc tam ſanctū tanq; pium & neceſſariū opus conferre: Qui ſecus agerent Anathemate ferirētur: Scripſerūt decretū Prīcipes & legati qui affuerūt paucis exceptis: Inter ſubſcribentes etiam oratores tui reperti ſunt: his peractis ſignificaſti nobis te piculum euaſiſſe: Iam enī exitialis hora præteriiſſet & aſtra ſuum te ſaluo pegiſſēt curſū teq; uentuꝝ q̄primū uellemus: Reſpōdīus affuturos ꝓpediē

ex Germania nobiles principes: Sigiſmūdum auſtriæ du
cem: Albertum brādeburgenſē & Carolum badenſē mar
chiones: Cupere nos ut cum eis concurreres: Declinaſti
mox ſemitam & ꝓmiſſum pro tuo iudicio ītерpretatus
Excuſationes longe quæſitas attuliſti: ſpreuiſti nos & ad
uentum ꝓrſus denegaſti: hæc feciſti & ſiluimus: putaui
mus te correctum mutatumq; mores. Et quoniā ꝑ orato
res magna ꝓmiſeras uerbis & ſcriptis fidem habuimus
Certa & ſtabilia eſſe arbitrati quæ prīceps nobilis affir-
maſſet. Diſſoluto mātuano cōuentu cum occurriſſes no
bis in Pado flumīe: nosq; tua in naui Bucīatoria excepiſ
ſes expoſuimus quæ mantuæ geſta erant de trigeſſimis
uigeſſimis ac decimis: & an rata eſſe uelles quæ tui ꝓcu
ratores egiſſent ꝓcontati ſumus. Cum reſpōdiſſes place
re tibi oīa. Iuſſimus ut & ipſe decretū ſubſcriberes: paru
iſti: & pro tua cōſuetudīe magnificis uerbis uſus es que
nos & duos quos accerſiuerāus ſancti Laurentii in luci
na & ſancti marci Cardinales mirīmodum recrearunt.
Credidimus uerba tua ex mente prodire neq; labia cordi
eſſe aduerſa putauimus: ſpe pleni & aīo læto a te receſſi
mus. Cum ſenas applicuiſſemus & hic aliq̄diu ualitudīs
curādæ gratia remorari ſtatuiſſemus: ꝓcuratores & col
lectores uiros bonos elegimus: qui apud ferrariā & ī re
liqua ditione tua Decimas vigeſimas: & trigeſimas exi-
gerent: eisque litteras apoſtolicas & facultates in eam rē
neceſſarias trāſmiſimus. Tibiq; ſcripſimus ad executoris
officium demādatū fauori atq; auxilio eſſes. Requiſitus
ab eis ut apoſtolicos apices puplicari: & executiōi manda
ri ꝓmitteres. Dixiſti nolle te primū uideri qui hoc opus
incipes. Inter principes italiæ primum eſſe Ferdinādum
Siciliæ regem. Alterum Frāciſcum mediolāi ducem. exin
tertio loco ſuccedere ſecuturum illoꝝ exempla. Ea cum

accepiſſẽus admirati rei nouitatẽ rurſus ad te ſcripſimus teq; paternæ & ſũma cum caritate monuimus ne his dilationibus ac tebiris uterere: neue cõditiones in obſeruatiõe reqreres. Iuſſimusq; ut ꝓcuratores ipſi iterũ te accederẽt: teq; hortarẽtur ne tam pio operi moras necteres: hi cum te non facile adire poſſent nec eis tui copiam faceres aulicos tuos cõuenere: & p internũcios qbus oĩa credis de noſtra te uolũtate certiorẽ fecere. Et hoc dẽiq; reſponſũ de tuo impio accepunt. Te ſcilicet nullo modo paſſuꝝ mãdatoꝝ noſtroꝝ executionẽ niſi poſtq̃ conſtiterit Siciliæ Regem. Venetoꝝ & Mediolanẽſium Duces ac Florentinoꝝ Magiſtratum Mantuanæ deliberatiõi ſatis feciſſe. Illis autem parẽtibus: te quoq; pariturũ niſi aliud noui emerſerit impedimenti. Nam conditionem hanc oĩa tua ꝓmiſſa cõtinẽt. Sic enim ſcola Ferrariẽſis admonet: ĩ qua ut tuis utamur uerbis quicqd ignoratur nuſq̃ ſcitur: ſic tua dilatio poſt diutinã deliberationẽ ꝓcuratoribus noſtris reſpõderi mãdauit. Non uis eſſe primus q rei publice chriſtiane opem feras? ſed primũ inueniri inter oẽs qui auxilia fidei catholicæ negauit: neq; recuſas neq; indecoꝝ putas. Sic deſyderio nr̃o reſpõdes: ſic ſupioris & domini tui iuſſibus pares: ſic prõiſſa cuſtodis: ſic magnificis & ampliſſimis uerbis tuis ſatisfacis. Ferrẽus hæc patiẽter ſi nos tãtũmõ læderes: At cum tua rebellio dei offenſio ſit & totius chriſtiãitatis ruina: nam tuo iniquo exemplo multi mouentur: ulterius tamen tuam cõtumatiam tolerare non poſſumus niſi tecum diuinã contemnere maieſtatem: & rem publicã ꝑdere uelimus: publica eſt enim cauſa & diuina cui te opponis & dum nobis reſiſtis dei uoluntati atq; ordiãtioni reſiſtis: Impius es qui religioni te obicem facis: iniuſtus q ꝓmiſſa reſcindis: ĩfidelis q fidei denegas auxiliũ: Nã qd nos petim⁹

niſi ut religioni chriſtianæ opem feras? Quid rogamus? niſi ut promiſo facias ſatis? quid uolumus: niſi ut fidei Orthodoſæ non deſis? Contra nefarios Turccos qui nomen chriſti delere nituntur auxilia tua requirimus. Dicis forſitan non ſufficient pecunie meæ. Verum eſt id qđē non ſufficient: ſed alii quoq; argentū conferēt. Incipiant alii ſubicis rei publice nihil intereſt. Tu incipias an alius? At tua magna laus eſt ſi prior oīum tam ſancto operi manum imponis; quæres quid ſi alii non ſequantur? Minime hoc putādum eſt: quāuis eo caſu & aīæ tuæ & gloriæ conſultū erit & pecunia nō peribit: neq; enim ex territorio extrahetur aurum niſi poſtq̄ conſtiterit & in tuo & in alioꝝ dominio tātam pecūiaꝝ uim collectā eſſe quæ ad ferenda Hungaris auxilia ſufficiat: neq; argentū exponeretur ſine oratoꝝ cōſilio & tuoꝝ & alioꝝ qui penes nos fuerint. Neque mantuani forma decreti mutabitur Quid igitur reſiſtis fili? quid rebellas? quid fidem frangis & iuſiurandū? An non intelligis quātum moliris malum? in quo religionē ꝑiculo ponis? ſi te alii imitāt̄: actū ē de chriſtiana fide nemo reſiſtet hoſtibus. Turcoꝝ ōnes erimus præda & Mahumeti ſeruire coget̄ euāgelica lex: Nos & ſi te alioquin diligimus: in hoc non diligimus. iniqua eſt reſpōſio tua iniuſta: indigna: arrogās: ꝑnicioſa: deteſtabilis & prorſus reiciēda. Nec nos ſuſtinere ultra decet iniquas opationes tuas: Deo enim magis quā tibi placere debemus: & cum tu deum conténas nos deo ſeruire oportet. Non ſunt ferendi qui ſuo exemplo alios inficiunt: aduerſus quos ſi non proſunt monitiones in caritate facte; Spiritualē uibrare gladium neceſſe eſt: atq; his armis uti quæ nobis iuſtus & miſericors deus contra rebelles largitus eſt: & qbus uſos conſtat beatos apoſtolos Petrū & Paulum: Illū aduerſus Anāiā & Saphirā

Iſtum contra corinthiũ: Arguimus te ſæpe ueluti filium monitiões noſtræ caritatis & beniuolẽtiæ plenæ pluribuſ te uicibus interpellarũt nihil ꝓferimus: neglexiſti & con tempſiſti uerba noſtra aſperior ac rebelior emerſiſti. Iam non eſt cur te ultra feramus nihil reſipis nec ſpes eſt te reſipiſcere niſi cenſuris ac pœnis utamur. Nam quẽ læni tas iudicis & manſuetudo non flectit equum eſt ut ſeue ritas & cenſuraꝝ coerceat rigor. Dices iniq; nos agere & ingratos eſſe qui aduerſus affinẽ & quidẽ benemerẽtem legum ſeueritate utamur. Soles enĩ aſſerere nos tibi affi nitate iũctos eſſe: & multa ex te dona magnosq; honores recepiſſe nos ſane & ſi glorioſum putamus eſtenſi fami liæ iunctos eſſe non tamen fictam & inanem gloriã quæ rimus neq; affinitatem magnifacimus poſt accepta ſum mi Pontificatus gubernacula repertã. Et ſi enim ex Ptho lomea proſapia mater tua nata eſt. Cui gẽs Ptcolomĩea: ex qua nos ſecundum carnẽ orti ſumus pluribus affini tatum uinculis nexa eſt. Affinitas tamen ultra perſonas quæ coniũguntur haud quaq; ꝓgreditur. nec nos de ſã guinis altitudine ideſt de aliena dote gloriandũ putãus Et qui ante nos in apoſtolica ſede ſederunt non ſtemãti bus aut maioꝝ imaginibus: ſed animi uirtute claruerũt ut pote qui piſcatura & ſordidis nõunq; ante põtificatũ artibus uictũ paraſſent. Vtĩam prædeceſſoribus noſtris ita uirtutibus & meritis æquari ſicut ſanguĩs nobilitate poſſemus. Vtrunq; ſit: q̃uis indigni: diuina tamen diſpẽ ſatione vicariatũ ſaluatoris & domini noſtri ihеſu chriſti gerimus in terris: & inter cauſam & cauſam: ſanguinem & ſanguinem: lepram & lepram: abſq; ꝑſonaꝝ acceptiõe iudicare: uiciaq; ſubditoꝝ corrigere & uirtutes cõfouere tenemur. Neq; tu mũera aut honores ĩpperaueris neq; enim magnũ eſt ſi nobis in exordio ſummi apoſtolatus

dona uel præcioſa miſiſti qui ſedis in qua ſedemus bene
ficētia cētūmillia auri nūmum & āplius quotānis ex uec
tigalibus tibi conceſſis exigis. Munera tua uix aureos biſ
mile ualuerunt: nec ea apud nos gratis eſſe permiſimus
priuilegia enim & gratias tibi cōceſſimus: quæ abſq; ma
gno auri pondere ab aliis pontificibus obtineri minime
potuiſſes. Tu neq; ſcriptoribus prætaxatā pecūiā p̄ſolui
ſti. Quod nos curiāq; noſtram euntes Mā uam & inde
redeūtes ſummis honoribus excepis: q̄uis laudabile eſt
tui tamen debiti fuit. Neque tibi decori fuiſſet tua in di
tione īhonoratū dōinum iter habere. Verum q̄uis libera
litatem & magnificētiam iſtam tuam probāus: nō tamē
ferendum eſt ut in p̄niciem chriſtianæ plebis nunc aua
ritiæ ſtudeas contumatiā prætēdas. Deus & iudicium &
magiſteriū & domīum ſup̄ te nobis in terra tradidit: &
aīæ tuæ curam cōmiſit: nō prurire auribus tuis aut que
ſint placita in oculis: ſed utilia & ſalubria conſulere: atq;
imparare debemus. Cura nobis totius dōinici gregis im
poſita eſt. Noſtrum eſt ex agro dōinico zizanias malasq;
herbas eradicare: bonūq; ſemen ſerere: hoc eſt in pectori
bus ſubditoꝝ ſucciſis uicioꝝ fōitibus: bonaꝝ artiū & to
tius uirtutis plantare radices: Si quis noſtro non paret
impio) ſicut in ueteri lege ſcriptū eſt) mortis pœnā me
retur. Neq; enim minor eſt in nouo teſtamēto ſūmi pō
tificis auctoritas quam fuit in antiquo: q̄uis benignitaſ
atq; miſericordia maior. Sed nō adeo placidū aut clæmē
tem eſſe ſacerdotem oportet ut peccata ſinat inualeſcere
& dominari portas inferi. Imitandi ſunt prudentes me
dici qui leues morbos leniter curant in piculoſis ægritu
dinibus amaras & aſpas adhibent medicinas: nec ueren
tur crudeli manu putridas ſecare carnes ut pio cōſeruēt
animo incorruptas. Abſcidendum eſt omne quod chriſti

nocet eccleſiæ omnes abuſus reſecandi omens ĩobediẽtiæ mulctande atq; auferendæ ſunt: nitendumq; ſũmo cona tu eſt ut lex chriſti ideſt uoluntas dei ſeruetur in terris. Quibus ex rebus uoluentes animo quam ꝓnicioſa eſt in obediẽtia tua qua uteris mãdatoꝝ noſtroꝝ executionem impediens: nihil aliud hoc eſſe aduertĩus quam ea quæ ꝓ ſalute populi chriſtiani excogitata & decreta Mãtuæ ſũt uelle puertere: & turcis diuinæ legis hoſtibus ĩ nos portã apire cunctãq; noſtram religionẽ conculcatiõi ac ruinæ & deſolationi cõmittere. Ne igitur tantum mali tua reſiſtentia atq; contũacia pariat: volẽtes tã tuæ ſaluti quã rei.pu. chriſtianæ utilitati opportune cõſulere: auctoritate omnipotẽtis dei & beatoꝝ Petri & Pauli apoſtolꝝ eius ac noſtra tibi ſub excõunicatiõis pœna latæ ſentẽtiæ quã contra te ferimus in his ſcriptis: niſi parueris harũ ſerie præcipimus & mãdamus: quatenus infra nouem dies a præſentatione eaꝝ tibi facienda computãdos: quoꝝ tres pro primo: tres pro ſecundo: & rurſus tres pro tertio & peremptorto termino aſſignãus: uocatis ad te ꝓcuratoribus ſeu collectorib⁹ nr̃is plenã libertatẽ & facultatẽ concedas ut ꝓ eos litteræ noſtre tam cruciatæ quã decimaꝝ uigeſimaꝝ & trigeſimaꝝ: in oĩbus locis tuæ ditionis & publicari & executioni mandari tute libere: & abſq; omni impedimẽto ualeãt. Et tu nihilomĩus trigeſimã & contĩgentem iuxta formam earũdem litteraꝝ & in termino ĩ illis contento ſine diminutione ꝓſoluas. Sciens quia niſi hæc feceris grauioribus edictis ac pœnis tuam contumatiam obſtĩationẽq; coercebĩus. Cũcta priuilegia cũctasq; gratias uel tibi uel tuis maioribus ab apoſtolica ſede cõceſſas reuocabĩus & adnihilabĩus: neque patiemur ꝙ rebellione utens erga matrem tuam Romanã eccleſiã & defenſionẽ impediẽs chriſtianæ fidei vicarius tẽporalis ſub

Romano pōtificatu aut honore aut cōmodo potiaris. De præſentatiōe litterarū tibi facienda earū latori fidem præſtabimus. Expende igitur hæc & cūcta diligēter conſyderā: & q̄uis nobilis es & potens nobiliorem tamen & lōge potētiorē eſſe apoſtolicā ſedem ſcito. Tu filius es ipſa mater: tu diſcipulus ipſa magiſtra: tu vaſallus ipſa domina Tu fragilis & more mortaliū cito periturus. Ipſa ſupra firmā petram ideſt ſupra chriſtū fundata īuiolabilis pſeuerat. Nam q̄uis aliquando fluctuet beati Petri nauigiū uētorūq; uariorum turbinibus agitetur: ſumergi tamen aut pire nequaq̄ poteſt: Conſidera diligenter qbus te beneficiis Romana eccleſia cūulauerit: & caue ne repiaris ingratus qui fratri tuo nullatēus ſuccedere potuiſſes niſi te manſuetudo & exuberans apoſtolici throni benignitas miſeratiōis ſuæ gratia præueniſſet. Age gratitudinē atq; obedientiam oſtende Romano præſuli neq; moleſte feras quod te pœnalibus cōmouemus edictis. Inuiti enī hoc agimus: īuiti tuam dilectionē exacerbāus: ſed urget nos zelus domus dei & publici tuiq; cura boni. At hæc q̄uis amara & acerba prima guſtatiōe uidebuntur: mox tamen dulcia fient ac ſuauia ſi ad cor rediēs non tam ſæculi pompas q̄ chriſtum amare & quæ ſurſum ſunt ſape non quæ ſuper terram cœperis. Datum Senis.

XI Epiſtola Pii Pape ſecundi ad ferdinandum Regem cōmendans negotia Mirabali & petens animū eius in re Caſtilionis ſæpius promiſſi:.

IVS Epiſcopus Seruus ſeruorū dei. Cariſſīo ī chriſto filio Ferdinando Regi Sicilie ſalutē & apoſtolicā benedictionē. Conturbaſti & adhuc conturbas miro modo mentē noſtrā duabus ī rebus

Vna eſt in negociis dilecti filii Iohānis miraballi: quem non tractas eo modo quo uellemus: cum ſcias nos eum & familiam ſuam plurimū diligere. Alia eſt de Caſtilione ſæpius promiſſio: cuius traditionē modo una uia modo alia protrabis: ſup ambabus rebus mittimus ad te dilectum filium Antoniū de noxeto ſcutiferū noſtrum ut intelligamus tandem mentem tuam: & ſciamus quo modo nos habere debeamus. Nam hactēus licet tui cauſa multa & magna fecerīus ex te nihil niſi bona uerba reporta uimus. Dabis antonio fidem ī dicēdis tanq̄ nobis: & fac ut aperte tuum anīum in utraq; re intelligāus. Datum Macereti die xxix Maii Mccccl x. manu propria.

XII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Iſabellam Siciliæ Reginam de his quæ ad Regem ſcripſerat.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimæ in chriſto filiæ Iſabellæ Reginæ Neapolis. Salutem & apoſtolicā benedictionē. Sup nōnullis rebus concernētibus factum dilecti filii Iohānis miraballi mittimus ad te & uiꝝ tuum Regem dilectū filium Antonium de Noxeto Scutiferum noſtrum: cui uelis in dicendis noſtro nomine plenam fidem præbere & ita te habere ſicut de tua deoutione cōfidimus & nr̄a erga te & dictum Regem opera expoſcunt. Datum Macereti die xxix Maii. M cccclx. manu propria:.

XIII Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Franciſcū Cardinalē ſenēſē ut cardīalē ſanctæ Ceciliæ tanq̄ patrē obſeruet proficiſcentem ad exercitum:.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Frācīſco Cardīali Senenſi. S. & apoſtolicā

benedictionem:Exigẽtibus ecclesiæ necessitatibus mitti-
mus dilectũ filium Cardinalem sancte Ceciliæ ad partes
Marchiæ & regni siciliæ:& ad exercitum nostrum. Volu
mus ut oĩa executioni mãdes quæ ipse dixerit eumq; li-
cet sine legatiõe ꝓficiscatur tanq̃ patrem honores & ob
serues:q tamẽ cito ad nos redibit. Accepĩus quæ scripsi
sti ꝓcuratori tuo de facto thesaurarii:ſũus de te bene cõ
tenti:laudamus quæ opatus es ĩ oppido Saxiferrati pru
denter singula & diligenter egisti ꝓge ut facis:& bonum
nomen custodi. Sic nobis maxime placebis. In Saxoferra
to fiet quod uis tuæ iurisdictioni cõmittetur. Nos tamẽ
unũ de Picolominibus in ea arce uolumus collocare:De
præside siue potestate facies ut uoles. Datũ Sẽis & scrip
tum manu propria die vi. Augusti. M cccclx:

XIIII Epistola Pii Pape secũdi ad Cardinalẽ Aqleginẽ
sem:in qua hortatur eum

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei. Dilecto fi
lio Lodouico Cardinali Aqleginensi:salutem
& apostolicã benedictionem. Cum tuitionem
carissimi filii Ferdinandi Siciliæ regis accepimus multo
melior eius erat quam hostis sui conditio:& ratio suade
bat ne sine causæ cognitione pateremur eiici regno quẽ
constituissemus regem. Mutata est res & hostis effectus
potentior sicut fortuna belli uaria est. Non tamen idcir
co mutata causa indecoꝝ nobis uidetur eius res miseras
nõ tueri cuius florẽtes audiuimus. Neq; ferendũ est ut
regnum ecclesiæ ĩuita ecclesia possideatur. Stat igitur sẽ
tentia ceptum bellum & iustum non derelinquere. Audi
uimus quæ per Scarãpium tuum nobis in hac re signifi
casti. Laudamus consiliũ & auxiliũ amplectimur:est ãimi

noſtri legatum mittere in regnum experientia & nomie probatum nec alius quam tu occurrit melior. Hortãur igitur hanc prouinciam acceptes & ei te accingas: qua re nihil ẽ quod nobis efficere poſſis gratius. Neq; ſubtrahas quaſi egrotum. Podagra enim non eſt exitialis morbus Neq; nos tuas manus aut pedes: ſed conſiliũ exigimus & ſi pedibus opus erit & manibus Archiepiſcopus rauẽ nas hæc tibi iſtrumẽta ſupplebit. Neq; rurſus res afflictas cauſeris: fiet enim magna mutatio ut & nos & Ducẽ mediolani notum erit auxilia totis conatibus ſuppedita re: & ſũma laus eſt res ꝑditas reſtituere. Viros fortes in aduerſis cognoſcimus: & ardua petit uirtus. Age igitur Noli hoc onus honori coniũctum maximo fugere: & gere nobis in hoc quod magnopę cupimus morem. Tuũq; animum q̃primum nobis effice notum. Datum ſenis nona Septembris. Mccccl x. manu propria.

XIIII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Ferdinandum Regem: in qua dubitantem eum de Põtificis aĩo cõfirmat.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Carĩmo in Chriſto filio Ferdinãdo ſiciliæ regi illuſtri Salutem & apoſtolicam benedictionẽ. Ex his quæ multifariã nobis tum alias tum nouiſſime per Raphaelem familiarem noſtrum ſignificaſti: aĩaduertimus te dubitare ne mutato in te aĩo ſimus: uel propter Caſtilionis: uel propter Terracinæ caſus. Credĩus nõ deeſſe q hoc tibi ſuadeant: ut multi repiũtur qui principum aĩoſ diſſiũgere quam coniũgere paratiores ſunt. Et nos olim tibi ſcripſimus uicinoꝝ potẽtatũ raro ſtabilem eſſe amicitiam: quod tamen nos futuꝝ minime arbitramur: quãdo nec tu iniqs delatoribꝰ præbebis aures: nec nos uerba

non ꝓbata mouebunt. Et ſi enim aliquando coniecturis aliquatis ꝓmoueamur non tamen cadimus ex ꝓpoſito: niſi re plane cognita. Quod ſi Caſtilionēſes Terracinenſeſq; res nonnichil animi rationis præbuerūt. Nunquā tamen nobis ꝓſuaderi potuit tuam rem non recte erga nos uadere. Idq; tandem exploratū habemus: non eſt igitur cur nos uel mutatos eſſe iudices: uel facile poſſe mutari. Nos te inueſtiuimus & coronauīus de regno & magno & nobili. Nos te regi rēato præpoſuimus: nos tuam cauſam in conuentu Mantuano magnifice defendimus Nos propter te magni & potentis Frāciæ Regis inimicitias paruipēdimus: nos ut Piciniuum tibi retineremus pacta quæ pro Malateſta babebāus nobis utilia & honorifica remiſimus: nos Symōetum cum magnis copiis: & Iohannem malauoltā in tuum auxilium miſimus quoꝝ alter captiuitatem incidit alter necem & alium exercitū in Abrutiis iam rebellanti Picinino oppoſuimus: nos etiam te auro iuuimus: nos etiam nuntiis & litteris tuas partes ubiq; gētum tutati ſumus adeoq; fauoribus ꝓſequti ut bellum etiam tui cauſa noſtris laribus ſubſtinea mus: videmusq; nunc ſubditos noſtros omni hoſtili clade uexari. Quantū pecuniaꝝ expoſuerimus in hoc bello quātos feramus repræſores: quot ſubiecti ſumus & periculis & inſidiis non facile dictu eſt: haud quāq; tot & tanta pro te feciſſemus ſi mutare animū libuiſſet. Stat ſententia non mutare propoſitū. Quod ſi deus dabit ut hic uicinus noſter ex agro noſtro repellatur hoſtis: itelligēt omnes quanti Ferdinandū eiusq; iuſticiam faciamus: & tu plane cognoſces neminem eſſe qui caritatem erga te noſtram ſupet. Quāuis hocipſum iam opera noſtra palam oſtentarunt. Nam neq; Alfonſus ſi uiueret maiora potuiſſet oſtendere dilectionis ſigna quā nos oſtendīus.

Scriberẽus plura niſi propoſiti noſtri edoctus Raphael ad te rediret. Ex eo cogitatiões noſtras ões ītelliges Tu ei fidem adhibeto & adhibeto: & ꝑſuadeto tibiipſi nichil prorſus de aĩo noſtro erga res tuas eſſe mutatũ. Tantũ demorato ut pium ꝓpoſitum noſtrum poſſimus explere. Scriptũ Romæ mãu propria die xxiiii Octobris: Mccccix. Pontificatus noſtri. anno Tertio:.

XVI Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Regem Caſtellæ & legionis: ne ſe opponat Cardinali ſancti ſiſti ad ꝓuiſionem eccleſiæ legionenſis.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in chriſto filio Henrico Caſtellæ & legionis Regi illuſtri. Salutem & apoſtolicã benedicti onem. Cum uacaſſet in curia noſtra apud Senam eccleſia legionẽſis prouidimus ei de ꝑſõa dilecti filii Iohãnis Cardinalis ſancti Siſti. Cuius probitas ac doctrina toti orbi nota ẽ: quẽ claræ mẽoriæ genitor tuus plurimi fecit: hæc poteſtas prouidendi eccleſiis ꝑ uniuerſum orbẽ non ab hõibus: ſed ab ipſo deo tradita ẽ beato Petro apoſtolo: & per ipſum eiuſq; ſucceſſores ad nos uſq; deriuata. Tute noſtræ prouiſioni opponis. Non uteris bono conſilio nec bona excuſatio ẽ ius patronatus allegare. Nam ſedes nr̃a in eccleſiaꝝ regimine nullis hũanis iuribus aut priuilegiis impeditur. Cõminaris Cardinali niſi cedat eius cõſãguineos regno tuo eiicere. Idem fecit Rex Angliæ erga ſanctum Thomam cãtuarienſem: ſed non fuit ĩpune peccatum ſuum. Caue fili hæc exempla & bonoꝝ potius regum q̃ tyrannoꝝ imitator eſto: neq; audias eoꝝ uoces: qui te contra ſedem Romanam incitant. Nam hoc ẽ matrem ꝑſequi ab euangelio diſcedere: ſine quo ſaluari nẽo

poteſt. Vide quid agas: nos te amāus & bonori tuo cōſuli mus: ſtudebīuſq; quoad poterimus ſaluti tuæ adeſſe :& bonum ſtatum tuum adiuuabimus. At ſi pgis aduerſari nobis non erimus nos in culpa ſi tuebimur Romanæ ſe dis priuilegia quæ diuina ſunt: & a nullo poſſunt q̄uis Rege aut Impatore caſſari. Fugito omne cōſilium quod noſtrā caritatē a te poſſit auertere. Quod ſi feceris opti me aīæ tuæ: & tuis ſubditis cōſultū ibis & nobis cām pre bebis ut amplius atq; amplius te amemus. Scriptū Ro- mæ apud ſanctum Petrum Kalendis Nouembris manu propria & raptim Mccccl x.

XVII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Cardinalem ſanctæ Ceciliæ: qua monet eum ne putet extimationē ſuam eſſe apud ſe imminutam ex direptione cu iuſdam oppidi.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto fi lio Nicolao tituli ſāctæ ceciliæ Cardinali The anenſi. Saluté & apoſtolicam benedictionem Magno merore nos affecit concuſſitq; miro modo mēte noſtram triſtis caſus qui nudius tertius in caſtris nr̄is accidit longeq; magis animū noſtrum conturbauit: quā cōflictus apud Sarnū proxima æſtate habitus. Illic enim nemo cecidit niſi qui hoſti ocurrit armatus: hic etiam im belles & innocentes pueri ſunt extincti. Ibi uicti noſtri ſo lum arma & equos amiſere: hic uictores nomen & fidem perdidere. Gaudebamus oppidum ſine ſanguīe ſine præ da in deditionem ueniſſe. Et ecce ruptis fœderibus ſeuitū eſt in eos qui ſeſe ſpōte dediderūt. Nec fœminis ſua ſer uata eſt pudicitia: nec īfātibus uita. O nephas: O pudor Siccine craſſatur maximi præſulis exercitus. Et quid alii

faciant? Quis deinceps nr̃am fidem sequetur? Succubuis se in bello minus damni erat. Sed sic in cælis uisum erat futur⁹. Magna ruina facta est nostri honoris. Per famā & infamiam trāsire oportet. Nihil imputabimus tibi fi li dilectissime: Scimus quantus est īpetus furentis exer citus. Sæpe magnis Impatoribus hæc acciderūt. Sæpe in uito Pompeio exercitus arma tulit: nec semp Alexander aut Anibal aut Iulius suas copias retinere potuerunt. Quid mir⁹ si alienios⁹ Ducum turmæ tibi nō paruerūt? Credimus: & si læsa est estimatio tua apud ignaros rerū aīam tuam apud iudicem qui cuncta uidet nihil detri menti passuram. Nec nos hi sumus q̃ ex te detrimentū animæ reqramus. Scis quia nunq̃ quicq̃ tibi mādauius contra præcepta ecclesiæ iusticiæq⁹. Si hoc scandalū sequu tum est quod tuo nomini non nichil detrahit: Gaude quia sic culpa es: gaude qa nos etiam socios habes. Nam & nos omnis populus mordebit: q̃uis innocentes simus Ne terrearis. Suffict apud deum ueritati locū esse: pge ut cœpisti: cura ut infelicibus oppidāis quantū fieri po test damna resarciantur. Da opam ut arx omnino expu gnetur: si non uult deditionē facere & bona quæ ibi sunt reddātur dominis: possunt paupes incolæ priuilegiis or nari: & aliis mois pro damno compensari. Nos eis omnē humānitatem præbendā cēsemus quādo contra ius fasq⁹ uiolati sunt. Perge ne timeas impetum fortunæ: hæc uir tuti nouerca est: sed uincitur pseuerātia: psuade tibi nos bene de te credere. In magno nunc mari uersamur. Ha ut undiq⁹ aduersi uenti & fluctus īmēsi agitāt nauē. Du randum est donec tempestas conquiescat: & placidū fiat pelagus Dabit deus his q̃uoq⁹ finem malis: duremus & seruemus nos secūdis rebus: neq⁹ enim mons ē sine val le: & tempestati succedit tranqllitas. Alia scribet tibi nr̃o

nomīe Georgius noſter. Vale Datum Romae apud ſan ctum Petrum quinto nouembris: Mcccclx: manu ꝓpria.

XVIII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Iacobum Sabellū qua eum monet ut dimiſſo Iacobo picinino ad eccleſiæ deuotionem reuertatur:

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Iacobo Sabello Domicello Romano. Salutem & apoſtolicam benedictiōem. Miſeret nos tuæ ſenectutis q ætate grauiori cōfectus bello uexaris & armis. Cōpatiūr dōui tuæ prænoibili quā ꝓpe caſuram cernimus. Condolemus filiabus tus quæ ꝓpt̄ duriciem animi tui hereditate magna exparte fraudātur. Nā ſi pergis obſtinato corde mandata noſtra reſpuere: neceſſe eſt ut oſtendamus tibi q̄piculoſa ſit in ſupiores rebellio. Inuiti ſane & prorſus mente aduerſa contra te agimus nobili proſapia genitum: quæ pontifices aliquando genuit. Amamus tui claritatem generis & te aliquando dilexim⁹: ſed conpuliſti nos ī odium tui cum nolles imperata facere. Mandauimus tibi ut milites Iacobi piccinini hoſtis noſtri ex oppidis tuis arceres: ſi timeres aut illū aut vrſinos militiam noſtram obtulīus: quæ te tuaq; cuſtodiret. De urſinis quos tibi iniurioſos aiebas iuſtitiam polliciti ſumus. Noluiſti audire uocem noſtram: diu noſ cauilloſis reſponſionibus ſuſpēdiſti. Deniq; cū uideri uelles aliquid agere parituꝝ te dixiſti: ſi Nazāum quod Nicolaus quintus ob demerita tibi abſtulit reſtituerēus: ſi ſtipendium in ducētos eqtes daremus: ſi vrſinos ablata reſtituere cōpelleremus. Que poſtulata obſidētis potius q̄ obſeſſi uidebātur. Quid ergo miraris ſi te urgemus? ſi tuam cōtumatiam retondimus? ſi tuo exemplo alios

monemus ne rebellent. Cogis nos tua ptinacia & tæla ec
cleſiæ contra te prouocas. Sed accuſas ſpolium ī tuos fac
tum apud nardini Podiū & fidem uiolatam affirmas: &
ſæuiciam militum damnas. Fatemur: ſeuitum eſt in tu-
os homines: idq; nobis inuitis ac dolētibus: ſed fidē frac
tam negamus. Oppidani enim contra ius belli poſt datos
obſides triginta pedites tuos admiſcere: & nichilominus
ſeruare eos nepos noſter Antonius uoluit: ſeruaſſetque
niſi Arcis tuæ præfectus uulgus militum e caſtris ſigno
dato in oppidum uocauiſſet: dediſſetq; additum. Qui
cum eſſent præde auidi retineri non potuerunt. Antōius
dum contra nititur uix mortem euaſit: quod ſi male ac
tum eſt in oppido tuo prefecto: tuo imputa. Interroga fi
lias tuas quæ affuerunt: ipſæ tibi ueritatem narrabunt:
& quanta fuerit nepotis noſtri in cuſtodia mulier & pa
upes & ruſticos diligētia referrent. Tu nunc Romanis con
ſeruatoribus ſcribis: & minas adiicis ſuadens ut armēta
ſua cuſtodiāt. Melius agas ſi tibi ipſi cōſulas: & res tuas
ſaluas uelis: neq; omnem eccleſiæ indignationē experiri
temptes. Credito quia non es tu par pōtifici maxīo: nec
tuæ ſunt uires quæ fundamēta eccleſiæ poſſint euertere
Romanor peccora noſter miles tuebitur: tua niſi Piccini
nus cuſtodiat peritura ſunt: at quāta ſit in piccinino ſpes
habēda iā didiciſti qui ſub eius promiſſis podiū amiſiſti.
Tempus eſt ſi ſapis ut ad te redeas: petis ut romāi te no
bis comēdent. Fruſtra ex aliis quæris quod ex te ipſo ha
bere potes. Tuū ē ſi uelis cōmēdatū te facere: tua te fac
ta ſaluabunt. Non ſumus nos qui ſanguīem tuum ſitia
mus nec tuam domum pire cupīus. Quod diximus ab
initio belli: & nunc in medio repetimus. Reice Piccinini
milites & pacem habebis. Querito ueniā & inuenies eti
am gratiam: nos q̄uis īdigni vicem dei tenemus: īterris

Conuerſionē peccatoris non mortem quærimus. Nihil excuſationis habes quod Piccinino ſis obligatus: nulla ē promiſſio quā non tollat iuſſio prīcipis: Non licuit te fœdus iniſſe. In iuſſo noſtro initū auferre debes cū iubēus alioquin iiurius es tuo domīo: & eccleſiæ fidē fallis. Nec Piccīnus ita ſe habuit erga te ut quicq̄ ſibi debeas: Recole demū ex quo ſanguine natus es. Recole qd debeas ecclesiæ: Recole quāta ꝑpeſſus es: & finem miſeriis quære Quæ res aūt ſi mādata noſtra obediēter recepis: loq̄mur tanq̄ pater: qui non omnino filiis oblitus eſt. Tu filiū ꝑdigū imitare: de quo loqtur euangeliū: Redi domū & patris miſericordiā potius quam iudicis iram expiri uelis Nos tibi æquas cōditiones nunq̄ negabīus. Datum Romæ manu propria: die xix: Nouebris. pōtificat⁹ nr̄i anno tertio:.

XIX Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Cardinalem Theanenſē: qua hortat ut forti aīo millitiā tolleret.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Nicolao Cardinali Theanēſi. Salutem & apoſtolicā benedictionē. Videris ex his quæ ſcribis opinari aliquos eſſe apud nos qui tuæ fidei detrahant: non ita eſt: longe falleris. Nam qui carpi putas laudaris: uec nos hi ſumus qui de te ſiniſtra credere poſſimus: natura ita iubet: ut quibus benefecīus fidem habeamus. Nobis labor tuus cognitus eſt: nec de conſtantia dubitamus. Quod ſi Antōii copias reuocauīus: id factū eſt ne tempus fruſtra ducerēt: iam enim ex caſtris abierant propter contētiones & iurgia quæ præceſſerāt: nec ullo tibi erant uſui ut accepamus Ex te. Igitur arbitrati ſumus eas in campaniā mittere: ut ꝑ hoc tēpus quo aer patitur hoſtes ubi uexarent: & hoc tibi ſcribi iuſſimus.

Si non est factū negligētiæ dabis non malitiæ. Iohannem
franciscū putauius Antōio sociādum: ut esset qui ei pro
rex expiētia cōsuleret. Incauta enim iuuentus est nō ha
bens rectorem. De bracciāis est eadem sentētia quæ tua
ne quo pacto recedāt nisi nouis supueniētibus. Nec nos
te ursinū sed apostolicū existimamus esse neq; tua consci
lia unq̄ damnauimus etsi aliquando nostra prætulimus
ut est mos dominorū: te æquū animum habere decet etiā
si aliquando deliremus. Scis enim plus domini stultitiā
posse quam serui prudētiā: boni autem seruitoris ē: que
peccant dōini non carpe: sed emēdare: & hoc te facere p
tua integritate minime ambigimus: hortamur te ne tur
beris si aliquādo aut hoc aut illud impamus: quod præ
ter tuam mentem sit: Existimas noxium esse quod iube
mus: rescribe: tempa: corrige: muta: nihil nos uolumus
quod malum esse intelligamus. Scimus grauem esse pro
uinciam tuam: sed grauia quoq; subeūda sunt onera: &
magnas dignitates magne curæ sequūtur: hoc nos expi
mur qbus noctes īsōnes trāseūt. Iequoq; barū miseriarū
participem rubeus pyleus reddidit. Fac bono animo quod
facis & dura nec rumusculos timeas: per bonam famam
& malam non tibi solum: sed nobis quoq; trāseundū est
hortare magnificū Alexādrum & Comitem Vrbinatem
ne spem nostram fallant. Viuimus sub alis eorū. vrgeāt
hostes dum tempora ferunt & Sabellum resipere cogāt
Nos illi scripsimus ut in his exemplaribus uidebis quæ
mittimus: vtinam intelligat. Nam sibi & nobis proderit
resipiēs. De Marchia cognouimus quæ significasti: mul
ta mala minatur homo tuus nec nos minora expectāus
nunc nos deo caros cognoscīus quādo ūdiq; tribulamur
Sed finis miseriarū aliqn̄ erit tu patere nobiscum q etiā
nobiscū regnaturus es. De officio quod pro amico quæ
ris Gregorius tibi respōdebit: ē anīus noster pmissiōes

tuas haud irritas facere. Vale & militiã quæ potius malitia dici poteſt forti ãimo tolerato donec ad nos redeas quod breui fiet. Scriptũ Rõæ manu ꝓpria .xx. Nouẽbris Mcccclx

XX Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Iacobum Sabellum ut tandem redeat ad Põtificis gratiã: ut pollicitus fuerat

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Iacobo de ſabellis Domicello romano. ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ. Audiuimus ãimũ gerere te: ut quæ nobis grata ſunt facias. Id nobis acceptiſſimũ eſt qui te ſemp dileximus: & inuiti tua loca oppugnauiſus. Fac ut opa uerbis conſonẽt: & ſequere fidem noſtram. Plus recipies tacendo quã petendo. Nobis mens eſt nobilem domum tuam honorare: non deprimere. Sapiẽtiæ tuæ fuerit ut ſcias uti ꝓpoſito noſtro. Scriptũ Rõæ manu ꝓpria apud ſanctũ Petrũ. Mcccclx ãno. iii.

XXI Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Federicum Imperatorem in fauorem Franciſcisforciæ Ducis Mediolani pro inueſtitura Ducatus.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in Criſto filio Federico Romanoꝝ Impatori ſemp Auguſto. Salutem & apoſtolicã benedictionem. Intelleximus referẽte Venerabili fratre nr̃o Epiſcopo & Cardinali Niceno: qui apud eſt ſup re Ducatus Mediolanen̄ nihil eſſe concluſũ: ſed abiiſſe nuncium qui ad id miſſus erat ſine ſpe ulla & truncatã eſſe praticam: ab altera parte cum ſibi nimiũ uideatur quod petitur: hoc certe nobis moleſtum eſt: nec uidemus cauſã ſufficientem propterq̃ hoc bonum impediatur. Illud enim

imprimis constat. Si pecunia quæ petitur exsoluatur ne gocium absolutum esse. In hac parte qui petit facile põt minus petere. At qui promittit iustã causam habere põt propter quã non plura ꝓmittat quia desint facultates: & nolit ꝓmittere quæ nequeat adimplere. Certe fili nõ sũt tantæ opes eius qui Mediolano potitur quot creduntur At onera opinionẽ excedũt multa ei necessaria sunt qui tantum dominũ & tam iuidiosum & cum talibus uicinis tueri habet. Nos te rogãus ut hunc virum & familiã suã amplexeris: quæ in posterũ Maximiliano tuo & tuoꝝ natoꝝ natis semp sit obnosia. Tu nunc Impator es vtinam diu uiuas. Migrãdum tamen & tibi & omnibus est q ui uunt in terra. Nec tu post obitũ Impator eris: nec in tua domo semp erit Impium: nec tu hoc præstare potes: sed ut impii beneficia in tua familia ꝑpetua sint hoc effice re potes: efficiesq; si dum potiris impio: ipsius impii uiri bus multos tibi & posteris amicos feceris: inter quos no stro iudicio hi quoq; diligẽdi sunt: in quoꝝ manibus Me diolanũ est Frãciscussfortia & filii eius qui multũ in ita lia possunt: & in futuꝝ ut credibile est poterunt. Multũ Impatoribꝰ ad res italas præstare lombardi possunt & po tissime Mediolanẽses. Sẽsit hoc Robertꝰ bauarus: qui de posito Vinceslao electus impator dum romam pro corõa peteret a Galeazio Mediolanensiũ principe ꝓfligatus in patriam rediit sine corona. Galeazius enim Vinceslai ca usam tuebatur: a quo fuerat Dux creatus. Nosti quoq; ut arbitrãur italiæ statũ: & q exceptis Mediolanẽsibus pa uci ad impium respiciunt: his etiã exceptis qui nõ ut ser uent: sed ut ꝑdant inspiciũt: q si mediolanũ in alicuius a liquando populi potestatem uenerit: actum est de impio in italia nec pauper ecclesia sine detrimẽto erit quæ longe melius cum imperii amicis se habet quam cum inimicis

Optãus igitur ut tui & noſtri cauſa petitam ſæpius inue
ſtituram concedas ne des occaſionẽ quod alii tuam glo
riam uenari poſſint. Non fruſtra loqmur imperialis iã
alias Genua frãcoꝝ facta: & Aſtenſis Vrbs frãcis paret
Nec Dux Sabaudiæ tam te reſpicit q̃ frãciæ regem. Re-
gnum Siciliæ nutat: & q̃uis conamur eccleſiæ in eo nõen
tueri: neſcimus tamẽ reꝝ exitum quoniã futuri ſoli deo
cognitio relicta eſt. Age igitur prudẽtiſſime princeps no
li propter defectum alicuius pecuniæ iueſtiturã hanc ne
gare: quæ impiũ ſeruabit ĩ italia & romãæ eccleſiæ pluri
mum conſulet. Si non moueris Frãciſci præcibus moue
ant te filii eius qui ex ſanguĩe Philippi prodeunt quem
tui prædeceſſores inueſtiuerũt. Moueat te imperiũ quod
niſi hoc feceris ex italia pelletur: moueat te pauper italia
quæ inuita coronã & faſces imperii deſerit: moueant te
noſtra rogamĩa quæ pluris eſſe debẽt: q̃ reqſitæ pecuniæ
Concede nobis quod aliis negas q̃uis tibi plura debẽus
q̃ poſſimus ullo euo ꝓſoluere. Poſtrẽo moueat te tuus
Maximiliãus qui tibi deo præſtãte ſupſtes erit: & aliquã
Principum familiam ſibi amicam in italia cupit: quãdo
& tu illi in italia nõ parua dominia relicturus es. Nec a
lium in Auſtria uides qui plura expectet. Noſti qui ſunt
vicini tuæ domus & quod nonſoli ſui cenſes aliquãdo ti
mẽdi ſunt. Facito igitur tibi & liberis tuis amicos: & ute
re imperio ĩ tuam tuoꝝq; gloriam atq; ſalutem. Nec ne
ges quod tantis præcibus impetrare nítũtur: cũ id quod
reqrimus & tibi & impio & nobis ex vſu eſſe cognoſcas
ſempq; plus in amicis præſidii q̃ in pecuniis ponito. Da
tum Romæ apud ſanctum Petrum: ſcriptũq; manu pro
pria. ii. nonas Februarias. Mcccclx:.

XXII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Federicũ Impaorẽ

bonum animum ſuum erga illum oſtendens q non poſ
ſet immutari.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in chriſto filio Federico Romanoꝝ impatori ſemper Auguſto. Salutem & apoſtolicā bene dictiōem. Scribimus ſæpe & multa p legatos ac nuncios ſignificamus quoꝝ fortaſſe aliqua moleſtius accipis: non tam mentem noſtram q̄ uerba reſpiciens. Nos illud tuæ māſuetudini pſuaſum eſſe uolumus: nihil nobis placere quod animū tuum offendat. Scimus q̄tum excellentiæ tuæ debēus: nec unq̄ cōmittemus ut ingrati repiāur. Si qs putat nos poſſe aduerſus te irritari maxi me fallitur: etiā ſi aliquādo facias quæ nolimus & que ue limus negligas. Vendicauerūt hoc ſibi tua erga nos meri ta quæ nullis æquare obſequiis unq̄ poterīus. Accepimus hoc maligno tempore nonnulla parari: & tibi & nobis con traria: quæ ut arbitramur cum ſuis auctoribus euāeſcēt Certi ſumus qa nō deeris: veꝝ ſcito nos quoq; tibi quoad uixerīus non defuturos: idq; tibi īfixum toto pectore ſit Eſto itaq; bono aīo difficile eſt apoſtolicā ſedem & Roma num imperium ſimul euertere. Altius fixe radices ſūt q̄ ventis euelli queant. In ſūmo poſiti uertice ſine uentis eſ ſe nō poſſumus. Noſtrum eſt perſiſtere & ſolida uirtute machīamētis maloꝝ hōinū occurrere: Scriptū Rōaæ ma nu propria apud ſāctū Petrū: Nonas Martias. Mccccl x:

XXIII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Regem frācoꝝ ad hortās ipſū ut pragmaticā ſācionē e regno ſuo eliminet

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in chriſto filio Ludouico Regi franciæ illuſtri Salutem & apoſtolicam benedictionē. Viuēte

patre tuo claræ memoriæ Carolo perſonam tuam ſemper dilexímus & magnifecíus. Nec ulli rei cõſẽtire unq̃ uolu imus: quæ uel honori uel ſtatui noceret. Nunc quando il le a domino uocatus eſt: & tu eius locũ tenes nõ minori te ſtudio atq; amore proſequẽur. Bẽigna tibi ſemper erit apoſtolica ſedes. Tu facito ut uiceuerſa in regno tuo Rõa na eccleſia mater fideliũ in ſuo honore ſuiſq; præminen tiis cõſeruetur. Neq; ulterius pragmatica ſactio: quæ cũ deo ſtare non poteſt tui populi aĩas perdat. Veniant ante oculos tuos glorioſa maioꝝ tuoꝝ geſta. Qui mirificis ho noribus chriſti uicarios proſequuti ſunt: & pro tuẽda re ligiõe ſæpe cum exercitibus ĩ Aſiam trãſiere. Cogita quã to cum piculo fidei noſtris ceruicibus: & in Græcia & in Hungaria imminet Turcus: & da opam ut pacato q̃celer rime regno ad tutelam religionis cõmunibus uiribus ar ma ſumi poſſint: Ad quam rem perſuade tibi nihil nos prætermiſſuros ex his quæ ĩ nr̃a poteſtate fuerunt. Sup his latius te alloquetur Venerabilis frater Iohãnes Epis copus Atrebatẽſis quem ad te mittimus. Tu illi tanq̃ no bisipſis fidem adhibeto. Pius deus tuos greſſus dirigat: & tibi ſemper aſſit. Scriptum Tibure manu propria. xv. kalendas. Septembris: Mcccclxi:

XXIIII Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Ducem Burgun die ut Iohannem Epiſcopũ Atrebatẽſem iſtru at quo pacto ſe habeat regere: cũ Rege franciæ

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio nobili viro Philippo Duci Burgũdiæ. Sa lutem & apoſtolicã benedictionẽ. Accepimus claræ memoriæ Carolum Franicæ Regem na turæ debitum ꝓſoluiſſe: & Ludouicũ filiũ eius ad regnũ

eſſe uocatum. Pius deus & patri defuncto miſericordiam oſtendat & uiuenti ſuccedētiq; filio benignus aſſit. Nouellus rex ut exiſtīamus memor erit tuæ erga ſe caritatis qui Extorrem confouiſti. Multūq; tuo iudicio tribuet Arbitramur igitur iam ueniſſe tēpus quo & pragmatica ſanctio uenenum terræ ex Frācia reiciatur. Et aduerſus Turcos chriſtianæ religiōis hoſtes magnifice arma ſumā tur. Pro qbus rebus mittīus ad ipſum regem: venerabilē fratrem Iohānem Epiſcopū Atrebatenſem quem tamen prius te iuſſimus adire: atq; ex te mandata ſuſcipere ſecū dum que ſe gerere habeat: q pro tua ſapiētia noui Regis mores optime noſti: & quo modo ſit aggrediendus non ignoras. Tu ergo amātiſſime fili & uerus apoſtolici defen ſor honoris inſtrue oratorem noſtrum: & uias illi oſtēde per quas ad ea perueniri poſſit quæ deſyderāus recogno ſcatq; tandem Frācia ut debet chriſti Vicariū & defenſio religiōis totius conatibus aſſumatur quēadmōm te ſem per optare aīaduertīus. Reliqua explicabit tibi dictus Epi ſcopus cui tanq̄ nobisipſis fidem adhibeto. Pius Deus te nobis & uniuerſe rei pu. chriſtiāe diu conſeruet. Scriptū manu propria Tibure. xx. kalendas septēbras: Mcccclxi:.

XXV Epiſtola Pii Pape ſecundi ad Regem Francorū cōmēdans eū quod pragmaticā e regno tollere uellit cui reginā Cypri e regno pulſā cōmēdat.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Carīmo in chriſto filio Ludouico Regi Frāciæ illuſtri Accepimus ex litteris Venerabilis fratris noſtri Iohānis Atrebatēſis quanta eum caritate complexus ſis: & q̄pium erga nos & Romāam eccleſiā geras affectum. Vtq; ad tollendā de tuo regno cōſtitutionē

illam quæ pragmatica dicta est uolenti & erecto sis animo Laudamus deum & suæ maiestati benedicimus quæ talē tibi mētem dedit. Nam quid aliud dicere Possumus: nisi q̄ ex magnis periculis dei bōitate liberatus es: et ī hæc tē pora reseruatus ut esses qui susceptō regno paterno sub latis erroribus libertatem sacrosāctæ Romanæ ecclesiæ in staurares atq; restitueres & maiorū tuorū aequata gloria christiāo nomini quietē fundares. Benedictus deus q tue personæ custos fuit & spiritum tuum erexit ut cogitares quæ pia & omni laude sunt digna. Sic magnus Constan tius: sic duo Theodosii: sic Carolus magnus: & plures ex tuis progenitoribus immortale nomen & ī extinguibilem consecuti sunt gloriam: quia Romanā ecclesiam matrem suam debito sunt honore prosecuti: quorū te uestigiis ībe rentem & diligīus totis præcordiis & laudāus: & omnis te posteritas cælebrabit. Illud autem inter cætera cōmen damus quod absq; conuentu & cōsultatiōe multorū prag maticam auferre statuisti quēadmodū idem Episcopus nobis significauit. Sapis certe regem te magnanimū ostē dis qui non regaris: sed regas. Optīus enim princeps est qui per sese recta cognosit: & opatur: qualem te esse con fidimus: nec scriptura quæ ait ubi multa cōsilia ibi salus non consultorū multitudinē reqrit: sed consiliorū maturi tatem & digestionē quæ res in paucis facilius repiuntur Neq; enim aut honestas aut iustitia multitudini facile su adetur quæ uariis affectibus agitata ad peiora semp in clinat cōfusioni subiecta est consulentiū multitudo: Nec bene se res habet ubi suffragia numerantur non ponde rantur. Sape enim fit ut maior pars meliorem uīcat. Fa cis quod te decet qui sciens pragmaticam esse absqne deo eam eliminare de tuo regno decreuisti: nec uis in discepta tionē adducere an fieri debeāt quæ tu ipse faciēda nouisti

hoc eſt Regem eſſe & bonum regem:& quem boni amẽt mali timeant.Nam qui per alios regũtur nec ꝑ ſe intelli gunt quæ ſint agenda contẽptui ſunt.Probamus igitur admodũ & cõendãus quæ de tua deliberatione circa prag maticam:Epiſcopus Atrabatenſis ſcribit hortamurq; ut quæ ꝓpoſuiſti in aĩo efficere:cito facias.Neq; cum poſſis hodie benefacere:cras faciam dicas:hilarem datorem dili git deus quæ iuſta & honeſta ſunt moras nolunt:fac tuã ſapientiã ſicut nos cognoſimus:ita & mundus oĩs q̃pri- mum cognoſcat:ne aliquis dicere poſſit:diu noluit:q diu deliberauit:q; ſi prælati regni tui & ũiuerſitates aliquid ex nobis deſyderãt:te mediatore ad nos recurrãt.Nam ſi quis unq̃ Pontifex fuit Gallicæ nationi affectus ut mul ti fuerunt.Nos certe inter primos repiemur qui nomen & gentem huiuſmõi honoremus & diligãus.Nec unq̃ po ſtulatis honeſtis aduerſabimur:ſcimuſq; dignum eſſe ut fratribus noſtris Coepiſcopis ĩ multis deferãus eosq; ho noremus.Pariterquoq; uiris doctis & qui docti eſſe cupi unt ĩ uniuerſitatibus litterarꝝ ſtudia ſectãtibus ſubueni endum eſſe non ignorãus.Ab his enim catholica fides de fenditur & doctrinæ lumen propagatur.Age igit̃ fili ꝑfi ce quod in aĩo geris & confide nos tibi et regno tuo om nia conceſſuros quæ ratio & honeſtas ſuadebit:Ceterum quia Regina Cypri ad nos & regno ſuo deiecta et Extor ris profecta eſt:& ad tuam ut credimus ſerenitatem pro ficiſcetur conſilium et auxilium petẽs:nam regnum eius Soldani Aegyptii auctoritate occupatũ eſt.Et quia ſicut accepimus Mahũetes Turcorꝝ domĩus Synopim & Trape zuntã & multas alias Aſiæ ciuitates ac prouĩcias nuper ſibi ſubiecit:& ĩ Europã victor ac tumẽs eo ꝓpoſito re uertitur ut chriſtianitatẽ totam proterat & cõculcet.Se renitatem tuam rogãus & flentes petimus ut reſpicias in quo ſtatu eſt catholica fides:quo modo ex uno latere

Turci ex altero Sarraceni urgent. Pone ante oculos tuos lamentabiles christianoꝝ uoces qui per Asiam & Græciã in medio nationis peruerse cõstituti miserabilibus moĩs affligũtur. Cogita in quo loco est sacrum domini sepulchrum quod inspicere absq; Mahumetanoꝝ uolũtate nõ possumus. Sancta terra quæ nobis lucem fidei præbuit nunc in tenebris est. Totus Oriens plenus est spurcitia Mahumetea quæ etiam in Europam suum uirus effudit inde Grecie: hinc Hispaniæ parte occuputa. Nec dies ulla in qua non multæ christianoꝝ anime pereãt: Rhodus in periculo ẽ nobilis insula & maris quondã domina: Pelo põnesus in potestate turcoꝝ est paucis exceptis locis: Tota Epirus ad eos defecit. Bulgaria & Valachia & Rascia maiori ex parte turcis patet: Hungaria uulnus expectat & multis aflicta cladibus non potest tãtos belli motus sustinere. Nec est qui consoletur eam: timet uictorem Mahumetem iam spoliis oriẽtis & asiæ uiribus actũ. tĩemus sane illi genti. timemus & aliis qui sunt ĩ hostium circuitu: nec nos sumus qui succurrere possimus. Voluimus oculos nostros modo huc & mõ illuc: & lustratis õnibus christianoꝝ ꝓuinciis: Nemo regum: nemo principũ nobis occurrit q tantæ rei subuẽire possit: nisi tu solus quẽ pius Deus sui populi saluatorem ut cõfidĩus hucusq; seruauit incolumen: Nec ꝓmisit in manus se quærentiũ incidere. Tu dei ope hæreditariũ regnũ in pace consecutus es mortuo patre: Philippus Burgũdiæ Dux clarus & potens tibi obsequentissimus est. Cæteri Duces & Comites regni te domino gloriantur & tibi sine cõtrouersia parẽt Ex Anglia si uolueris nihil tibi aduersabitur: Hispaniã habes amicam. Omnes ꝑ circuitũ te reuerẽtur & colunt & legationes ex longinqs ꝓtibus ac ex ipsa Italia te salutum & honoratũ aduẽiunt. Magna ẽ hæc gloria: magnũ

dei donum. Intellexit diuina pietas cogitationes tuas & multa cognouit ī aīo tuo ꝓpoſita eſſe ad cōmune bōum Nec dubitāus quin cum eſſes exul quodāmodo a regno ſæpe tecum dixeris ſi paterno in ſolio aliquādo ſedeam: quanta faciam tibi deus grata. Certe non patiar tuā hæreditatem a Turcis dilaniari: audiuit te deus & omīa tibi aduerſa reppulit: planauit iter tuū & te ī auito regno collocauit excelſum præ regibus terræ. Omnia tibi tranqlla dedit. Si quid aliquādo intra te deo ꝓmiſiſti illa ſeruato ſi non promiſiſti quod non eſt uerſimile recognoſce beneficia quæ accepiſti a domino deo tuo qui te filium regis creauit & in regnum cum diu extorris fuiſſes ſūma cum gloria reſtituit. Oſtende te gratum diuinæ pietati & pro tantis beneficiis uicem repēde. Tolle ut facturum Oratori noſtro ſpopōdiſti pragmaticā cōſtitutionem: & hoc facto quod non eſt difficile erige te totum in auxiliū religiōis contra Turcos. Stude ut expeditio aduerſus hoſtes chriſti fiat: exhibe te huius rei ducem & caput: nec dubita cuncta erunt tibi proſpera: hoc eſt negociū te dignum: tibi hæc gloria ſeruata eſt: nihil eſt in quo te laudabilius exercere poſſis hæreditaria hæc tibi prouīcia eſt nam pugnare cū Turcis & uincere & terram ſanctā recuperare & fidem ſeruare et Romanā eccleſiā honeſtare. Frā corꝫ regum proprium ē: & hoc tu cōmodiſſime præſtare potes. Vera francorꝫ ſoboles ſapientia & rerū expientia præditus in opulēto & pacifico & potētiſſimo regno ſūblimatus. Omnium oculi te reſpiciūt: oēs afflicti te uocant: et nos præter te non uidemus qui hæc poſſit præſtare: & ad te unū recurrimus chriſtiane fidei defenſorem: Tu ergo & a nobis & a toto chriſtianorꝫ populo rogatus & in primis a deo cōmonitus præpara te huic prouītiæ: ad quam fœliciter dirigendam omnia obtinebis a nobis

quæ a iuſto & pio chriſti vicario: & beati Petri ſucceſſore obtineri debeant. Datum Romæ die xxvi. octobris. Mcccclxi. pontificatus noſtri anno quarto manu ꝓpria.

XXVI Epiſtola Pii pape ſecundi ad Cardinalē Atrebatenſem: ut confirmet Regem Franciæ in propoſito tollendæ pragmaticæ.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio Iohāni Cardīali Atrebatēſi. Salutē & apoſtolicam benedictionē. Fluctuāti diu et maximis procellis tua nauis agitata eſt. Nunc in portu nauigas: Pius pontifex e medio tempeſtatum eripuit te & ex hoſtiū cuneis trepidantem ſuis extraxit humeris factum eſt quod non credebas & Pius ſuum tibi uerbum tenuit & pacem peperit tibi: at ſi nō eſt pax quā do ut ais in dubio ponitur quod de pragmatica ſcriptum eſt & pura dona conditionem recipiunt & tumultuatur et dubitatur an excuſationi mādetur quod publice decretum eſt. Rurſus promiſſa quædam referuntur & ꝙ non licet retrocedere. Nō ignorat Cardīalis Atrebatēſis quo modo poſſint iſta conuīci & ſcit non reſpondere ultima primis: quis unq̄ audiuit Regem aliquem frācoꝝ aduerſari chriſti vicario. Tutrix eſt illa domus non oppugnatrix apoſtolicæ ſedis: nec Carolus Ludouici pater ad arma unq̄ uenit contra romanū præſulē q̄uis ægre ferret Andegauēſes regno Siciliæ deturbari: quid faciat Ludouicus princeps deo amabilis & iuſticiæ cultor & beatoꝝ apoſtoloꝝ deuotus. An ex pio filio & amante expectabīus quod ex patre paululū irato non timuimus? Ludouicus eſt & Ludouici ex frācoꝝ domo nunq̄ romanis īfenſi fuere pontificibus. Scis quanta eſt iuſticia nr̄æ cauſæ? Scis

quid tibi diximus abeunti: nec iusticiam negabimus nec paucis honeste tractatū: aduersus eum qui iusta offert nulla fas est arma sumere: habebas hæc quæ diceres regi & alia multa quæ pro tua singulari doctrina nō ignoras Miramur cur montium ruinā mineris quando assunt quæ impedire casum queunt. Memores sumus eoꝝ quæ ante scripta sunt securitatis plena. Nec postea interranē sis in Francia redit: si quid mali ille seminauit iam radices emiserat quando priora illa splēdida & magnifica plena pacis et gloriæ uerba scripsisti. Si postea immutatū est aliquid tuum est id corrigere & ita efficere ut talem regē experiāur qualem primo depinxisti quem non possumus non iustum & pium credere. Reliqua ex Antōio accipies Noxetano tuo & nostro. Vale & ueni quia cupimus te uidere pileatum. Ex urbe Idus Ianuarii Mcccclxi.

XXVII Epistola Pii Pape secundi ad Regem Francoꝝ extollens eū ob eliminatā pragmaticā sancionē

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei. Carissimo in christo filio Ludouico Frācoꝝ regi illustri Salutem & apostolicam benedictionē. Excellētiam animi tui & pietatem mentis ex multis opibus tuis licuit hactenus intueri. Sed potissime diebus proximis quādo ex īclito regno tuo pragmaticā eliminari sancionē sic appellatā iussisti: quæ res diuinū ꝓpemōm te principem ostendit. Veramq; francoꝝ sobolem & christiāissimū regem declarauit. Non præteribit deus hoc tā egregium factum irremuneratū: nec sedes apostolica immemor erit tanti beneficii. cum magno Constantino cū Theodosio cum Iustiniano & aliis clarissimis prīcipibus tuū nomē collocabitur: Nos certe te sēper honorabimus

prīceps deo amabilis & gratiſſimum habebimus tuæ uo
lūtāti complacere:Sicut ex AntonioNoxetano dilecto fāi
liari noſtro qui has tibi reddet plenius ītelliges cui fidem
dabis.Chriſtus iesus dominus noſter dextera ſua te pro
tegat:Tibiq; benedicat & regnū tuū fœliciter.Datū rōæ
apud ſanctū petrū Idibus lāuariis.Mcccclxi:māu ꝓpria:

XXVIII Epiſtola Pii Pape ſecūdi ad Regem Frācoꝝ qua
hortatur ne adhibeat fidem ſi quis de ſua ſan-
ctitate ad eum mala ſuggereret:.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei.Cariſſimo
in chriſto filio Ludouico Francoꝝ Regi chri
ſtianiſſimo.Salutem & apoſtolicā benedictio
nem.q̄ te amamus fili toto pectore:q̄q; tuus
erga nos amor reciꝓcus eſt:& tuo regno conducit & Ro
manæ primæq; ſedi & toti rei publicæ chriſtiāæ.admodū
eſt utile.Sed hoc multoꝝ offendit aīos qui ex publico dā
no priuatum uenantur cōmodum.Crede fili:& in tua cu
ria & in noſtra non pauci ſunt qui te uellent nobis inimi
cum eſſe:& nos tibi aduerſari.Idem multi cupiunt extra
noſtras curias cōſtituti:& magni & parui principes & pri
uati homīes.Nam q̄cunq; nos oderūt & te amant mole-
ſtiſſime ferunt eam caritatē quæ inter nos eſt.Sciētes qa
nō poſſumus non ꝓſperari:ubi mutuo diligimus:& oīs
noſtra proſpitas illis eſt aduerſitas.Ob hāc rem ſummo
ſtudio annittuntur:& te nobis & nos tibi abalienare:ſcri
buntque tibi aut per alios ſuggerunt diuerſa mendacia
quæ male accipias:& pariter nobis de te multa mentiun
tur:& oīa meditātur & machinātur per quæ coīs noſtra
dilectio extiguatur:& odia conſurgāt ad quæ mitiganda
opus ſit ad eos recurrere:qui mediādo:tractando:& ſeſe

ſæpius ĩterpõendo creſcãt:& magni ac potẽtes fiant,hæc dicimus non ſine cauſa & q̃dem magna.Accepĩus enĩ eſſe aliquos ex curia noſtra:qui ad te aliqua ſcribunt ſiue alio modo ad te deferri curãt:perque tuam poſſint beniuolentiam ĩminuere.Hec deſunt qui pari modo ex aliis locis de te nobis ſcribant:Sed nos illis non habẽus fidem nec malis eoꝝ uerbis mouemur:quoniã tua uidemus optima opera nec credimus ſignis ubi uincimur expimentis:hortãur ut & tu quoq; his auctoritatẽ abroges:q̃ tibi de nobis ſiniſtra referũt.Fallaces hæ artes ſunt & iniqua ĩuenta quibus aliquãdo & Cardinales & aliq̃ uiri magni utũtur qui nunq̃ adeo creuere quin cupiant eſſe maiores qui nec honoribus ſatiari nec opibus expleri poſſunt:hi exiſtimant multo ſibi utiliorem noſtram tribulationẽ q̃ pacem:& idem de te cenſent:benigniorem te ſibi futurũ nõ dubitant ſi aliquãtulũ uexeris q̃ ſi tranq̃lo ſtatu fruaris Antiquæ ſunt huiuſmõi uerſutiæ;ſolent inter ſe colloqui & affirmare qui regum latera ſtipant & qui romãis pontificibus aſſident:tunc ſe eſſe in præcio cum domini ſunt in piculo & tunc ſuam potentiam creſcere cum domino rum decreſcit maieſtas & auctoritas ac ex dõinoꝝ detrimento ſuum quærunt emolumentũ.Si rex inquiunt frãciæ romano Pontifici erit inimicus:& Papa illi non amicus uterq; nos quæret & noſtra utetur opa.Magnũ erit nomen noſtrum:magna poteſtas;& ab hoc & ab illo uocabimur.Gratias impetrabĩus quas optabĩus.Simulabĩus nos utriq; fideles.Nulli erimus practicãdo cõcordiã ſẽp nutriremus diſcordiã & arbitri ac iudices diſſidentium repiemur.Ipſe metus nos magnos ac beatos dõinos uero & humiles & bẽignos reddet.q̃ ſi p̃gant ſe diligere uti faciunt:Rex & Pontifex non eſt cur nobis utãtur.Ipſi per ſeſe ſua expediẽt negocia.Nihil ad nos uẽiet:nihil no

bis cõmũicabũt. Nullum erit noſtrum emolumẽtu. Veꝝ ut tales homines priuatam & damnoſam utilitatem ſuã malo ingenio quærunt ita nos bono animo & optimis artibus noſtram & comunem utilitatem querere opportet et his fraudibus obuiando uincere in bono malum: & rei publice chriſtianæ piæ conſulere. Nam ſi diſcordemus in uicem nõ poterũt non oriri multa mala. Si erimus unãimes ut ſumus: & tuum regnũ florentiſſimũ efficietur; et tota chriſtianitas miro modo lætabitur vnanimes autem eſſe non deſinemus ſi uterq; noſtrũ ea tantum uoluerit quæ ſunt honeſta et in his quæ iuſta ſunt contentabitur Nec preſtabit aures ſuſurronibus ac delatoribus iniquis Nos fili amãtiſſime ex parte noſtra tibi offerĩus ꝙ ex te nunq̃ aliquid poſtulabĩus aut non iuſtum: aut nõ æquũ Et rurſus amplius dicimus ꝙ nunq̃ tuæ mãſuetudini aliquid negabimus quod cum deo poſſimus hõeſte concedere: Erimusq; tibi et tuis ſemper gratioſiſſimi. Nec facile de te aliquid ſiniſtre credemus. Rogamus pari modo et te uelis exhibere maxime circa credulitatẽ ne præſtes fidem crimĩatoribus: etiam ſi ſint Cardinales: quia & in hoc ordine repitur nõnunq̃ iniqtas: & ſepe ĩuẽti ſunt aliqui ex Cardinalibus infeſtiſſimi romãis Pontificibus. Sicut et Duces aliqui in ſuos reges ꝑfidia uſi ſunt. Nullum collegium eſt malloꝝ hoĩum omnino uacuũ. Et in apoſtolorũ cætu Iudas inuẽtus eſt proditor. Diſcute priusq̃ credas: & nihil credas niſi probetur: ex his quæ ad te mala de nobis ſignificãtur. Nos adeo tuam ſerenitatẽ diligimus: ut ĩpoſſibile ſit aliquid noſtra opera in tuã contumeliã fieri ſaltem ſciẽter & appẽſate. De regno Siciliæ hortãur ut uelis bene rẽ ĩtelligere. Cardĩalis Atrebatenſis tibi & nobis ut credimus fidelis dicit ſe breui ad nos uẽturꝝ & allaturꝝ æquas cõdictiões huic propter doctrinã & ĩtegritatẽ ſuã

multū habēus fidei. Expectāus cū desiderio suū aduentū Si ita erit ut ipse ad nos scribit credito nos nihil recusatu ros q̄ possimus facere cum honestate. Audiēus & Atreba tensem & alios Oratores tuos & in omnibus erimus faci les ac benigni quæ iusta sint. Vtinam uideres mētem no strā & cor nostrum posses introspicere gauderes certe talem te habere pontificē qui tātum te amat. Noli aliqd in malam partem accipere quod per nos fiat: priusq̄ Car dinalem Atrebatēsem ex nostra curia scribentē audieris. Nec uelis his applaudere qui de tuo & nostro incōmodo suum quærunt cōmodū. Scriptū Romæ apud sanctū Pe trum manu propria. Sexto kalendas Nartii. Mcccclxii.

XXVIIII Epistola Pii Papæ secundi ad Regem Frāco rum: qua eum laudat de estinctione pragma ticæ & ꝓmissione auxilii contra Turcos.

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei. Carissimo in christo filio Ludouico Regi frācoꝝ illustri Salutem & apostolicam benedictionē. Attule rūt nobis Oratores tui extīctam pragmaticā sanctionē. Et insuper auxilia contra Turcos amplissima ꝓmiserunt. Vtraq; res digna ē tuo genere: & tuis uirtuti bus. Laudamus benignitatem animi tui: & dignū te cēse mus quem sācta sedes apostolica præcipuis fauoribus & honoribus ꝓsequatur. Et hoc qdem nostri propositi sēp erit. Nec credimus fessurū aliquādo in hac beati Petri se de Pontificem: qui te magis sit amaturus: q̄ nos amāus tuam probitatē. Petierūt a nobis Oratores ipsi: & maxīe Cardinalis Atrebatēsis: ut copias nostras armigeraꝝ gē tium ex regno Siciliæ reuocarēus ne militarēt aduersus consanguineū tuum Ducem Iohannē. Cupius desyderio

tuo complacere quia dignus es omni honore & omni grâ
titudine. Sed hortamur mãſuetudinẽ tuam ut curam ge
ras noſtri honoris & patiaris ut quod petis abſq; ifamia
noſtra poſſimus efficere. q̃ exercitũ miſimus in rẽgnum
non fuit ut tuũ ſanguinẽ offenderẽus. Sed ut uiam facti
& violentiæ de regno eccleſiæ prohiberemus: & rem ad iu
ſticiæ tramitem reducerẽus. Nunc ſi abſq; uia iuris gen
tes noſtras reuocarẽus appareret q̃ antea fuiſſemus in-
iuſti: qui tamen ſecundũ iuris uiam proceſſimus. Ea p̃p
ut tuæ uoluntati morem geraũs: & honorẽ noſtrũ cõſer
uemus: uiſum eſt nobis hoc mediũ opportunũ ut tollan
tur offenſæ hinc inde & fiant induciæ belli ſeu tregue cõ
ueniẽtibus modis: & q̃ in curia noſtra inſtituatur iudici
um de regno: & illi attribuat̃ cui de iure debetur: qa no
ſtra ĩtẽtio eſt parti tuæ ſiue Regis Renati tuo ĩtuitu om
nem fauorem honeſtũ imp̃tiri. Et cõfidimus q̃ tua ſere
nitas nõ uelit aliud q̃ quod iuſtum & honeſtũ é. Si pars
altera acceptabit ĩducias fiet iuſticia: & ut ſperãus cauſa
tui amici & conſãguinei bene ſtabit: quia ſolum habebit
locum ueritas & iudiciũ. Si recuſabit tunc habebis quod
petis et retrahemus gẽtes noſtras de regno cum honeſto
titulo. Si tui Oratores habuiſſẽt mãdatum acceptãdi tre
guas mox eas indixiſſẽus: ſed ipſi uoluerũt ad tuam ſere
nitatem ipſam rem referre. Et ideo nõ ſũt factæ tregue
quæ tamen noſtro et omnium iudicio parti Regis Rena
ti multum fuiſſent utiles: et alteri parti damnoſæ. Opor
tuit igitur rem hãc differre ad tuum examen: et expecta
ri reſponſionẽ tuam: interim ſtabunt res ſicut ſolent ĩter
eos qui bellum habẽt. q̃ ſi acceptaueris quæ per nos reſ
põſa ſunt Oratoribus tuis: mox habito reſpõſo p̃cedẽus
ad treguas indicendas: & ſi recipiẽtur fiet opus laudabile
ad tuam & noſtram gloriam. Si nõ acceptabũtur a parte

Regis Ferdinādi:faciemus indubie quod petis Subtrahe mus gentes noſtras:& ſinemus rem ī manu tuoꝝ ut pro ſequātur ius ſuū ut melius eis fuerit uiſum:prouiſo ꝙ iuribus eccleſiæ non fiat detrimentū.Nec credas fili amā tiſſime hæc nos quærere ad differēdū:quia ut dictū eſt ex nunc feciſſemus īducias uel treguas ſi affuiſſet tuus cō ſenſus.Sed quia is abeſt oportuit rem differri.Perſuade tibi quia uoluntas noſtra eſt tibi complacere.Sed opus ē ut iuues nos ꝙ cum honore noſtro id faciāus:Poſtq̄ ſe- mel egreſſi fuerimus hanc litem nō intrabīus:iteꝝ eam de facili & ſtudium noſtrū erit ut deſiderio tuo morem geramus & omnia fugiamus quæ noſtram poſſint beni nolētiam ꝑturbare.Ita hortamur ut tu facere uelis erga nos:nec facile credas his qui mala nunciāt.Si poſtq̄ res hæc compoſita fuerit inueneris nos promiſſa non ſerua re:poteris de nobis iure cōqueri.Sed nunq̄ īuenies ꝙ ui olenter a nobis cōuēta.Fac ut q̄primum cōcordetur hec materia regni per uiam iam conſcriptā:& uidebis quia tibi & domui tuæ Pius Pōtifex ſemꝑ ero bēignus & gra tiſſimus.Nec unq̄ te pœnitebit ſeq̄ hoc conſiliū quod da mus.Scriptum manu ꝓpria.die xxviii Martii Mcccclxii.

XXX Epiſtola Pii Pape ſecundi:ad Ducē Mutinæ qua honeſte reffellitquædam ab eo ſcripta ad orato rem ſuū agentem romæ.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei.Dilecto fi lio nobili uiro Borſio Duci Mutinæ & noſtro in Ferraria Vicario.Salutem & apoſtolicā be nedictionē.Nemo uerum de ſe mīus audit q̄ publica poteſtas quæ quanto maior eſt tanto magis falli tur.Experti ſumus hoc ī nobis ipſis qui poſtq̄ beati petri

cathedrā uel indigni conſcēdimus praro accepīus qui folium Sibylle nobis recitarēt. Cecidiſſemus inter multiplices adulātium laudes: & multa de nobis credidiſſēus maxima & falſa niſi ex būili loco ad hoc ſublime ſolium peruenīſſemus: & uerſati diu apud Reges qbus artibus īauratis palatiis uiueretur pcalluiſſēus. At tu cuius & pater & auus & longa ſerie maiores & frater fuere prīcipes: facile caperis adulātis hamo: et nichil te laudāti non credis. Probat hoc epiſtola tua quam miſiſti Antōio oratori tuo apud nos agenti. In qua fere tot ſunt præclara de te ipſo teſtimōia quot uerba. Nihil eſt enim illic quod in tuā precipuam laudem non uergat: & tamen a te dictata deprehenditur & tuum ſermōem redolet. Iuſſiſti ut nobis oſtēderetur. Legimus eam quamuis longiſſima eſt non ſemel ſed iterum. Fuerūt enim & quæ cum uoluptate: & quæ cū moleſtia audiuīus qbus abūde cōſideratis coacti ſūus eſſe inuiti aliquid reſpondere tecumq; non adulantis ſed pupatrix more agere nullamq; boni paſtoris partem relinquere. Vera erunt uerba noſtra: & ſi fortaſſe dura uidebuntur. Sed melior eſt amara ueritas q̄ dulce mendaciū. Tu ſi ſapies ut ſperāus cuncta in partem recipies meliorem. Audi ergo fili & gaude quia non impugnamus oleo caput tuum: ſed acri potius ramno lauamus. Quærelis & purgationibus plena eſt epiſtola tua. Verum nec iuſte quæreris neque rite purgaris: monſtrabīus iſta per partes: hic capitibus adnotatis in quibus magis inſtas: Ab initio autē ſcriptoꝝ tuoꝝ illud grauiter ferre uideris quod Antōio legato tuo & Gurrōi germão plæraq; dixīus quæ tuo nomini detrabūt: & honorē fugillant: & ponis tu ipſe uerba qbus nos uſos dicis. Nolūus ea repetere ne replicata cicatricem aperiant ipſa rememoratione duriora. Per ea exiſtimas nos iā te iudicaſſe nō auditū: quod nec deus

Adam fecerit:ac ſi uelis iudicii quæ ſit ordiēda tela mon
ſtrare:& nandi artem docere piſces.Nos aſſidue uerſāur
in iudiciis:& ubi ſit citatio neceſſaria non ignorāus.Sci
mus quo pacto notoria:& quo pacto dubia iudicāt̃.Non
dum contra te ſentētia ulla ꝑmulgata eſt:nec iudicium
intentatū nec quærela aduerſus te publice ꝓpoſita:nec tu
us honor læſus.Sed cū accepiſſēus te multa moliri aduer
ſus eccleſiæ Romanæ ſtatum & inimicis noſtris cōſilio au
xilioq; adeſſe:nec deeſſent ingētiſſimæ cōiecturæ:& id ru
mor qui raro mentitur publicus comprobaret.Accerſiui
mus Oratores tuos Gurronē & Antoniū deq; tuis actio
nibus cōqueſti ſumus.Diximus non placere quæ contra
nos & romanam eccleſiam moliebaris:& plærosq; de tuis
moribus repræbēdimus:mandātes ut monita noſtra ad
te deferrent & te meliorem cōarentur efficere.Non tene
mus uerba ex ordine quæ diximus:neſcimus an his uo-
cabulis uſi ſumus quæ in tuis litteris inſeruiſti.Illud ſci
mus quōiam sbocatiatū nūq̄ te appellauimus quod uer
bum in ſermōe latino quo utimur non inuenitur.Poſſi
bile eſt inter conquerēdū nos uel infidelitatem accuſaſſe
tuam uel leuitatem non infamē te redderemus:aut tuæ
familiæ gloriam obfuſcarēus:quam ſemp magnifecīus
Sed ut emendarēus errores tuos:& te reducerēus in uiā
Nam cum illos alloquerēur teipſum uidebāur affari atq;
monere:ut deinceps caueres eccleſiam lædere & tuæ pa-
renti aduerſari & ne ꝓmitteres quæ nolles implere quia
in altero ꝓditionis:in altero leuitatis eſt crimen.Tu hæc
quaſi iudicia recipis:& iniuſte actum exiſtimas q; ſine ꝓ
ceſſu damneris.Paterna ſunt hæc monita nō iudicia.Ser
uauīus euāgelicā legem:& quod illa in fratre iubet feci-
mus in filio:qui cum te alloqui non poſſemus in nos pec
cantē cōuenīus Oratores tuos & ſemotis arbitris dixīus

quæ de te acceperãus ut te tandẽ corrigeres. Nam quod illis dictum ẽ ꝓinde accipere debes ac ſi tibi fuiſſet dictũ Tu ꝓinde habes tanꝙ eccleſiã adhibuerĩus quod ad ulti mum reſeruãus ne uiolemus euãgeliũ. Inique agis qui tuo detractũ honori cenſes quaſi te publice criminati ſi mus quod minime uerũ eſt: neq; in Collegio Cardinaliũ unꝙ neq; in aliis cõuẽtibus de te uerba fecimus niſi ma gnifica & hõeſtiſſima ſupplicia & quidem acerba & mor talia uulnera uocitas monita noſtra: & ais te illa perpeti non poſſe. Cogitaſſe legationem ac decauſa ĩſignem mit tere: quæ tuam innocentiã oſtendiſſet poſtea mutaſſe con ſilium quia ſufficeret Orator ad expugnationẽ iſtiuſmõi & præſertim cum non dubites decem Cardinales etiam in publico Conſiſtorio aduerſus nos pro tua defenſione aſſurrecturos & tuæ aſtipulaturos innocẽtiæ. De miſſiõe legatorũ tuum fuerit arbitriũ. De Cardĩalibus uide quid dicas. Viri cum graues tum iuſti ſunt nec pigebit eos eti am contra nos ueritati phibere teſtimoniũ. At ſi ueraces ſumus libentius pro nobis contra ſe ſtabunt: nec nos eorũ aſſertiones recuſabĩus: & ſi ꝓges expiri iudicium conten tabimur ut inter te nosq; iudices fiant. Nam ſi te uolue ris expurgare magno labore opus erit: & arte magna. Si quidem ubi macula impreſſa eſt ad benetergendũ multa laborat aqua. Cupis ut te hoſtem declarẽus potiusꝙ hoc pacto tuam exiſtimationẽ imminuãus: nam fidei non tã tum noſtris ineſſet aſſertionibus. Nos q̃uis tua opera id uiderentur expoſcere: non tamen adhuc eo properandum cenſuimus: ut te hoſtis loco haberemus: ſed beneficiis & gratiis proſequi maluimus: ut uĩceremus in bono malũ: ſicut iubet apoſtolus. Sperantes ꝙ aliquando teipſum re cognoſceres: & Pii ponificis beniuolentiam uti ſcires. Cõ tra euẽit prorumpis in uerba deſpatiõis plena: & aſſeris

te perpeti non posse ĩproperia nostra quæsituꝝq; modos quibus his molestiis ex uariis: siue amicos siue inimicos expiri debeas: & traditurum alteri Ferrariæ claues mutatuꝝq; dominũ. Atq; hoc esse magni animi cui carior ẽ honor q̃ dominatio. Nimium delicatus es: si non quis tui domini pferre monita: & si maius priuari domino q̃ re præbendi. At si probaueris alienũ dominũ intelliges quid sit ecclesie subesse. Quocunq; te uertes pœnitentia præsto aderit. Facis more hominum qbus conteptui est mite Impium: dant tamen aliquando contemptores pœnam. Tu si sapies nõ quæres meliorẽ panem quam triticeus est Nec ꝓgenitoꝝ tuorum uestigia deseres nec moleste feres tui dõini repræhẽsiones: etiam si fuerint indigne nec magni animi iudicabis principatum relinquere & dominationi sponte cedere: Dionysio Syracusaꝝ tyrãno in arce ab hostibus clauso & nullam spem retinẽdæ potestatis habẽti cum Polyxenus socer consuleret ut uelocissimo equo conscẽso intra fines. Carthaginẽsiũ sese recipet dãnauit Phylistus qui postea historiam conscripsit aitq; haud expedit tibi Diõisi equo uectũ spõte extra dõinationẽ euolare. Sed contra per crura quod adiures suppetant reluctantem extrahi. Eloriſquoq; inter amicos Dionisii non ĩfimus idemq; poeta dominationem inqt honestissimum esse sepulchrum. Non est nobis dubium quũ hoꝝ sentẽtia tuæ menti magis amica sit: quoniam Polisseni quãuis aliud uerbis exprimas: tuo tamen ex animo pendent omnia quæ dixisti: & tui arbitrii est ea uel facere: uel negligere exitus ipse ostendet: an sis eius celsi animi quẽ laudas expurgationem deinde tuam ingrederis. Atq; imprimis idcirco nos tibi succensere diiudicas quia nolueris aduersus proditorem ecclesiæ Romane Sigismundum arma sumere. qui tibi sanguĩe iunctus sit: & cõsuetudinẽ maioꝝ

tuoꝝ prætendis qui pacifice cum uicinis uiuẽtes: & opes multas cumularũt & mirifice a ſuis ſubditis amati & ob ſeruati fuerũt. Nos & ſi æquum cẽſemus eum qui vaſſallus ẽ ſeu vicarius pro ſalute ſui domini arma capẽ: & maius eſſe uinculũ inter ſubditũ & dominũ q̃ inter cognatos & affines. Scimusq; ſæpe patres in filios: & filios i parentes pro ſtatu ſui principis ſtrinxiſſe ferrum non tãen propterea tibi ſubiraſcimur: quia Sigiſmundo nõ infers bellum homini ꝓnicioſo & fætido. Neq; hoc unq̃ tibi crimini dedimus: ſed illud repræhendius accuſauius accerbe tulius quod õniũ hoĩnũ ſceleratiſſimũ excõmunicatũ hoſtẽ eccl̃ie declaratũ domi apud te ſæpe habuiſti eiq; cõmunicaſti & ut nobis affirmatum ẽ petenti opẽ nõ denegaſti hoc certũ eſt quod hereticum & anathemate ꝓcuſſũ non euitaſti nec timuiſti cenſuras noſtras. Et q̃uis excõmunicationem incurriſti ei cõmũicans qui a romão præſule excõmunicatus eſt: nõ tamen diuinis officiis aſtinuiſti quæ tua præſentia polluebãtur. Inuiſibile eſt Anathẽa & iuiſibiles opatur effectus: tu hoc aut nõ ſentiebas: aut non curabas. Nos autem qui ſcimus excõmunicationem iſtar lepræ cõtagioſam eſſe & tui cauſa dolebamus & eoꝝ qui tecum conuerſarentur; nec poterãus non ægre ferre quod in terris eccleſiæ maieſtas eccleſiæ cõtemneretur & eius hoſtes honore cumularentur. Hoc doluimus Borſi non ꝙ bellum recuſares tuæ ut dicis iſuetũ familiæ. Nam deo uolente ſatis erunt eccleſiæ uires ad expugnandam delendamque deteſtabilem & abominandam Malateſtaꝝ familiam quæ non ſolũ eccleſiæ romanæ domĩæ ſuæ ſed fidei catholicæ bellum intulit: & Turcorn impiã gentem in italiam ſtuduit aduocare. Nec tu nobis alphonſũ regem aut alios cõmemoraueris: quoꝝ ſocietatẽ recuſaueris ne bello implicareris. Vide q̃belle arguis neuaui re

gi poſſum & papæ negare admiſit Rex excuſationem cur nō admittat Papa: tanq̄ minor ſit Papa q̄ Rex: & minus eccleſiæ ſis obnoſius q̄ Regi: ita rationaris. Admittimus argumētatiōes tuas: quādo plus armis q̄ dialeticæ opā dediſti: & ſi nūc arma recuſās dialeticam uideris āplecti Neſcimus quanti apud alios moměti erit hoc argumētū Quod propterea ſibi uult cum te dicis non optare āplia tionem dominii & contentari eo quod a maioribus acce piſti. An bellum augēdi tantum dōinii cauſa geritur? At id nō eſt iuſtum ad res repetēdas ad uim propulſandam ad opem ferendam his qui patiuntur īdigna ad obedien dū ſuo principi iuſte ſūunt̄ arma. Qui propter gloriam et Imperium augendum bello uicinos infeſtāt rē pnicio ſā agunt. Sapis tu & īter paucos es laudādus ſi parta tibi ſufficiunt ne ultra cupis & philoſophi magis q̄ principis uitam īduiſti. At nos ex ore tuo accepīus ſperare te bre ui uenturā eſſe in poteſtatē tuam urbem quā non igno bilē quam nolūus nomīare & tum quidē affirmaſti ōnē te operam īpartiri ut illius domīio potiri poſſes quæ tua non eſt. Sed mittimus iſta illuc pgimus, ubi de mutuo denegato te purgas: Quo in illo non ita rem narras ut geſta eſt: ſi dominico fuerit credendū qui nos inter & te fuit īterpres. Audi quomodo ille ad nos ſcripſit qui neq; puer eſt neq; ſomniator. Ait ille ſe fuiſſe ī domo tua teq; multa locutum de tua ardentiſſima erga nos caritate & inter cætera quod admodū cuperēs edoceri in qua te no bis poſſes morem gerere quod nil tibi iucūdius eſſet: quo niā noſtris deſideriis ſatisfacere: ſeq; reſpondiſſe nos bel lo implicitos ueceſſario nullius rei egentiores eſſe q̄ pec cuniæ quam belli neruū dicūt facturum te opus egregi um nobiſq; acceptiſſimum ſi auri xx millia numum aut aliquid amplius mutuo traderes: excepiſſe te id ſermonis

alacri uultu:exhilaratūq; dixisse quod petentibus nobis hoc mutuū haud q̄quam negares. Suadebat igitur Dō nicus ne rem intēptatā relīquerēus:quia certum esset te aurum numeratuꝝ adeo te uerbis efficacibus obstrinxe ras:subrisimus acceptis litteris.Diximusq; Domīco non bene notum esse Borsium qui dicta eius pro factis habet Subiratus est Domīcus cum accepit suum apud nos con temni iudicium rescripsitq; ne tuas oblationes paruifa ceremus:quoniā aut nulli credendum esset:aut seruares ipse uerbum tuum.Quibus auditis significauīus ei si si bi uideretur auꝝ peteret:scire se tamen deceptū iri mul rumq; distare obseruātiā a promissis.rediit ad te Dōini cus & postulato mutuo nihil obtinuit:& confessus est er rorē suum & te nobis:quoniā sibi notioré esse suis litteris affirmauit.Sic res acta est.tu inde excusationē prætēdis quia non inueniſti auꝝ.Facile est nolentem nō inuenire. Recordati sumus illius poeticæ sentētiæ id hominū gēus reprobantis quibus ī denegando paululum pudor adest post ubi tempus est promissa iam ꝓfici tū coacti necessa rio se apriūt:& timēt & tamen res eos præmit denegare. Et paulo post Si Rege ubi fides nihil illos pudet:hic ubi opus est non uerentur illic ubi opus non est ibi uerētur Nemo qui ducem Mutinæ auri.xx.milia numum nō pos se alicunde corradere cum uelit dummodo uelit arbitre tur.Sed multum distat a uoluntate uoluntas.Nec fugi entem iudicii pœnas filium missus pater inquirere facile reperiet. Tibi an cordi fuerit mutuū facere nemo te me lius nouit.Nos pudet tedetq; non mutuo:sed amico care re quem ꝓbando ꝓdidimus. Sed ad res Gallicas sermo uertatur:ꝓpter quas iratos nos tibi affirmas tanq̄ ini quo tullerimus animo te franciæ regibus esse ꝓpensio rem.At hæc respondes q̄uis ex domo franciæ ducas origi

nem & oratoribus gallicis ſæpe honores ipenderis ex tua conſuetudine quemadmodū Cardinalib⁹ & cæteris uiris præſtantibus illac trāſeuntibus nūq̄ tamē aliquid tracta tum eſſe per te quod ſtatui noſtro aduerſaret. Es enim Italus nec uelles Frācoꝝ cauſa aliquē Italum lædere. Con ſtanter ificiaris te Duci Iohanni: aut Comiti Iacobo ali quod auxiliū præbuisse; & opinioni noſtræ quam de tua in Gallos affectione nos aſſeris concepiſſe fātaſiæ nomen indidiſti: tanq̄ fantaſtici ſimus bis enim fantaſiā uocas. Damus tibi arbitrium ut de nobis loquaris ut libet nec propterea erimus alii q̄ ſumus: Nos de tua origine non diſputamus: neq; inficias imus maioꝝ tuoꝝ nobilem & antiquam originem eſſe. Rurſus quoq; amicum & regi bus eſſe Franciæ & illis obſecondare nunq̄ damnauimus dūmodo Romanæ eccleſiæ quæ tua domina eſt non inſidi areris. Procul a uero eſt opinio tua qui te idcirco diſplicu iſſe nobis exiſtimas: quod bēigne Gallos oratores excepe ris. Carolus Rex Franciæ illuſtris huius qui nunc regnat pater abſq; culpa noſtra magnopere nobis fuit infeſus nec tamen unquam repræhendimus Legatos eius in do mo tua honoratos eſſe. Quomodo id nunc damnaremus in Oratoribus ludouici Regis qui de nobis & apoſtolica ſede optime meritus eſt & a nobis admodum diligitur & obſeruatur nec legati eius abſq; honore præcipuo ex noſtra curia recedunt. Dicis te non miſiſſe ullos ad eum nuntios ne quempiam offenderes. Neſcimus quos timu iſti tuipſe ſcis nos certe uereri i hac pte non oportebat q̄- do & nos ad eum miſimus & tota ferme italia miſit. Tu ſi non miſiſti ut ais aliorum certe cauſa abſtinuiſti nō no ſtra Nam nos te neq; regi amicū eſſe dolemus neq; du ci Iohanni quem nos minus uirtute quoniam genere no bilem dicunt. At quod illi & comiti Iacobo nullo præſidio

fueris quo uultu aſſeras ignoramus. Cum Hercules ger
manus tuus quem de ꝑditione Regi Ferdinando facta
apud principatus Italiæ palā inſimulaſti: nunc eidē Du
ci contra Ferdinandum militet. Et magna ex parte tuis
alatur ſtipendiis. Cum ſæpenumero comiti Iacobo argē
tum miſeris & tu ipſe auctor fueris quod princeps Tarē
tīus eum conduxerit ſicut compte tuoꝝ domeſticoꝝ litte
re inſinuāt. Sed quid cōiecturis opus eſt in rebus mani-
feſtis: Silueſter piccinini Comes quaſi alter Achates qui
æſtate ꝓxima ante hanc illius nomine aduerſus nos bel-
lum geſſit & uſq; ad urbis mœnia prædatus ē ac ꝓpemo
dum Tibur abſtulit inſignis latro & hoſtis eccleſiæ mani
feſtus: his diebus tecum ī colloqo fuerit quem tu noſtri
cōtēplatiōe blāde allocutus magnifice honoraſti militēq;
conducere arma & equos emere in tuis terris abſq; ullo
impedimēto ꝓmiſiſti. Potes hoc negare ſi uis: q̄uis extāt
littere tuæ quibus te colloquio Silueſtri efficis mētiōem
ſi dicimus te multa trāſegiſſe cum Sigiſmundo hominū
ſceleratiſſimo: & cum Piccinino aduerſus ſtatum noſtrū
& ſi non accepimus teſtimoniū tuū ī quo negas non mi
rere. Nam tu ipſe fateris quod gentes mundi nō credūt
tibi: ſumus & ipſi in mundo & cōmunē ſeqmur opinionē
Nec adhuc teſtimoniū dei audiuimus in cōtrariū quod
imploras. Illo audito ſentētiam mutabimus: quia ipſe ue
ritas eſt & mentiri non poteſt. Interea non poſſūus more
hominū uæhementibus non auſcultare coniecturis. Scis
quod ſæpe auditus es dicere: ego frāc̣us ſum nec poſſum
francis non fauere: ferraria ſcola Italiae eſt in qua quod
neſcitur nusq̄ ſcitur: quæ uerba cum aliis operibus tuis
profecto aliqd ſignificāt. Cardinalem Atrebatēſem citas
teſtem: & Regis frāciæ litteras qui tua erga ſe officia nō
ſatis probet. Nolumus Cardinalis de te ſentētiā querere

Regis repræhẽſiões ꝓbamus. Vellet enim te aptum eſſe nec ulla uti diſſimulatiõe: & ita ſane dicebat uel cõſãguineum uel amicum. Nam q ſub pallio preſtat opem: nec ſatis animoſus eſt nec ſuo facit officio ſatis: amicis & cõſanguineis palam ſubueniendũ eſt: & magnanimi eſt occultare quæ faciat ſiue noceat ſiue ꝓſit. Ingens ſpiritus non quærit tenebras: Leo manifeſte iraſcitur: Draco occulte inſidiatur: viliſſimi cordis eſt more vulpeculaꝝ qua ſi ꝑ furtum aliquid agere. q ſi amas frãcos ut ais: & ii ſãguis illoꝝ es: cur non publice partes illoꝝ tueris? & manifeſte ſuppetias bellãtibus affers? Nemo te accuſabit quãdo tot ſunt uincula nec nos damnabĩus: dabimus amico ueniam qui ſubuenit amico. Nec im ꝓbabĩus conſãguineum: qui conſãguĩeo opem affert. Et ſimul ſciemus quid de te ſẽtiẽdum ſit. Cæteꝝ ue falſa opiniõe ducaris exiſtimas nobis moleſtũ eſſe tuum cũ gallis cõmertium edicimus tibi palam. Nos eum q nunc regnat in Frãcia Regẽ loco filii habere & amare toto pectore ſi quem mortalem amamus. Sic enim egregia ſua uirtus & altus animus & beneficia quibus romanam eccleſiam cumulauit expoſcunt. Non eſt igitur quod opinari queas ingratam nobis eſſe tuam cum eo beniuolẽtiam. Illud ingratum nobis ẽ quod ei nõ apte faues: & quod illi cauſam præbes: ut de te non ſatis contẽtus exiſtat: qui dum ei ſimul & aduerſe parti uis amicus uideri neutrius plenam unis gratiam. Hæc ad Gallos quos ut ſeruato iure quo teneris eccleſiæ & ames & obſerues hortamur: q̃uis nec illos ultra cupe crediderĩus. Nunc de uenetis agendum eſt quos te nobis odioſum reddidiſſe arbitraris quoniã ad eos nauigaueris Et aſſeris te nihil cum eis egiſſe quod nobis moleſtũ eſſe debeat in qua re poſſis eorum uti teſtimonio. Cur iueris Venetias ĩcertum nobis eſt q̃uis non vulgarium hõinũ

neq; læuium litteræ ad nos datæ ſũt quæ te pernicioſas ſtatui noſtro res molitũ affirmauere quãuis Senatus ille grauiſſimus & iuſticiæ tenax tuis ſuaſiõibus nõ auſcultauerit. De ſuo autem erga te amore uel odio nihil memi nimus nos dixiſſe: neq; enim illius rei. pu. ſecreta nouimus: nec noſtri moris eſt incerta pro certis aſſerere. Nõ eſt igitur uerbum noſtrum: quod te ueneti punituri ſint infenſi tuis moribus ut ais nos affirmaſſe. Tu tamen no ſci quæ nobis Ferrariæ de illo Dominio locutus fueris: nos illa nunq̃ uiuenti homini effudimus ne tibi nocere mus: & ſcis qa ſuaſimus tibi ut amicitiam Venetoꝝ magnificares: quoꝝ præſidio rem tuam ſeruares. Cur tuũ ad eos iter dãnauiſſemus: aut cur inde fuiſſemus ĩdigna ti tibi? An non potes ire quo ueils? Libertas huius rei pe nes te eſt: q̃uis innuas in tuis litteris te nõ uẽiſſe ad nos Mantuam ne Venetis diſpliceres: & tamen eo tẽpore cũ tuum quæſiuius aduentum non Venetos te uereri: ſed aſtra reſpondiſti: quæ tibi mortem portẽdebant quoꝝ ẽ mgna prenunciare. Vide q̃ fueris tibi ipſi conſtans. Multis te uerbis expurgare niteris: quod neq; cum Venetis: neq; cum Gallis: neq; cũ alii quibuſuis hominibus aliqd tractaueris in cõtumeliã aut damnum noſtrum: & accuſas nos quod leuiter credĩus delatoribus. An ſit leuiter credere que tot aſtipulatores habent: tu ipſe iudica q pauloante dixiſti tibi gentes mundi non credere quod ſi ita eſt quod nos credĩus cuncti credũt & ſi leues ſumus omnibus ſumus leues qui mũdum incolunt. Aſſeris quod in ignem ires corpusq; omne dares flammæ pro ueritate aſeruãda ĩnocentiæ tuæ nec tibi flãma noceret. Primo totum corpus igni expimento deuoues: poſtea quaſi pœnituerit ſolam manum offers: ut Sceuolæ imiteris exemplũ. Et ais q̃ non arderet mãus tua igni admota: veritas

incendio reſiſteret.Recte Sceuolam adduxiſti.Nam mu
tuis delicti conſcius eam quæ peccauerat manum:foco
admouit:paſſus eſt conſtanter exuri hominis cõſtantia ĩ
eo facto non innocentia laudatur:& tu ſi ita conſtans fu
eris parem conſequeris laudem.Sed cauebis nec quæ di
cis omnia facies.Perraro enim magna dicuntur anteq̃
fiant:& facere uiri fortes q̃ dicere malũt.Angeris indi-
gnaris iraſceris quod te leuem & nugacem & uerboſum
ſiue linguacem ac deniq; parum penſi habentẽ ſtultũq;
eſſe dixerimus & odio ꝓſequamur:Cum te ſubditi tui
& cũcti Italiæ populi ac principes nobis exceptis & amẽt
et prudẽtem exiſtimẽt.Si ita eſſet nõ ab re doleres & iu
ſta eſſet querella tua.Verum nos te neq; ſtultum neque
amentẽ unq̃ iudicauimus neq; illa tibi aſcripſimus unq̃
uicia quæ nomĩas q̃uis de tuis oratoribus queſti ſimus
Nam quo pacto sbocatiatum te uocauiſſemus quod uer
bum latina qua utimur ut ante diximus linga non ha
bet:Quo modo te ſtultũ appellauiſſẽus aut amẽtem cu
ius aſtutias ſæpe repræhẽdimus:& nimias in rebus agẽ
dis cautiones atq; uerſutias?De leuitate potuimus aliqd
dicere:cum de tua inconſtantia loqueremur qui promit
teres & non faceres quod non poteſt leuitati non aſcribi.
Quod te odio ꝓſequamur cum cæteri ament non recte
ais:nam q̃uis tua quædam facta damnẽus:te tamen non
poſſumus nõ diligere:q homo es & creatura dei & mul
te in te ſunt ꝓtes dignæ amore & laude:& nos chriſti lo
cum tenentes immeriti cunctos fideles ĩ chriſto diligĩus
& te præſertim qui vaſſallus noſter es:& eccleſiæ Romãæ
vicarius.Dolemus tamen aliquando q̃ non exequeris tu
um mũus:neq; illum te exibes domino tuo quem debes
Sed odium ꝓcul abeſt & rancor & maliuolẽtia:quæ ſi au
tem alio⁹ de te uel exiſtimatio uel opinio:& quantũ ab

eis ameris non eſt exploratū nobis: ſed teſtis es tu ipſe ti bi: qui & Venetos te magnificare & amare uæhementer affirmas. Amplectīur teſtimōiū tuū quāq; ex alieno ore tua laus efficacior exiuiſſet. Quibus officiis & Ducē me diolani & Duciſſā & Comitē Galeaciū ſis ꝓſecutus mul tis in mediū uerbis affers: & coli te ab illis & obſeruari & magno habere in precio aſſeris. Nō imus ī īficias q̄uis non omnes principes ita ſunt apti ut nos: & illi noſtra ætate uidentur ſape qui melius diſſimulāt. Quod Florē tini ut ais prudentē & circūſpectū & alti cordis ſenſusq; magni principem ducant & ament: & nullam unq̄ tibi de finibus litem moueāt & ſubditos tuos nullo damno nul la cōtumelia afficiant audiuīus non ſine uoluptate tuoq; nōi magnam acceſſionē hinc factam eſſe cognoſcīus: q; te populus ille īter etruſcos occultaſſimus admiretur & laudet. Illa eſt enim vera laus quæ ab homine laudato ꝓficiſcitur multo magis ab excellenti populo. De Mantua no principe & aīa una in duobus corporibus: ſicut Ari ſtophanes ait: conſētimus tibi: & quod ille ꝓſpicacem & cautum & ſapientem & prīcipem iudicet: tuam ſeqmur auctoritatem. Nec Bononiēſes & magnificare & ꝓcul ui dentem exiſtimare negauerimus. At quod te ament non fit nobis ueriſimiles cum ſuos exules in tuis urbibus fo ueas: niſi occulta eſt inter uos intelligētia: cuius rei tibi iudicium relinqmus. Illud exploratiſſimū eſt quod de ty rannis Romādiole affirmas es illis ut ſcribis carus atq; acceptus. Sigiſmūdo præſertim homini ꝓnicioſo: & fra tri eius nihil meliori. Quibus uel fauiſti contra nos uel non aſtitiſti nobis contra eos ut tenebare. Vere ex cōmer tio tam facinoroſæ domus nulla tibi aſſurgit laus: & ca utius erat hunc locum præteriiſſe: & ſi cōſanguinitas in terceſſit ut ais: non eſt efficax teſtīoniū ſāguinis. Pergis

ad Regis Ferdinādi negocia & plurima dicis de patre ſuo: & de affinitate quæ tuo germão cum illo fuit: & longas explicas regū ābages quo mō te Alphōſus amauerit honoraueritq; :& munera quæ illi attulli: q; nunq̄ Ferdinando nocueris & litterarū eius exemplaria nobis miſiſti in qbus ille te optime meritum de ſe affirmat. Ais tamē nepotem tuum qui cum eo fuit aliam Regis mentem ad te detuliſſe: & plus Regi q̄ tuo nepoti adhibes fidei: & tamen dicere ſoles nobiliſſimū Eſtenſis familiæ ſāguinem ueracem eſſe: nec ſcire mentiri. Si ita eſt cur Ferdinandi litteris q̄ nepoti tuo magis credis? Si uera eſt Ferdinādi epiſtola mentitus eſt nepos tuus. Si uerax tuus nepos: falſa ē epiſtola: nec de te Ferdinādus bene ſentit. Nos & nepoti tuo credīus & Ferdinando ignoſcimus ea ſcribēti quæ tibi placeāt quia non eſt calamitoſi hominis & in aduerſa fortuna cōſtituti potētes principes: etiam nocentes accuſare fatetur potius quæ illi uolūt & tolerat & diſſimulat iniurias ſiue ut deſiſtāt pſeq; : ſiue ne magis noceant: et multum ītereſt quo tempore qs loquat. Poſtq̄ multa īculcaſti de tua in te omniū gratia nobis demptis dicis te more progenitorū tuorū ī bellis quæ Italiā agitant neutri partium adheſiſſe ipſamq; neutralitatem magnis effers præconiis. Nā tui ſubditi hinc ditati ſunt pace fruentes: & ſæpe Italia tuorū ſtudio maiorū qui neutralitatē ſeruauerūt ad ocium rediit. Subdisq; & patrem tuū & alios anteceſſores ſæpe grauia in ſe odia excitaſſe cum eſſent neutrales dicentibus his qui cōtendebāt. Qui non ē mecum contra me eſt: & idem tibi nunc ais accidere quē oēs oderūt quorū belli ſocietatem refugis. Multi ergo te oderunt qui uel Ferdinādum uel renati ſecūtur firma: qui multi ſunt & ipſi contēdentes oderunt. Non igitur ſolus te Pius Pontifex odit. En q̄ cohærēt iſta prioribus

Sed damus ueniam multa dicenti: qui non pōt in multi loquio deeſſe peccatū. Extollis pluribus uerbis neutralitatem & rem iuſtam ac ꝓneceſſariā conaris oſtēdere. At Solon qui leges dedit Athēiēſibus rem ciuitati ꝓnicioſā cenſuit: exilioq; neutrales mulctauit. Stante Baſiliēſi cōcilio cum germāi neutralitatem quādam recepiſſent. Et ab Eugenio: & ab ipſo concilio reꝓbati fuerūt: & ſunt q̄ angelos quoſdā ex cælo præcipitatos aiunt quia pugnāte Michale archāgelo cum Dracone ſtante bello dubii fuerant nec agno adherentes nec lucifero. Bonōienſes quos tibi amicos aſſeris eos qui diuiſa ciuitate partem nullam recipiūt male tranſuerſos appellant. Chriſtianitas tota quaſi ciuitas quædam eſt dei in terris quæ cæleſtem inquirit iheruſalem: hanc vnitam eſſe conuenit: quod ſi diuidatur in ꝓtes & altera īpugnet alteram ei conſentiendum ē quæ iuſte induit arma ut fiat belli finis & diſcāt iniq̄ pacē tenere: & parere ſupioribus. Et ſi licet aliquando belli exptem eſſe id ꝓfecto non licebit domīo iubente ut arma pro ſe capiat contra hoſtē ſuum. In his quæ pēdent ex gratia & arbitrio poteris neutri auxilia ſubminiſtrare. Vt ſi Veneti & Florētini uel Mediolanēſes inter ſe pugnent: quādo iſtoꝝ nemo tibi ſupior eſt: & quicqd ex te petunt: ex gratia petunt. Secus in Papa fuerit: cui uel non rogāti teneris ut domino aſſiſtere. Si modo eius Vicarius es ut non tam ope q̄ uerbo fateris. At dicis nō poſſe te ꝓpeti mortalia vulnera noſtra: hoc ē uerba quibus te repræhēdimus: & ꝓemptoriū nobis comminaris edictum: quaſi grandem aliquā ſis facturus mutationē niſi deſiſtamus te obiurgare plusq; commoueris noſtris verbis q̄ nos tuis factis agitemur. Eſt tamē tui arbitrii facere ut uelis & uti edicto ꝓemptorio cum tuo domino quando eum non habes ut dominū. Facile patiemur te

ſequi deſiderium tuū ſi non poterimus impedire nec ho
mines ſine lege:ne equi ſine freno retineri poſſunt.Si le
ges contēnis difficile eſt ī officio te retinere qui poſtquā
aliquādiu acerba locutus es.Dēiq; ſubiūgis uelle te ſci
re quo pacto debeas nobiſcū uiuere:tanq̄ uelis obſeq no
bis ſi noſcas quæ ſint officii tui ptes.nō ē q; te multis mo
rēur breuis ē formula.Recte viuito nos nihil ex te quæri
mus niſi quod æquū quod debitū ē.tu niſi oēs quas petis
ex nobis gratias obtineas iniuriā tibi factam putas:nec
diſtinguis inter debitum & gratioſum:& cum res ardu
as ingentesq; petas ſi negantur gratiolas inquis obtine
re non potui ſi cōceduntur:& quid eſt ais parua res eſt
mihi cōceſſa quæ nulli plebeio fuiſſet negata.Atq; ita fit
ut ſiue negemus:ſiue concedāus quod poſtulas parē ine
amus beniuolētiam.Petiuiſti ut publicani qui tuo nomī e
ab eccleſiaſticis uiris uectigalia exegerunt abſolui poſſet
Indulſimus teq; alieno donauim⁹ ære. Tu hoc minimū
ducis et tanto te munere indignū reddis.Nec priuilegia
tibi cōceſſa trahis ad gratiā quæplurima ſunt. Relinque
mus deinceps in terminis iuris atq; ita intelliges quot
quātasq; gratias a nobis accepis.Non erimus iniurii ti
bi ſi iuri te relinquemus.Amplificas & admōm extollis
quæ in noſtrā laudem feceris uel utilitatē:quæ uero ac-
cepiſti a nobis īminuis atq; contemnis. Quod nos lauda
ris habēus tibi gratias:q̄uis non ſtabit laus noſtra niſi
opibus noſtris conueniēs fuerit:quicqd ſupra uerum di
citur caducū eſt:tua tamen ꝓbanda uolūtas eſt.De vtili
tate quam nobis præſtiteris amplo loqui ore non poſſu
mus:non es tamen fraudatus tua laude:Miſiſti ad nos
vaſa quædam ſiue vitrea:ſiue chriſtalīa pulcerrīa que
de auro atq; argēto ueſtita:quoꝝ ualor mille aureos nō
exceſſit:at q; ea detulit ſecū priuilegia ad te retulit mul

tarum & magnaꝝ rerum quarū taxa auri decē millia nu
mū aſcendiſſet: tibi nihil conſtitere: gratis enī cūcta tuo
anibali ingēio nō natu peno tradita ſunt. Honoraſti nos
ferarie egregie quidē ac magnifice; & cnm mantuam iui
mus & cū inde rediuimus nec negamus nos inde tibi ob
noxios eſſe: q̄uis ſine tuo magno dedecore & ingratitudi
nis nota nō poteras tuum dominū non honorare qui te
ſummo cumularat honore: Ferariam petens; & in tuas
edes familiariter & abſq; ulla pactione uel cōditiōe deſcē
dens. Que res tuū nomen orbe toto clarius atq; illuſtri
us reddidit. Nec quisq̄ fuit qui te papæ aduētu non ma
gis exaltatū exiſtimauerit: q̄ papā tuis honoribus decora
tum. Nos tamē officium tuū non dedimus obliuioni: nec
ꝓpterea ſatisfactum liberalitati & magnificentiæ tuæ iu
dicamus. Sed auxīus gratias: & q̄ maxime cupiebas q̄q̄
non ſatis ex honeſto cupiebas. Epiſcopum ferariēſem ad
feltrenſem tranſtulīus eccleſiā. non q̄ aliquid deliquiſſet
Erat enim uir grauis & iuſtus: ſed q̄ eum priuatis qui
busdā ſimultatibus recto ītueri uultu non poteras. Nec
ſuffecimus ei extraneū quenpiā aut ignotū ingratūq; ti
bi. Sed elligimus ex familia Rouarellaꝝ quam inter pau
cas obſeruas Laurentium per te nobis ſæpe cōmendatū
: uiꝝ excellētem: & litteris & moribus ſacræ theologiæ ſtu
dio inter primo laudatū. Optabas Bartholomeū eius fra
trem Archiepiſcopū Rauenatē in Collegio Cardinalium
aſſūi idq; litteris & nūciis & ore tuo ſæpe a nobis effla
gitaſti. Gegiſſimus ut primum facultas data eſt tuæ īgē
ti cupiditati morē: & ais nos tibi cūcta negare quæ petis
& ſi qd obtīes gratiolas īpetraſſe te minīas dicis & nulli
negandas: fortaſſe parua exiſtimas priuilegia & indulta
q̄plurima ex noſtra cancellaria obtenta: quia nihil ſolui
ſti: & liberaliter gratiſq; oīa cōceſſa fuere. More hominū

facis:illa pluris existimantur quæ carius emuntur:quæ gratuita sunt ipsa donatione uilescūt. Tu si nostra tua q; beneficia in equilibrio posueris inuenies te lōge supatū Nec nos hortaberis ut nepotū nostro⁹ salutem & firma mentū in tua quæramus familia:ut ad oratorē tuū scri bis. Suades enī ut mēinerimus qui fuerit exitus nepotū alio⁹ pontificū qui post illo⁹ obitū mox corruerunt. Cō memoras uetustatē tuæ domus quæ per tot sæcula dura uit:tutūq; nepotibus nostris refugium ī tua domo quæ rendum censces:id fiet si te beneficiis ꝓsequemur:osten damusq; te nobis esse carissimum retribues enī nostris nepotibus. Vis prius accipere dare feneratoris hoc fue rit qui pignus ante capit q̄ mutuā peccuniā e manu mit tat. Vēditores prius mercem tradunt:deinde pretiū acci piunt. Esto fiat quod admones. Erit ne ꝓpterea bene cō sultū nepotibus nostris ¦Non dicis q; multa expectare il li ex te queant:sed refugiū ais habebunt in domo estensi Refugiū eiectis extorribusq; cōuenit:exulare illos prius oportet:deinde apud te refugium inuēire. At quod refu giū ¦tectine ā uictus ¦uestitus ue. An quod Moyses apud sacerdotem Madianitam. An quod dauid apud Achi fili um Maochi regem Gethi:Incerta est hæc refugii ꝓmis sio q; etiā fugiētibus ex ore canū aliquando feris præbe tur. Pulcrū nempe refugium nostri nepotes abs te spera uerint post obitū nostrum qui nobis uiuētibus & sum mis te beneficiis ꝓsequētibus iniurius eis fuisti. Andre as Ptholomeus & Iacobus pater eius testes sunt:quibus quas minas intuleris tuæ littere docent quæ in māus no stras puenere. Alter eo⁹ frater noster secundū carnē cō sobrinus est:alter nepos:uec tamen eis pepcisti:q̄uis cō sanguineos tuos appelles. Egerrime tulisti nos andreæ in tuo territorio ecclesiasticū beneficium contulisse:& reser

uarum quidē atq; in curia uacans. Restitisti & diu impe diuisti. Quomodo tua nostris nepotibus elargire q̄ aliēa eis donari nō pmisisti? Satis hoc īdicat qualis post obitū nostrū sis futurus: qui dum uiuimus talem te exhibes. Nam si hoc fit in uiridi quid fiet in arido? q̄uis nō habet cæli decretum post nos uictur⁹ te esse & nescis quid uesp uebat. Multus est tuus de nostris nepotibus sermo & ar bitraris nos eos uelle reges constituere: Falleris. Non quærimus eis montes aureos: nec ꝓpter eos spoliabimus Romanam ecclesiam nec ut eis benefiat uel tibi: uel alis remittemus census beato Petro debitos. Facilius erit bōa ecclesiæ a nobis erripe q̄ recipe. Nepotes nostri eā ferrēt sortem quam tuleruut aliorum pontificū uel consangui nei uel affines. Satis erit eis si tanquam priuati ciues bōe ste queant uiuere nec si tibi æquabunt: nec ceteris estensi bus quorum nobiliras uetusta est: & opes multæ nobis cura est: nō de nepotibus nostris: q̄uis eos nō negligīus sed de sede apostolica quæ multo ātiquior est: & nobilior tua domo: & si nō male audis etiam ditior huic cōsulīus: huic prodesse studemus: & scimus qa sicut tu morieris & succesſorē habebis: ita & nos morituri sumus: & habitu ri succesſorem quē sacrum collegiū ellegerit: & bis erit Ie su christi uicarius: pater pauper⁹: æterni regni clauiger: nec nr̄ tantū: uerūetiā beati petri succesſor: huic heredita tem seruare integrā cupimus. Nec maior affectus tuus est erga heredē qui tibi succedet incertus quam nobis er ga succesſorem quem certi sumus adeo elligendum esse Nec familia nostra piccolōinea uel paup abiq; gloria erit nobis uita functis quæ Romanū pontificem unū gēuit: etiā si non sumus hoc culmine digni. Tu fruere ut libet domus tuæ nobilissima fama & maior⁹ te titulis ac triū phis oblecta: tantū desine nepotibus nostris uel ignobili

tatem uel pauptatē exꝑbrare:mēinerisq; multoꝝ regum parentes fuiſſe ſeruos:& ſeruoꝝ progenitores aliquando regnaſſe:nec potentiā ullā ulli īter mortales nō deficere nec nobilitatē nō obſcurari.Atq; hæc de nepotibus noſtris quoꝝ te curioſum eſſe nō inuiti audimus :ſi modo uera caritas eſt & non mercenaria.Videris tamen oīa tui emo lumēti cauſa dicere ut te magnificēus & reuerteris ad pur gationē &:iteꝝ atq; iterū obiecta nō tā refellis q̄ negas & inſtas:ut tibi neganti fidem habeamus:& quoniā hoc aſſequi deſperas:offers ad confutandam calumniā quā tibi falſo impoſitā dicis auri centū milia florenū uelle de pōere apud m̄ſarios rōæ q nr̄o cedāt erario:niſi tuā īno cētiā plane oſtendas:nec diu manes in propoſito:mutas oblationē eueſtigio:& depoſitum ipſum trāsfers īuades: aiſq; decē cardinales hanc ſumā tuo nomine ꝑmiſſuros neq; dubitas quin ſinguli eoꝝ pro decēmillibus ſe ſe obli gent tanta eſt tibi de his fiducia.Quid hic dicamus?hæc profecto uia eſt qua te optime purges.hic ē legiptīus de fenſionis modus.Acceptamus oblationem tuā eo quo fit ordine.Deponito aurum:aut uades dato:nō recuſamus cardinales:ſi non probaberis deliquiſſe:īpune habibis ac peccuniā & famā refers tecū & dignus eris quē magnis efferamus præconiis.Pulcra res:bellū inuētum prouide cogitaſti:duplex hic periculum fiet & tu experieris quan tū te cardinales ament:& nos palam uidebīus an teneas quod policeris.noſtra ſententia eſt:neq; te dicta ſeruatu rum:nec cardinales tuæ ſatisfacturos opiniōi.Falli uelle mus:Sed non patieris a deo labi romanū pontificem:ut falſa pro ueris accipiat:neq; plus uiꝝ hæc oblatio habebit quam altera Dominico facta de argento:& altera nobis de petenda mātua:At qui magnopere petis ut te ī priorē gratiam recipiamus & omiſſis querelis te amemus te ho

noremus & cum aliis benefaciamus: nec te unū poſſer
gemus: Cupisq; tandē ſcire quo in te āimo ſimus. Libet
tecum aperte loqui & noſtrā ſeruare conſuetudinē. libe
ra eſt mens noſtra: & quod gerimus in corde promptū
habemus in ore. Audi ergo animi noſtri ſentētiam: nec
uageris amplius incerta pro certis habens. foliū tibi non
Sybillæ: ſed euangelii recitabīus. Nos neq; te odimus ne
que contemnīus: nec familiam tuā libēter ledimus. Sed
admirāur paulū: ac doleus q̄ eum nō te nobis exhibes
quē ſperauīus: & qualē te eſſe uſ familia tua uel dignitas
reqrit: atq; idcirco tuos legatos abſq; arbitris ſeorſum
accerſitos adhortati ſumus: ut te noſtro nomīe cōmone
rēt ab errore abire & in uiā reuerti: ne pgeres ulterius
Romanū offendere pontificem qui dominus tuus eſt: &
cuncta quæ de te acceperāus illis aperta fecimus. Si non
ſunt uera quæ tibi obiecimus recte negas. Sed purgāda
ſunt iudicia & coniecturæ diſſoluende & faciendū depoſi
tum quod polliceris. Sin uera de te loquuti ſumus & iu
ſta eſt querimonia noſtra: nō multa ex te petimus. Fate
re delictum & preſto ſumus uolenti mores corrigere ue
niam dare. Imitare filiū prodigum ſua peccata confeſſū
& apponet tibi pater uitulū ſaginatum: & fiet in tua con
uerſione lætitia ſimilis illi quæ refertur in euāgelio. Sed
non poteſt facile aduci: ut peccaſſe aliquādo cenſceas. Re
cta tibi & ſumma laude digna cuncta uidētur quæ agis:
Atq; idciro preter nos principes omnes te colere & admi
rari magnopere aſſeris. In culpa ſunt domeſtici tui qui
raro ue⁹ tibi de te dicūt. Multa ē in tuo palatio palpās
adulatio: regum familiaris morbus. Approbāt quicquid
agis purpurati tui quicquid loqueris admirātur. Alius
ſapientiam tuā: alius eloquentiam tollit in cælū: hic te Sa
lomoni præfert. Ille Demoſthenī: nūc liberalitas tua nūc

magnãinitas laudatur. Si quem plectis iuſtitia & ſeueri tas magnis effertur preconiis: Si abſoluitur etiã innocẽs clemẽtiæ miſericodiæq; conceditur. Quicquid mente agi tas diuini ducitur eſſe conſilii. Si laudas quenpiã laudãt & illi: ſi rurſus dãnaueris eundẽ damnant. Ais aiunt ne gas negãt: ſi dixeris eſtuo ſudãt quocunq; pergis ſemp inter laudam placentiãq; te reperis: Veronã quoniam li beri populi eſt nunq̃ pergis: hinc tu tibi cõplaces. Neq; animaduerteris alium de te ſermonẽ eſſe in foro alium ĩ thalamo. Si priuato non nunq̃ habitu circuires urbẽ ĩco gnitus: & modo in plateis modo in balneis & aliquando in piſtrinis ſeu tabernis uinariis audires populi uoces q̃ ſæpe tuus genitor tuuſq; frater dicitur factitaſſe: uerũ de te ipſo cognoſceres & multa de tuis operibus emenda res. Et ſi ſtatua tua quæ in foro ſedet apertas haberet au res: poſſetq; tecum loqui qualis ſit plebis erga te ãimus non ſubticeret. Nam ſæpe in eam tanq̃ ĩ teipſum maledi cta probraq; iaciuntur: ut eſt omnis in ſuos rectores cõ tumax populus. Sed quoniã neq; ſtatuæ datus eſt ſermo nec tu libere loquẽtem audis plebem: nec qui tecum uicti tant ad uerum te fantur: officii noſtri eſſe putauimus de te aperte ad te ſcribere quæ ſentiremus non carpentis de trabentisq; inimici: ſed more pii patris corrigẽtis & amã tis quem nõ decet adulari aut inpinguare oleo caput filii Si uera dicimus intelligis quæ ſunt corrigẽda: potes adhi bere medicinã cognito morbo & gratia eſt indicãti habẽ do qui uoluit te ignorantem perire. Si ſanus es & nulla eges cura gaude conſiẽtia tua & nihilminus ama qui te admonet: amat enim & te ille qui corripit q̃is corripiat fruſtra: ſi nõ amaret ſineret pro ſua opinione te labi cui nulla eſſet de tua ſalute cogitatio. Nos te diligius ut an tediximus: odimus autem ea quæ credius in te mala eſſe

atq; iccirco monẽus ut illa relinquas si uera sunt: sin falsa ut ita purgeris: ne uel uos uel allios siniſtra opinio de te teneat: quia non malo tantũ sed mali quoq; suspitione carendũ. Accipe uerba noſtra in bonam partẽ: q̃uis duri ora uidentur: & habeto gratiã q; aperte loquimur: neq; figmẽtis utĩur aut blanditiis. Si capeſces conſilia noſtra delectaberis tandẽ in eis: q̃uis ab inicio paululũ acerbitatis uidentur habere: ut sunt omnia precepta ſalutis que amaritudinẽ quandã ab inicio pre ſe ferunt: & ipſos ĩcho antes deterrent: poſtq̃ uero recepta fuerĩt: & conſuetudinem tranſierint mirabilẽ proficiẽtibus ſuauitatem exhibent: & dulcedinẽ ſuggerũt incredibilem. Datũ Viterbii nonis Iunii Mccccl xii. Pontificatus noſtri anno quarto.

XXXI Epiſtola pii papæ ſecundi ad regẽ francoꝝ commendãs eũ de bono animo erga põtficem & de regno Siciliæ ratum fore affirmans quod promiſit.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Cariſſimo in chriſto filio Ludouico Regi Frãnciæ chriſtiãiſſimo ſalutẽ & apoſtolicã benedictionem. Reuerſus ad nos Antonius Noxetanus familiaris noſter dilectus: multa de tua erga nos caritate expoſuit: quæ per cupide audiuimus q̃uis alii alia uario rumore aſſererẽt & præſertim de reuocãdis ex curia noſtra prælatis tuis: q; nunq̃ potuimus de tuo caſtiſſimo pectore credere cum nos te etiam ãteq̃ regnares ſemper amauerimus: & pro noſtris utilibus ſalnti tuæ conſuluerĩus Illud autem quis potuiſſet uerum arbitrari ut plus tu illos exiſtimares qui te aliquando perſecuti ſunt quam nos qui audiuĩus ſemper dilexĩmus toto corde: & plura poſſumus ad tuã gloriã confere multo quam illi! Affir

mauit nobis Antonius te iuxta cor noſtrum regem eſſe qui alta mediteris & nobis in amore reſpõdeas. Quare nihil nobis poteſt eſſe iucondius maxime uero id magni fecimus: quod de conuẽtione Antonio expoſuiſti: eſt enĩ res te nobiſq; digna: ſi modo caute conducatur & ſecrete conueniẽtibuſq; modis: ut eidem Antonio reſpondimus qui de hoc ipſo ad te reſcribet. Speramus bona multa ĩde emergere poſſe & pro re publica chriſtiana & pro tua gloria. Nam & tu es ut uidere uidemur q ad magna ſis natus: tuorum more progẽitorũ: & nos minima faſtidimus & cupimus aliquando tibi oſtendere q̃ti te tuamque domum faciãus. De regno Siciliæ quod ſcripſit tibi de mãdato noſtro Cardinalis atrebatẽſis: & quod tibi retuliſſe credĩus Epiſcopum Ferrarienſem: ratum & firmũ erit: ſi per te fuerit acceptum. Nam ea uia eſt quæ cum noſtro honore teneri poteſt cuius ſumus parciſſimi: Nec credimus tuam ſerẽitatem honori noſtro uelle derogare cum nos tuum & ſeruatum uelimus & ampliatũ. Amplectere igitur oblationes noſtras et ĩuenies nos nõ uerba dare ſed facta. Si quid interĩ audis nõ moueare. Nã dũ pẽdent tractatus uel pacis uel ĩdutiarum ſua quiſque negotia proſequitur: ne comprændatur incautus. Vale in chriſto optime. Die xi Iunii Mcccclxii: Viterbii manu ꝓpria.

XXXII Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Regem francoꝝ credentialis in Epiſcopum Andegauenſem

Ius Epiſcopus Seruus ſeruorum dei: Cariſſimo in chriſto filio Ludouico Francoꝝ Regi illuſtri: Salutem et apoſtolicam benedictionẽ Venerabilis frater Epiſcopus Andegauenſis

Orator tuus nobis propter uirtutes ſuas acceptiſſimus et gratiſſimus fuit: Is ad te reuertitur Speramus bene informatus de noſtra erga te caritate & ſingulari affectione. Rogamus uelis ab eo audire quæ ſecum contulimus: & tibi perſuadere inter principes q̃ hodie uiuãt te nobis eſſe cariſſimum. Reliqua ipſe tibi exponet quem pro ſua nobilitate uera omnia loquutur⁹ non dubitamus. ſcriptum Romæ manu propria: Die quarto Maii M.cccclxii

XXXIII Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad regem Francor⁹ in qua quædam refellit quæ falſo ei fuerunt enarata.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruor⁹ dei: Cariſſimo in chriſto filio ludouico Francorum Regi illuſtri Salutem & apoſtolicã benedictionẽ litteræ tuæ quas heri accepimus datas Burdegalis quamuis modeſtiſſime & humaniſſime querelarũ tãen plene fuerunt. In his enim ais ueniſſe ad te aliquos qui affirmauerunt nos cũ tuæ obediẽtiæ litteras & pragmaticæ abdicationem accepimus: ter clamaſſe guerã uſque ad capillos. De qua re tanquã uera dolere te oſtendis: & ſentire uideris nos quæcũq; agimus eo tendere ut conſãguineus tuus Regno Siciliæ excludatur/ & tu dominio genuæ frauderis: Quas res multis de cauſis indignas dicis Non miramur fili amantiſſime inueniri homines qui talia dicant: afferant: iuramento confirment. Multi ſunt enim homĩes a deo maligni: Vt omnes eorum cogitatiões in malum uergant: neq; homines uereantur: nec deũ quibus & peierare & mentiri pronum eſt. Sed mirãur nobile tuum pectus his nugis potuiſſe fidem preſtare! Nam quantum littere ſonant perſuaſum tibi eſt: nos ea uerba

dixiſſe quæ ſupra ſcripta ſũt de guerra & id opere imple re:& dicis de duce mediolani & de nepote noſtro multa. Certe fili dignum erat eos qui de nobis talia ad te detu lerunt comprehendiſſe & tenuiſſe donec ueritatẽ inqui ſiuiſſes:& pro rei euentu uel puniuiſſe uel premiaſſe. Nã in tali & tãto negocio aliquid affirmare grauiſſimum eſt quod poteſt internoſq; diſcidiũ parere. Nos certe ne dũ talia non diximus:ſed neq; uel cogitauimus unquã uel ſomniauimus fuiſſemuſq; admodũ ſtulti:ſi hunc ſermo nem emiſiſſemus. Nam quis põtifex eſt qui talia uerba effunderet? Sunt ne illa uerba ſacerdote digna? An poti us ſecura? Quippe tam leuis fuiſſet pontifex talia dicẽs quam uanus & nugax qui ea ad te detulit:atq; ut ſcias quibus uerbis uſi ſumus quando primũ de ſublatione pragmaticæ certitudinem habuimus hæc ueritas eſt: Eleuauimus manus ad cælum & cum lacrimis diximus Gratias agimus tibi deus qui hoc tempore tam religio ſum & nobilem Regem enexiſti in cuius corde poſuiſti dilectionem eccleſiæ tuæ ſanctæ. Da mihi gratiam ut pie tati ſuæ digna poſſim præmia retribuere hæc uox no ſtra fuit plena lacrimis quæ predulcedine tui doni ema nabant. Vide an hæc cõſona ſint his quæ tibi relata ſunt Quæ autem publice diximus in tuam laudẽ & tuæ dõus gloriam:ipſa oratio per nos edita docet. Hortãur & ite rum hortamur:ne ſuſurronibus his credas aut tã facile aures præbeas:Sed comprehenſos teneas uſq; ad inqui ſitionem ueri. Nos te amamus & manificamus & a- maturi ſumus uita cõite. Cardinalis Atrebatẽſis & mul ti alii teſtes ſunt noſtræ feruẽtis erga te caritatis:quod ais de nepote noſtro:ſcito ꝙ anteq̃ pater tuus morere tur per uerba de præſenti matrimonium cõtraxerat:cũ puella xi annorum:ut nobis affirmatũ eſt:& debebat tũc

consumari nisi quod in estate bellis intẽdendũ fuit. Dila tũ est usq; ad festa natiuitatis: & tunc sponsæ suæ cõmu nicauit nepos noster: Quo tempore nondũ uenerãt Ora tores tui ad nos: nec certitudo erat ulla de pragmatica sublata: Imo omnia dubia fuerunt usq; ad aduentũ ora torum: Nec nepos noster de consilio nostro matrimõiũ consumauit: quando eius rei arbitriũ noluimus unquã nos assumere. Sed de uxore diximus ut ageret quæ in su am rem existimaret: quia ipse esset qui de coniuge sciret quid sibi conueniret. Et ita fecimus semper cũ nostris con sanguineis permittẽtes eis ut nuptias sibi deligerẽt. Præ terea multis mensibus & fere anno ante miseramus copi as militum nostroꝝ pro defensiõe regni Neapolitani/q̃ de matrimonio: aut uerbum ullum esset aut cogitatio ul la. Non ergo matrimonium ipsum fuit causa fauoris per nos ferdinando impensi. Sed ratio tuendi honoris nostri & iuris romanæ ecclesiæ: nec tu tibi persuadeas quod ꝓ pter nepotes nostros aliqd agamus honori nostro cõtra rium. Nos non solemus unũ dicere & aliud agere. Nec ĩ uenies nos inconstantes: nec studemus auferre tuo gene ri Regnum Siciliæ. Sed postquam tuã accepimus obediẽ tiam multa intermisimus: & de aquila & de abrutio & de duce Sore & aliis pluribus tui causa Quod si uoluisse mus agere quæ poteramus: audiuisses alia noua: Nec pec cuniæ regni tui hæc fecisent aut pecuniæ contra turcos cõ gestę que nullæ sunt. multa tibi dicũtur de auro ꝙ ad nos uenit propter sublactiõem pragmaticæ Rogamus ne cre das omni uerbo: Quia non augentur propter hoc reddi tus cameræ ĩqndecĩ milibus aureis ãnuatĩ nec ĩ decẽ milli bns: & qui aliter dicũt nesciunt ueritatẽ. Vide quæ guer ra hinc fieri possit. Sed si posset: non tamen faceremus maxime contra te qui de nobis optime meritus es. Quod

autem non ceſſatur a bello id eſt quia expectamus reſpõ ſum tuũ ſuper his quæ ad te miſimus. Talia non debent fieri ſine modis & formis debitis & cum bonis ſecuritati bus ut ſaluetur honor noſter & ſtatus eccleſiæ. Quod at tinet ad genuam contrarium eius eſt quod tibi perſua des. Nam nos duci Mediolani ſemper ſcripſimus quod in facto Genuæ tibi morem gereret & in omnibus rebus tuam beniuolentiam quereret: & in hoc multa ſunt ſcri pta noſtra: & multe ſuaſiones oratoribus ſuis factæ. Ipſe quoq; ludouicus qui ſe gerit pro Duce Gẽuæ bis ad nos legatum miſit: cõſilium & auxilium petens: Auxilium di ximus palam: nos minime daturos contra domum Frã ciæ. Conſilium autem dedimus ut cum tua maieſtate ſe componeret: & obtulimus etiam ſi uellet nos mediatores Hæc p nos acta ſunt ĩ facto Genuæ poſtq̃ tu Regnũ frã ciæ accepiſti. Vide ſi hæc ſunt ſigna quod te uelimus ex cludere an non. Quantum autem ad matrimõium filiæ tuæ id nos magnifacimus & gratias agimus tuæ ſerẽitati Non potuit id tractari: quoniã ut diximus ante aduẽtũ oratorum tuorum cum alia conſumatum erat. Verum de hac re latius tibi ſcribet dilectus filius Cardĩalis Atre batẽſis. Pro deo filii ne ſuadeas tibi ſiniſtra de nobis: nec putes nos uti dolis. Quia non ſunt nobis amici: Natura noſtra eſt uerax: Dicimus eſt eſt: & non non: nec uariãus ſermones noſtros: Perſuade tibi quia te diligimus: ſi quẽ diligimus homĩem: Cogita ut regni huius Siciliæ nego cia cum tuo & noſtro honore terminẽtur: & conuerte a nimum ad rem fidei tuendæ contra turcos ſicut tibi per Epiſcopum Ferrariẽſem ſignificauimus. Et uidebis an Papa pius uerax ſit: & an te tuosq; diligat. Vtinam eſſes in loco in quo poſſemus te alloqui & audire. Certe nõ di ſcederes a nobis niſi optĩe contẽtus: Vale: & noli credere

delatoribus pluſquã nobis. Scriptũ Viterbii manu propria. die. x Maii Mccccl xii.

XXXIIII Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Regem Frãcorũ ubi excuſat ſe de his quæ acciderũt in regno Siciliæ.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei Cariſſimo in Chriſto filio Ludouico Regi francorũ chriſtianiſſimo Salutem & apoſtolicã benedictionem. Credimus te accepiſſe quæ his diebus in Regno Siciliæ acciderunt aduerſus partes Regis Renati: quæ res nõ ita ẽerſiſſẽt: ſi oratores tui ad treuguas componendas citius iter ad nos feciſſent. Vtrunque ſit perſuadeto tibi nos neque aduerſis rebus frangi neq; ſecundus inſoleſcere: quæ alias tibi ſcripſimus de mente noſtra in facto regni Siciliæ & oratoribus tuis pariter affirmauimus: non mutabimus. Sed uenientibus ipſis tuis oratoribus cum plẽo mandato ad unguẽ ſeruabimus quæ ſumus polliciti. Vtinam qui primo ad nos uenerũt componendarum rerum facultatem habuiſſent. Iam res in uado eſſent. Tu ſapiẽs es & iuſtus: Cogitabis quæ tuo & noſtro honori conueniant: & illa proſequeris: & ad ea inuenies nos abſque ulla fictione prõptiſſimos: Si quis aliud pietati tuæ ſuadere conabitur a uero erit alienus & indignus cui præbeas aures: Optimus deus ſerenitati tuæ ſemper propicius aſſit. Scriptum Piẽtiæ. vi Kalẽdas Septembris Mccccl xii manu propria:

XXXV Epiſtola Pii Papæ ſecũdi ad Cardinalem ſãctæ Ciciliæ monitoria de agendis cum Illuſtri Comite vrbinati:

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū dei Dilecto filio Nicolao Cardiali Sanctæ Ciciliæ apoſtolicæ ſedis legato: ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Tua fides & in rebus omnibus diligētia & circonſpectio liberat nos ſcribendi onere quia ubi tu es nos ſumus & ea facis quæ ipſi faceremus nec horatu indiges: Si qua ſunt apud nos quæ tibi cognita eſſe cupimus: Scribit ad te Gregorius Lollius noſtro nomine: Non igitur miraris ut arbitramur: ſi litteras manu propria ſcriptas haud multas recipis: et credimus labori noſtro te non inuitum parcere: Nunc epiſtola hæc parua a nobis exarata ad te ueniet: et cum ea exemplar litterarum quas Vrbīati comiti ſcribimus aduerſus dolos et machīamenta Sigiſmondi proditoris: Cuius artes et inſidias euitare perarduū eſt: q̄uis Federici proſpecta nobis uirtus eſt & conſtantiſſima fides, tamē omni ingenio aduitendū eſt: ut in officio retineatur: & ut ipſe ōni conatu hoſtem urgeat: neq; ſinat protrahi bellum: quoniam neq; poſt victoriam ipſum deſeremus. tu ſcis quæ illi dicenda ſunt & naturam eius calles. Vtere tua induſtria: & accelera q̄maxime potes ad belli exitū: neq; aut uenetos aut alios uerearis: Nam ueneti nobis ātiquiſſimi ſunt & noſtri cauſa cōitem Carolum denuo conduxerūt: in qua re fruſtrata eſt & Sigiſmondi expectatio: & Ducis Mutīe diligentia: Nūc oratores Regis franciæ uenturi ſunt: & in his quoq; ſpes Sigiſmundi ſita eſt: ut in induciis quæ de regno faciende ſunt cōcludatur decipitur: neq; enim de noſtris ſubditis aliorum erit iudiciū: In regno res noſtræ ſuperiores ſūt: Curato q̄citius fieri poteſt ſigiſmundus pereat: & euerſus comes ſentiat quod ueretur: Vale: & ſæpe nobis ſcribito: Dux Mediolani ut nobis ſignificat mittit Comiti auri numū ſex millia: & Ludouico maluicio in Aprutiis mille

Scriptum manu propria apud balnea Petriolenſia nõis Octobrts Mccccclxii:

XXXVI Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Federicũ Comitem Palatinum repræhendens eũ q̃ arma Diethero uinxerit & edixerit ne quis apoſtolicas litteras in ſuo dominio publicaret

Ius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei Nobili uiro Federico Comiti Palatĩo ſacri Imperii electori ſalutem. Quod te dilectũ de more filium non uocamus neq; benedicimus tibi: faciunt opera tua qui ut eccleſiæ Magũtinæ bõa ad te traheres aduerſus apoſtolicæ ſedis mãdata Diethero priuato & anatematizato iũgere arma nõ es ueritus & ulterius publica edicta ponere ne quis litteras noſtras in tuis territoriis uel publicare uel exequi audeat mortem ei comminatus qui contrafecerit. q̃ nihil eſt aliud q̃ primæ ſedi & Ieſu Chriſti uicario rebellare: Quibus ex rebus q̃uis nolis ipſo tamen iure excõmunicatus es: & extra eccleſiã Chriſti factus: neq; dilectus filius appellari potes: neq; benedictionis capax haberis: nec te tua tuẽtur edicta & ĩhibitiões quibus apoſtolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina nõ montes non muri aut aliæ quæuis munitiones excomũicationis ad te aditũ impedire poſſũt Dei flumẽ eſt apoſtolicũ anathema: cui nulla poſſunt arma reſiſtere. Tu longam epiſtolã ad nos ſcripſiſti: ut excuſares quod feciſti. Sed q̃ti momenti ſint quæ dicis Deus nouit: & tu ipſe ſcis: nec nos ignorãus. Iudicat te conſciẽtia tua. Quæ te cauſa mouerit Diethero tuo prius inimico auxilium preſtare: contra iuſticiã omnes intlligũt. Potes multa dicere: Sed ueritas in ſuo loco manebit: petis

ne credamus inimicis tuis: ne ue tibi cauſam demus quæ rendi remedia qbus defendi poſſis: & arroganter aliqua & per minas ſubnectere uideris. Nos ſolum opibus credimus: Et ea que palam uidemus: non poſſumus nō credere. Tua offenſio notoria eſt & manifeſta rebellio. Si te uolueris emendare: & ut bonum filium decet: apoſtolicis obedire præceptis: Vtemur pii patris officio: nec redeuntem filium aſpernabīur: Quin potius uitulum ſagīatū apponemus ſicut in euangelio erga filium prodigum feciſſe legimus bonum patrem familias: Quod ſi perges apoſtolicam ſedem impugnare: & eius decreta contemnere: ſcīes maiorem eſſe romanam eccleſiam quam uel tu ſis: uel quicunque alius tibi opem afferre uoluerit: Prudens es & noſti quæ poſſunt aduerſus te fieri: & plane intelligis quia non poteſt uinci ueritas: & quod iniuſte agenti nulla ſatis tuta poſſunt inueniri preſidia. Datū Romæ Anno incarnationis dominicæ milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimoprimo: Pōtificatus noſtri āno quarto:

XXXVII Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad comitem urbinatem: ut ſolita uirtute perſeueret contra ſigiſmundum.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū dei: Dilecto filio nobili uiro Federico Comiti mōtis feltri copiarum noſtrarum duci Salutem & apoſtolicam benedictionem: Si uerus ad nos ſermo peruenit fidem tuam quamuis incorruptibilem multifariam multisque modis corrumpere adorſus eſt: iniquus ille proditiōum magiſter & totius impietatis conſumatus Artifex Sigiſmundus malateſta uerus perditiōis filius q ut accepimus & tu aliquid nobis ſignificaſti. poſtq̄ tua

eximia uirtute & tuorum militum ſtrēuitate apud Seuo
gallıam in campo uictus profligatus & turpiter fugere
coactus eſt nuntium ad te miſit rogans ne uelles aliena
cauſa regno cum exuere: Adiiciēs quod ſi nos eū ad coqui
nam & paranda fercula redigeremus: Tu quoq; tandem
mulio fieres: affinitatemq; tibi pollicitus eſt: ſi aut eum
nobis recōciliares aut perſequi ceſſares. Scimus q̄ſapiē
ter ſtulto reſpōderis: & q̄prudenter eum confutaueris.
Non eſt cur ſapientem admoueamus: illud tantū horta
mur: ut forti animo perſeueres: urgeas: inſtes: nullā occa
ſionem omittas perdēdi hoſtis: belloq; ſtudeas quātotius
finem imponere: & nos ad te ipſum teterrimo inimico &
inſidiatore perfido liberare: cum quo nulla poſſunt certe
quietis inueniri fœdera: neq; arbitreris q̄quam Rex Frā
ciæ noſter amicus inducias in regno Siciliæ querat: & Si
giſmundū quaſi amicum uelit comprehendere: nos unq̄
paſſuros q̄ de noſtris ſubditis alius ſit aut arbiter aut iu
dex: quam ſedes apoſtolica quæ modo apud nos eſt. Per
ge igitur & uince atque attere prorſus & conſumito ſce
leratum Sigiſmundum: & in eo uenenum Italiæ extīgui
to. Quod ſi feceris ut ſperamus: eris nō nobis ſolum ue
rumetiam ſucceſſoribus noſtris omni tēpore cariſſimus
Et nos tuam probitatem his præmiis proſequemur quæ
cum alii tum ipſe tu magna exiſtimes. Neque enim nos
ut Sigiſmundus ementitur: nobilitatem odimus ſed ma
los & infideles nobiles atque ipſius Sigiſmundi ſimiles:
qui matrem & dominam ſuam romanam eccleſiam ꝓde
re non uerentur Fatemur quoniam illos corrigere quan
tum deus conceſſerit nō negligemus. Te uero & qui tua
imitātur opera: totius amamus præcordiis: & quo ad no
ſtræ facultates patientur uita comite honorabīus et ma
gnos efficiemus: haud ignari duabus rebus imperia reti

neri pœna ſilicet et præmio Sigiſmūdus illa iudice mūdo tu hoc per quam dignus haberis. Data apud Petriolum & manu propria ſcriptum nonis octobris Mcccclxii

XXXVIII Epiſtola Pii Papæ ſecūdi ad Ducem Venetiarū: ut ſibi fauori ſit aduerſus Sigiſmūdū: aut ſaltē iuſtum bellum nō impediat.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū dei Dilecto filio nobili uiro Chriſtophoro mauro Duci Venetiarū Salutem & apoſtolicam benedictōem Superioribus diebus profligato apud Sēogaliam perditionis filio Sigiſmūdo malateſta ſecretarium tuum apud nos agentem Nicolaum Sagundinū hortati ſumus noſtro nomīe ad te ſcriberet: ut ad proſequēdam uictoriam de hoſte iniquiſſimo nobis fauori eſſes aut ſaltem iuſtiſſimū bellum noſtrum non impedires: Reſpondit tua nobilitas ut bono eſſemus āimo: quia ſucceſſum rerum noſtrarum nullo pacto retardaturus eſſes: Sed noſtris potius deſideriis te cōformem exiberes: Gratiſſima fuit nobis reſponſio tua quæ a tuorum prædeceſſorū iuſti & honeſti cultorum ueſtigiis non recederet Secuti ſumus uictoriam in hūc uſque diem fælici curſu. Et multa abſtulimus hoſti uel eaſtella uel oppida. Nunc uero accepimus Dominicum malateſtam qui non eſt fratre melior & qui ſe noſtrum & romanæ eccleſiæ paruis operibus hoſtem declarauit Multa dicere de tuo erga ſe fauore palamque affirmare: tua ſibi præſidia non defutura: Cum & ipſum & fratrem in tuam protectiōem receperis. Durum eſt hoc credere de tua & domini tui moderatione ac pietate. conſueuiſti eccleſiam obſeruare honorare colere Idem facere maiores tui qui multa & magna bella pro

religione ſuſceperunt:& Alexandrum tertium prædeceſ
ſorem noſtrum aduerſus iniuriam Federici primi Roma
norum Imperatoris protexerunt & aliis ſæpe romanis
præſulibus in ſuis neceſſitatibus opem tulerunt. Nō poſ
ſūus nobis perſuadere neq; id uero ſimile eſt. Te nūc he
reticis ſciſmaticis ab eccleſia præciſis aduerſus eccleſiam
auxilia præſtare. Quando non ſolum adiuuare tales, ſed
alloqui pœna eſt anathematis· Credimus uana eſſe quæ
hoſtes iactitant & ut aſſueuerunt ſuam cauſam tueri mē
daciis. Non tamen nos fugit eſſe aliquos diuini timoris
expertes qui tuis auribus multa ſuggerentes magnope
re ſtudeāt in eam te partem trahere ut hoſtibus noſtris
opem feras: ut ſunt plures diſcordiarum ſatores:& qui
pulchram Italiam pacatum iri ferre nō poſſunt. Dilecte
in chriſto fili & princeps deo amabilis: Hortamur te ne
bis aures accommodes: ne decipiaris: Noſti quā graue
eſt iuſticiam impedire:& damnatis de hereſi patrocinari:
Sigiſmūdus hereticus eſt qui mortales aſſerit: humanas
animas & reſurrectionē mortuoꝝ negat:& ut talis dāna
tus eſt. Vxores interemit adulteria ſtupra inceſtus ſacri
legia prope infinita comiſit: fedioribus etiam ſceleribus
inquinatus. Quot proditiones fecerit non ignoras. In ſa
cratiſſimo paſcatis die quo uel ſcelerati homines deuotio
nem aliquam ſentiunt: quattuor transfugis amputauit
manus: Viduas ac Pupillos ſuis expilauit bonis no-
lumus percurrere mille nefaria ſcelera cuncta capitalia
quorū ſi unū aliquis ex tuis ciuibus admiſiſſet in re pu
blica tua optime inſtituta nullo pacto uiuere permittere
tur: Similis ei eſt frater: aut paulominus ſceleratus: excō
municati ambo ſunt:& priuati uicariatibus: Alter ſenté
tia: alter ipſo facto ſecundum pontificales conſtitutiones
terræ quas poſſederunt ad camerā pertinent:& deuolutæ

ſunt. Hortamur te ne nos in uendicatione noſtri iuris impedias: neq; diuinæ ultioni obuiam pergas. Non nos malateſtas inſequīur. Deus eſt qui de ſuis proditoribus uindictam querit. Noli dei iudicia perturbare. Audi quæ uulgo dicuntur. Cuncti homines manus ad cælū tēdunt deoq; gratias agunt: qui tandem ſceleratū Sigiſmūdum in pœnas rapit meritas. Quid reris de tuo domino dicetur: ſi profectionem aduerſus eccleſiam tam perditoꝝ homīum quos cuncti oderunt ſuſciperes? Adde q; nulla uia res Turcoꝝ magis iuuare poſſes quā malateſtis ſuppetias mittens. Quomodo enim nos aduerſus Turcos intendere neruos poſſemus: in iuſtiſſima expeditiōe noſtra per te impediti: De ſubditis noſtris agitur fili: Inobediē tes & rebelles & proditores filios: ut Deus & iura uolūt: pūire pergimus. Et quis eſt qui de noſtris ſubiectis iudicio noſtro aduerſari debeat? Cogita de te ipſo qd tibi uideretur: ſi tuam in tuos ſententiam uiolare aut impedire aliquis conaretur. Euāgelica iuſſio eſt & naturalis: ne aliis faciamus quod nobisipſis fieri nolumus. Plura fortaſſe dicimus q̄ oporteat: Quando incertum nobis eſt: an ea facturus ſis quæ hoſtes iactitant: Et uero ſimilius eſt: te nobis & apoſtolicæ ſedi potius q̄ hoſtibus fautuꝝ. Nam hinc laudem & gloriam conſequeris: Illinc nō niſi probra et animæ damnationem: & cuncti te eſſe dicerent: qui bello Italiam inuolueres: ne aliquando contra turcos expeditio fieret & plura exorirentur mala quæ mente conſecta ri potes. Deus meliora p̄mittat. Nos fili hoc āno noſtrū in re fidei animū tuæ nobilitati expoſuimus ſi ea uia nō ſuccedet: experiemur aliam. Intelleximus te legatum de rebus grauibus ad nos miſſuꝝ: Videbimus eum & audiemus iucundo animo & noſtras cogitationes aperiēus ei: Rem fidei ſimul tractabimus: Videbit ipſe & uidebit ōis

mundus quia per nos nō negligetur christianæ religiōis defensio:etiam si corpusculum nostrum & sanguinē ponere debeamus. Tantum tua respublica nobis assit neq; uanas induat suspiciones quas maleuoli suggerunt:nra mens est eritq; uita comite cum tuo dominio uoto concordi uiuere & Italicæ paci consulere quæ uix haberi ali quando potuit:nisi uenenosæ spinulæ Malatestaꝝ extirpentur. Datum Petrioli scriptū manu propria die.xxviii Octubris Mcccclxii:Si qua de terris acquisitis uel acqrē dis de manu Malatestarū iniecta est tibi difficultas:uel aliunde aliquid in mentem tuam uenit quod siniſtrorsū accipias. Hortamur dilectionem tuam id nobis aperias. Ita enim tuæ reipublice satisfaciemus:ut plane intelligas nos illi esse affectissimos:& cōmunis boni zelatores. Scriptum manu propria ut in litteris.

XXXVIIII Epistola Pii Pape secūdi ad Impatorē ubi dolere dicit de quodam casu Imperatoris & renuntiatione Capellani sui.

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei. Carissīoī christo filio nostro Federico Romanoꝝ imperatori Augusto:Salutem & apostolicā benedictiōem. Gallus capellanus tuus cum ad nos infœlicem tuæ circūualationis casum attulisset. Haud facile dixerimus quo mærore quoue dolore fuerīus affecti:Nec maiori succubuissemus anxietati:si nos ipsi ī eodem periculo fuissemus:Et enim propter ætatem qua præcedimus & locum quē tenemus īdigni filii loco te colimus & propter beneficia quibus nos cumulasti:tanq; patrem amātissimum ueneramur & obseruamus:Et qs pater est:& aduersam filii fortunā nō dolet! Quis filius

& non angitur calamitate patris:Referebat gallus te ui
ennæ ī arce clauſum ab impiis ciuibus oppugnari:Bom
bardis & omni tormentorū genere concuti muros:Imple
ri foſſas:admoueri ſcalas cōinus ēinuſq; pugnā miſceri
Vulneribus ac ſanguīe multo rem geri:teque &ſi forti
animo fortunam ferres & munitionem defenderes:ſpē
tamen ſalutis unicam habere in rege Bohmiæ hūc ſolū
poſſe improbos Viēnēn choercere:teque libertati redde
re.Rogare igit̄ ne aduerſum eñ quāuis hereticum ſe de
claraſſet:uiris pœnas flumīaremus:O īfœlix æuum no
ſtrum:O inopem germaniam:o miſeram chriſtianitatē
cuius imperator niſi ab heretico Rege ſaluari nō poteſt
Creuit hinc dolor noſter:Et quanuis indignum putare
mus heretici hominis contumatiam non cohercere.Indi
gnus tāen arbitrati ſūus te in tanto diſcrimine conſtitu
tum non adiuuare:Si potuiſſemus ad tuam liberationē
noſtri exercitus mittere duces:aut ipſi uenire:nihil no
bis fuiſſet gratius.Sed quis tot montes:tot flumina tot
diuerſa dominia penetraſſet?Sera erant auxilia noſtra &
uanæ ſpes.Scripſeramus uicinis principibus ut tibi opē
ferrent.Ignoſcebant omnes:ſuccurrebat nemo:īclinaui
mus caput:& tui cauſa cēſuras aduerſus Bohemum co
gitatas ſuſpendimus:& quæcunque optauit Gallus a no
bis cōceſſimus:breuia & litteras dedīus:nihil negauīus
eorum quæ ad tuam liberationem cōducere ſumus arbi
trati.Interea & fratrem tuum in te arma uertiſſe accepi
mus:& cum Viennēſibus deliranti unū ex obſſeſſoribus
perſecutoribus uſq; ſui ſanguinis factum eſſe.Quod ad
maiorem cumulum noſtri doloris acceſſit:Increpauīus
eum epiſtolis noſtris q̄uis nihil profecimus.Quis dicat
quanta fuerit noſtræ mentis amaritudo?dum pendet āi
mis inter ſpem liberatiōis & capturæ metum:nulla dies

nobis non acerbiſſima fuit: donec tandem hodie te liber
tati redditum intelleximus ſcribente fortunauro. Reſpi
rauimus & tecum ipſi liberati ſumus: quāuis non ea li
berationis formula ſit quā ſperauīus. Artibus ſuis uſus
eſt Bohēus: Neq; te perire uoluit nec uincere. Aūſtriales
inter ſe odiis certare perpetuis optat. Vt contendētium
arbiter exiſtens dominus tandem fiat: ſed benedictus de
us qui non eſt paſſus in manus impiorum te peruenire
hortamur fili ac monemus ne frangaris āimo: ne meſti
ciæ ſuccumbas: & ſi dura perpeſſus es & indigna: nec pri
mus tamen nec ſolus fraternas inſidias incidiſti: Primo
rum in orbe fratrum alter interfecit alterum fraternas
acies alternaq; regna profanis decertata odiis ſcribit ſta
tius apud Romāos fraterno primi maduerunt ſangui
ne muri. Parricidiis nulla regna caruerunt: quid ātiqua
commemorauimus? noſtra ætas plena exemplorum eſt
filius patrem & pater filium: in francia: in caſtella: ī are
gonia perſecutus eſt. Et tu in Baioaria duos ludouicos
patrem & filiū grauiſſimis interſe odiis decertantes me
miniſti. De commūis hoſtis aceruo tuam accepiſti portio
nem. Confide in domino & bene actum eſſe tecum exiſti
ma: quando peiora non incidiſti mala. Omnes qui pie &
iuſte uiuere uolunt perſecutionem patiuntur: odit mun
dus quietos principes: raptores. Sanguinarios: ſcelere in
quinatos omni: & infideles: ac ſui ſimiles amat. Tu quia
mitis es: uelesque quiete & bene uiuere: mundo aduerſa
ris & mundus aduerſatur tibi: Senſiſti eius uulnera: nō
turbetur animus tuus. Beati inquit dominus qui pſecu
tionem propter iuſticiam patiuntur. Et tu certe beatus
eris: ſi pſeueraueris uſq; in finem iuſti & hōeſti cultor
& hos præſentis ſæculi fluctus tāquā maris contēpſeris
Quod ut efficias hortamur ac reqrimus: Manſuetudini

tuæ ſemp affuturi quã pius & miſericors dominus ut cõ fidimus nunq̃ deſeret. Sed in anno nouo quem eras intu mabimus nouis & melioribus ſucceſſibus tuos diri get greſſus. Datum Romæ apud ſãctum Petrum pridie Kl. Ianuarii: pontificatus noſtri anno quinto.

XL Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Epiſcopum Tornacẽ ſem ſe excuſans ad qnerelas Ducis Burgundiæ de præſidentia inter Cardinalem Atrebathẽſem & nepotem ducis: & de quibusdam aliis mõaſteriis.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabili fratri Guilhermo Epiſcopo tornacenſi Salutem & apoſtolicam benedictionem. Bene accepimus tuas litteras quas de monaſterio ſancti Vedaſti ad nos ſcripſiſti: non iuſta eſt ducis querela: Cardinalem atrebatenſem nõ prætulimus nepoti ſuo quem iuſſimus cedere: & monaſterium ipſum Archiepiſcopo commendauimus. Alterum monaſterium non putauimus e re animæ noſtræ illi dimittere. Diſpenſatores ſatis Archiepiſcopo eſt Metropoliticam eccleſiam & prioratus duos: & ſancti uedaſti nobilem & diuitem Abbatiam retĩere. Atq; id fuit ſenatus noſtri iudicium: Atrabatenſi Cardinali non recompenſæ cauſa commendatum eſt: dimiſſum mõaſterium. Sed quia Cardinalis eſt ei potius quã alteri datum. Et ſemper apud apoſtolicã ſedem plura permiſſa ſunt Cardinalibus quã epiſcopis: Fatẽur Burgundiæ Ducem de nobis & ſede noſtra optime meritum qui nunq̃ inobedientia uacillauit: nõ ſeruauit pragmaticam: niſi in regno Franciæ & ludouico regi de tollẽda ei ſupplicauit: & contra Turcos uoluntarium ſe oſtendit: & nunc aduerſus palatinum eccleſiæ romanæ rebellẽ

auxilia miſiſſe dicitur:& alia prope infinita ſunt eius me rita. Verum propterea non credimus ſapientiã eius æquũ cenſere ut a nobis iniuſta reportet & animam noſtram in periculo ponat:nec ſuæ bene conſulat. Nõ eſt confidẽdus eccleſiæ ſtatus:nec monaſteria cumulatim uni tradenda ſint præſertim iuueni nõdum ſatis diſciplinato. Illud magis mirabile eſt quod ais ducem amarulento ãimo ferre in cauſa Suſateñ latam eſſe ſententiam:hoc ualde alienũ eſt a iuſti principis iudicio:Cur ẽim nolit dux iuſticiam fieri?ſi ſumus iudices iudicare tenemur:& nulli facimus iniuriam noſtro utentes officio ſi ſaltem recte iudicamus Si non ſumus iudices nulla eſt ſententia noſtra:& ſi hoc mõſtrabitur corrigemus erroum. At deſtruẽt Colonieñ eccleſia. Illius erit peccatum cuius opera deſtruetur. Nos immunes erimus. Nec ob eam cauſam ducis erga nos ulla eſt iuſta cbqueſtio. Cæterꝙ q̃uis multa ſint illius erga romanam eccleſiam merita:non tamen minora in eum ſũt noſtra beneficia & tute ſcis qui ad preces eius aduerſus Caroli Regis Franciæ uoluntatem eccleſiæ Tornaceñ præfectus fuiſti. Scit leodieñ qui non ſine indignatione multorum rogante duce promoti ſunt. Tacemus decimas: tacemus alia multa duci conceſſa:quæ & ſi merito obtinuit ſenſit tamen in illis apoſtolicæ ſedis gratitudinem & ſentiet in futurum. Quod ſi promouimus Cardinalem atrebatenſem:& cum magnis fauoribus cumulauiũs:ſi plus illi aliquid attribuimus q̃ duci uideretur ipſe ĩ culpa eſt Dux:ſi peccatum eſt qui eum quaſi fratrem:quaſi filiũ: quaſi ſeipſum commendauit. Poſtremo de monaſterio ei cõceſo ſi dimiſerit faciemus quod Duci placuerit. Dum modo Archiepiſcopi non incidat manus:quia non dictat id nobis conſcientia. Et ſi continget aliter Cardinali prouideri. Iubebimus ut dimittat hoc:& ſimiliter duci moré

geremus:Cui & modo in eccleſia Atrebateñ morem geſſi mus:quanuis pro alio ſummo ſtudio quereretur.Cupi mus enim & duci & ſuis omnibus rẽ gratã efficere:quẽ ſingulariter amamus.Miramur quod de rebus turcoꝝ tam ſera eſt ſua reſpõſio:Vtinã nõ redeat ĩ fumum ſpes noſtra.Vale & hæc omnia duci tu ipſe legito ut ſint ꝑ reſpõſio ad ſuas litteras.Datũ Romæ quĩto Kl̃.Ianuarii Mcccclxii.Pontificatus noſtri anno quinto.

XLI Epiſtola Pii papæ ſecundi ad Ducem Burgundiæ petẽs ab eo ĩtentionẽ ſuã ĩ cauſa eccleſiæ magũtĩæ

IVS Epiſcopus ſcruus ſeruorum dei·Dilecto filio nobili uiro Philippo duci Burgundiæ Salutem & apoſtolicam benedictionem.Scripſerãus ſupioribus menſibus Cariſſimo in chriſto fillo Federico Romanorum imperatori Auguſto:quã potuimus accuratius ut cauſam defenſionis eccleſiæ Maguntinæ amplecti uellet:ac operam daret liberationi uenerabilis fratris noſtri Georgii Epiſcopi metenen̄:& dilectoꝝ filiorum caroli marchionis badẽſis & udalrici Comitis Vertembergenſis qui ſuperiore æſtate rebus ad uerſe geſtis a Federico Comite Palatino Rheni capiti extitetunt.Requiſiuimus ſuam ſerenitatẽ ut aggredi uellet hæc opera ĩ quibus & laudem:& gloriam ſibi parare poſſet.Reſcripſit nobis nuper ſua ſublimitas animumq; ſuum promptum quidem & optime diſpoſitum demonſtrauit.Adiecit autem inter cætera nonnulla de peruerſo propoſito palatini perdicti:eumq; accenſum cõtra bonorem noſtrum:& apoſtolicæ ſedis eſſe ſignificauit:quodq; poſt inducias Nurembergæ initas inter ipſos idem Palatinus aſtu & dolis nonnullis principibus & prælatis ac cõ

munitatibus ſe coniungere & colligare nixus eſt eo con
ſilio: ut apoſtolicam imperialemq; dignitatem pro ſua dā
nabili libidine confudere & peſſundare poſſit. Suadet Im
perator obuiandum eſſe tantæ iniquitati: & ad conſerua
tionem utriuſque dignitatis unam & expeditā uiam præ
cæteris nobis obtulit qua una opera occurri poſſit mali
gnitati palatini & complicum & liberatio Epiſcopi meten
aliorumque captiuorum ꝓcurari. Ea eſt ut nos ſimul cū
ipſo Imperatore communi nomine nobilitati tuæ: aut di
lecto filio Carolo nato tuo contra palatinum & Dietherū
de Iſemburg & comitem de Bathſembelbemboge: & illis
adherentes ac ſequaces Capitāeatum committamus. Lit
terasq; apoſtolicas cum cenſuris & pœnis opportunis ad
cohercēdū rebelles & hoſtes concedamus. Placuit nobis
& placet imperatoris conſilium: Idque amplecti āimo de
creuimus. Sed quia neſcimus quæ ſit ī hac re intētio tuæ
nobilitatis deliberauimus prius ad te ſcribere ut nobis
ſignifices quid intendas. Nam ſi nouerīus tibi cordi hāc
rem eſſe alacri animo Capitāeatum huiuſmodi ut Impe
rator cenſet deferemus. Nobis enim gratum ſupramo
dum futurum eſt: ut nobilitas tua aut filius tuus onus
ipſum aſſumat: & ut aſſumere uelit affectuoſe hortamur
ac requirimus: Id etiam poſtulantes ut ſuper hoc tuam
intentionem nobis notam facias. Si enim acceptādum du
xeris nos confeſtim litteras apoſtolicas ad te trāſmittēus
Confidentes nihilominus quod propter hoc non deſeres
religionem chriſtianā quin ei cōtra Turcos ut ſæpe polli
citus es auxilia opportuna ipſe præſtes. Erit igitur prudē
tiæ tuæ examīatis rebus id conſilii capere: quod dignum
ſit tanto principe: & quod tibi ac domui tuæ laudē & glo
riam afferat. Cæterum ex ipſis Imperatoris litteris læto
aīo accepīus eū decreuiſſe noſtra præſertim contēplatiōe

concedere tibi regalium inueſtituram: ſuper quo in tui fauorem ſæpius ad celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus. Et nō ſolum hoc facere deliberaſſe: ſed etiam affinitatem tecum contrahere ratione ſui filii & filiæ tui nati: ac tibi uicariatum Imperii ī terris gallicanis ultra Rhennī concedere ſtatuiſſe. Quod profecto nobis eſt gratiſſimū Idque ſerēitati ſuæ ac generoſitati tuæ proſperum: & fœlix eſſe optamus ad pacem & prepetuam conſolationem utriuſque noſtrum ac ſedis apoſtolicæ & chriſtiāæ religionis conſeruationem & augmentum. Datum romæ xiiii. Kalendas februarii Pontificatus noſtri anno quinto.

XLII Epiſtola Pii papæ ſecundi ad Archiepiſcopum Ianue monens ut abſtineat ab illo Ducatu & magiſtratu temporali.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Venerabili fratri Paulo Archiepiſcopo & duci Ianuenſi Salutem & apoſtolicam Benedictionem. Ducatum patriæ tuæ & libero ciuium decreto te aſſequutum ſcribis: Eumque per noſtram benedictionem fraternitati tuæ flagitas cōfirmari. Admirati ſumus conſilium tuum qui eius ciuitatis temporale regimē accepe ris: quæ ſuper omnes italas nouitate gaudens: ſemper nutrat: ſemper in motu eſt: nec ullum diu rectorem ducēue patitur. Et tu anno ſuperiore quanta ſit tuorum ciuium cōſtantia in te ipſo didiciſti: qui cum ab eis ad hūc ipſum principatum fuiſſes aſſumptus: non tamcito magiſtratū intuiſti: q̄ depōere coactus fuiſti. Nobis quidem eodem fere tempore & aſumptio tua & depoſito nunciata fuit. Quid nunc futurum ſit ignoramus: huc accidit rei nouitas. Nam ſi poteſt idem homo & ducis & Archiepiſcopi

ꝑſonam gerere ſanguinis modo abſit effuſio. Neſcimus tamen an Archiepiſcopus Ianuenſis ante te alius ducatū inierit: Naximam eſſe cauſam oportet: quæ hanc nouitatem induxerit: forſitan experti Ianuenſes iniuſta eſſe regimina ſecularia: atque inde tot mutationes oriri putantes ad te confugerūt: & faſtidio quodam ſæcularis Imperii experiri aliquando ſacerdotale decreuerunt: ſi forſitā iuſtius ac mitius gubernentur: Magna eſt tibi bene agendi neceſſitas impoſita: niſi rectam iuſticiæ uirgam tenueris niſi uim prohibueris: niſi paci & ocio conſuleris: niſi modum pariis cupiditatibus impoſueris: niſi teipſum & tuos ſtipatores in honeſtatis frena redegeris: non ſtabit poteſtas tua: breui domīaberis: cito regnū amittes: eiciēris non ſine tuo & ſacerdotalis eminentiæ magno dedecore: ſi tamen eiiciaris & non peiora tibi accidāt: ut ſunt ante oculos exempla domeſtica. Vide quid agas. Nō eadem eſt ſacerdotalis & ſæcularis imperii norma. Paternam & omni clæmentia plenam eſſe pōtificalem adminiſtrationē oportet: non tyrāni eam. Multa in ſæculari principe ferūt homines: quæ abhorrēt in eccleſiaſtico: quæ ī laico puſilla & leuia æſtimantur delicta: in clerico maxima & grauiſſima iudicantur. Sacerdotes quorum uita ueluti ſpeculū inferioribus eſt: non ſolum a malis operibus abſtinere: ſed omnia declinare conuenit quæ quoquomodo præſe ſpeciem mali ferunt uide quem gradum aſcēderis: Si potis es pie & iuſte īperare: ac nō ſubditos ſolum ſed te ipſū choercere. Si uales uirtute irrumpere iniquitatem: Si ꝑ communi utilitate quærenda: non pro tua libidine explēda: ducatum accepiſti. Si ad tutandam religionem chriſtianam aduerſus impios turcos animum geris: & in eam rem corpus tuum deuouere proponis: & iniuriam ꝓximi non quæris. Confidentes rite: & ſecundum leges tuæ

ciuitatis:principatum hunc ad te delatum esse:& quod ut polliceris utiliter populo tuo præeris.Illum tibi & tuis ciuibus:& uniuerse rei publice christianæ:in nomine sanctæ trinitatis benedicimus.Datum Romæ apud sanctum petrum sub annulo piscatoris pridie Kl'.februarias Mccccclxiii.pontificatus nostri anno quinto.

XLIII Epistola Pii Papæ secundi ad regem Frācorum monens ut p̄seueret in deuotiōe eccleſiæ rōanæ

IVS Episcopus seruus seruorum dei.Carissimo in christo filio Ludouico Francorum Regi christianissimo:Salutem & apostolicam benedictionem.Pius & misericors deus qui te Regem constituit & in uertice glorioſiſſimi Regni coloca uit ab eccleſiæ rōanæ deuotione & caritate quæ tua & omnium fidelium mater est alienari non sinet:quāuis multi sint ut accepimus qui rectum & pium animum tuum a recto itinere inde uia conātur trahere:non uerentes mēiri & falsa suggerere:ut nos tuæ serēitati īfensos & inimicos ostendant.Sed nō est tua puerilis mēs/quæ tanq̄ folium huc & illuc diuerso flatu trahat̄:& ad omnem uētum sese uertat:Solidam & constantem erga nos dilectionem tuam esse non dubitamus:quando & nos ipsi in caritate non ficta inconcusse perseueramus.Nec aliud ab optimo & maximo deo tuæ serenitati præcāur:quā uictoriam & fœlicitatem cum salute corporis & animæ:ut tandem te adiutore directore ac duce aduersus impios Turcos christiana consurgant arma:& perditā Græciam atq; Asiam cum sacro dōini uostri iesu christi sepulcro recuperent.Quæ cum ita se habeant non desunt tamen qui p̄ singulos dies sinistra de nobis tuis modestissīis auribus

inſuſurrant:& alii de regno ſiciliæ cum derogatione no
ſtri nominis uerba faciunt.Alii nos te tuam quegentem
odiſſe falſo garriunt.Alii alia ſuggerunt quæ tuæ mãſue
tudĩi putãt eſſe moleſtiſſima.Et nouiſſime quidẽ ad nos
delatum eſt Cardĩale Atrebatẽ referẽte te & cõmõitum
eſſe quod nũcius nr̃ Epiſcopus legiõenſis apud cariſſimũ
filium noſtrum Caſtellæ regem pro cauſis noſtris agẽté
tuis deſideriis ſeſe oppoſuerit:& conuẽtiõem atq; amici
ciam inter te & ipſum regem conatus fuerit impedire:
quæ res ãimum tuum cõturbauerit.Audiuimus hæc nõ
ſine diſplicẽtia ſingulari:quando his artibus tuam erga
nos beniuolentiam imminuí poſſe uidemus.Neſcímus
cariſſime fili legionẽſis opera tam procula nobis agẽtis/
Nec de rebus íncertis poſſumus reſpondere certa.Illud
dicimus in apoſtolico uerbo nos talia illi nũquã mãdaſſe
aut ínuiſſe.Nam cur nos pacem & unionem ĩter chriſti
anos reges & ipſa tam illuſtria chriſtiãæ religiõis lumina
conuenire impediremus:qui nihil aliud deſyderamus q̃
noſtris diebus aduerſus ĩfideles noſtris ceruicibus ĩmi
nentes fœlicia moueri arma?Quod ſine pace fidelium
fieri non poteſt.Sãe cum accepiſſemus hac hieme præte
rita inter te & caſtellæ regem ſuboriri diſcordiam:& bel
lum timeri mox legatum de latere ad partes illas tranſ
mittere decreuimus:dilectum filium Cardĩalem ſanctæ
Suſannæ uirum doctrina & integritate præſtantem.Sed
renũciato quod inducíæ factæ eſſent ĩ Aragõia & quod
breui conuenturi eſſetis diſtulimus:ſperantes eam cõuẽ
tionem cõcordiam proculdubio parituram:nec potuiſſet
legatus in tempore ad conuentum proficiſci:hæc erat in
tentio noſtra fili:ut ſi conueniretis & unanimes pacem
amplectaremini laudaremus deum.Sin autem legatum
ipſum nihilomĩus mitteremus uniõem & pacẽ quæſitu

Deus nouit hanc mentem: & ſi mentimur peccatum puniat: Et quomodo nos tam impii fuiſſemus ut pacem inter maximos reges interturbare cõaremur? Aut quomodo tam ſtulti ut confideremus uolentes tantos prĩcipes conuenire poſſe diſiungere? Abſit a tua bõitate hæc de nobis opinio: quia ſi nõ ſumus ſapiẽtes: non tamẽ prorſus aliẽati a mẽte reperiemur. Epiſcopus legionenſis ſi talia egit per ſeſe id egit temerario conſilio ut multi ſunt qui credentes ſuis dominis placere: admodũ diſplicẽt. Nos illi aliam commiſſionem nullam dedimus niſi de decimis perquirendis & ſubſidio contra turcos. Corrigimus eũ nunc noſtris litteris Audituri excuſatiõem ſuam. Si pecauerit nõ ibit ſine ultione. Exẽplum habet in oculis Epiſcopum Interanenſem: qui apud Anglos indigna & ſibi nõ commiſſa perpetrans ad monaſterium redactus eſt & dignitate pontificali priuatus. De regno ſiciliæ nõ eſt quod purgare conueniat: quando ad nos eius regni iudicium pertinet: directum habentes dominium: & ita confidimus a nobis eſſe proceſſum ut nulla cuipiam iuſta ſuperſit querela: & quod treugæ non habuere locum in culpa fuerunt oratores tui qui noſtros ĩmediatos ſubditos compræhendere uoluerũt: & homĩem hereticum omnium ſcelerum artificem proditorumq; regem & imperatorem ĩcludere conati ſunt: quem nos nulla ĩparte meliorem Turco putamus Sigiſmundum malateſtam. Relatum quoq; nobis eſt nonnullos eſſe qui generale concilium apud te quærunt. Non eſt nomen concilii nobis exoſum cuius res ſalutaris eſt & ſancta quando ad bonũ finem quæritur & rite recteq; geritur. Verum ſtante ũico põtifice maximo ieſu chriſti uicario in eccleſia unita: nullius eſt conuocare concilium niſi papæ & ab ipſo quærenda eſt indictio concilii: noua regibus. Ipſe eſt enim caput

ecclesiæ:& pastor dōinici gregis: & omniū pastor pastoꝝ ideſt omnium Episcoporum Episcopus.Siquis aliud tibi ſuadet ſcito illum errare ab utero matris ſuæ:ideſt mili tantis ecclesiæ:nec tu illum audias cui ſine peccato aſcul tare nō potes.Cogita qui ſunt illi qui talia ex te flagitāt & an ſua quærant:an quæ ſunt ieſu chriſti.Andegauen ſes noſci quia priuatas res agunt:nec tuam animam tē porali ſuæ præferunt utilitati.Rex Bohēiæ qui ad te uer boſum legatum miſit:ſi tamen rex appellandus eſt nup ſe publice in cōuentu Pragenſi declarauit hereticū:dicēs ſe uelle contra præceptum noſtrum ſub utraq; ſpecie cō municare quia id eſſet ad ſalutem neceſſariū. Timet nūc proceſſum noſtrum:& idcirco concilium quæritat:ut tē pus labatur ultionis.Idem Federicus facit comes palati nus qui eccleſiæ maguntinæ plurīa caſtra eripuit:& fra tris filium per fraudem priuauit electoratu Imperii:& dominio ſuo imperatori multis modis iniurius & infide lis fuit.Accedit & Sigiſmuudus auſtrialis qui in ſancto die paſce ſuum Episcopum & Cardinalem manu armata inuaſit & captiuauit & uindictam ueretur patrati facīo ris qui ſunt alii tu ipſe noſci.Cūcti priuatas ꝓſequūtur cauſas & preſertim nonnulli tue nationis: Episcopi qui propter te nobis inimicantur:exiſtimantes nihil sibi uti lius eſſe q̄ inter te noſque diſcidium eſſe. Tua ſapientia conſciderabit omnia & zelum expendet eoꝝ:qui tibi res nouas ſuadent:& de concilio multa loquūtur.Nō auſcul tabis cæcis:in tuo lumine uidebis lūen:& noſtro deſiderio ſtudebis aliquando ſatisfacere:quod tibi anno proxime decurſo Ferrarienſis Episcopus declarauit·In illo enim adhuc perſeueramus & in tue ſerēitatis ope plurimum confidimus pium oranteſ deum ut tuiſ actionibuſ pro ſperum tribuat ſucceſſū: cōfidentes te recte ambulare &

nihil magis quã dei omnipotẽtis gratiã quærere quam tuæ manſuetudini ſua miſericordia abũde largiatur ob nixe precamur. Scriptum manu propria Romæ apud ſanctum Petrum quinto nonas Maias Mccccclxiii.

XLIIII Epiſtola pii Papæ ſecundi ad ducem uenetiaꝝ a quo petit conſiliũ de expeditiõe cõtra turcũ.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei. Dilecto filio nobili Viro Paſquali Maripetro Duci Venetiarum. Salutem & apoſtolicam benedictionem: Quæ præparet Turcorum domĩus ad inuadendam perdendamque religiõem noſtram chriſtianam: multis ex locis indies redidimur certiores. Nec te latent eius conatus qui ſæpe nobis ſcripſiſti ut de remediis qbus ſibi reſiſti poſſet cogitaremus. Multum hæc res nos angit quia cernimus periculum: & non ſcimus ĩ uenire refugium. Chriſtianæ uires certe multo maiores ſunt quã turcorũ: ſed illi ũiti ſunt: Nos diuiſi: Illi unius iuſſu præſto ſunt. Nos multorum expectamus conſenſũ priuſq; poſſimus in unam deſcendere ſententiam: Nos Mantuam iuimus ut in communi chriſtianorum cõuentu de tutiõe catholicæ fidei ageremus uel haberemus cõſenſum omnium quo modo res ſucceſſerit pudet dicere: Neglecta res fuit: quia nec prĩcipes opẽ ferre uoluerũt nec per nos ipſos ad tantam belli molem ſufficientes eramus: Interea Turcus hoſtes ſuos in Aſia perdomuit: Et fortior inde reuerſus a tergo tutus: Vngariam & alias uicinas gentes inuadere parat. Nec animus illi deeſt. Italiam & alias nationes paulatĩ ſibi ſubiiciere: Neq; id erit arduum ſi pergimus alter alterum non iuuare: Dolẽus tantam eſſe in populo chriſtiano uel ignorãtiã uel deſidiã

Omnes propria curant nec uidentq; pereuntibus publi cis priuata etiam corruunt. Sed quid agamus: Non eſt hoc malum quod noſtris uiribus auerti poſſit? Non eſt Romana eccleſia quæ ſuo aere turcos ualeat debellare. Nec ſaluetur chriſtianitas quanuis aliquãdo iſti aliquã do illi ſubuenãus qui minimi ſunt: dum non poſſumus hungaris ſubuenire: quibus maiori auxilio opus eſt. Fru ſtra medicus uulnus pedis aut manus curat: & morbum cordis aut capitis negligit: dum cogitamus chriſtianita tis diſcrimen & commune periculum ãimo uoluimus nõ poſſumus non triſtari non angi non totis affligi præcor diis. Sed quid agamus? Rogati principes: Rogati populi ut ſubueniant religioni chriſtianæ. Nec ſinant peſſũdari Orthodoxam fidem obaudiunt. Si clero imponimus de cimam non poſſumus exigere: Si iubemus indulgentias publicari dicunt omnes id quæſtus cauſa fieri: Si petĩus mutuum non inueniemus creditum: Quid igitur reſtat niſi de cælo auxilium expectare: Sed uult dominus omnia noſtra expte fieri: & tunc ſuam opem nõ denegat: Obq̃ rem dum magis ac magis cogitamus ſi quid per nos fie ri poſſit ad communem populi chriſtiani ſalutem uenit in mentem: hæc uia quam breuiter expõemus: Dilectus filius noſter Philippus Burgundiæ Dux iãpridẽ uotum uouit: uelle ſe aduerſus turcos propria in perſona profi ciſci & bellum gerere: Si uel Imperaror uel rex Franciæ uel alius princeps ad tantam expeditionẽ idoneus ſimul iret: Stat aduc uotum quia nullus princeps magnus ad eam rem ſe obtulit: Decreuimus eum requirere ut uoto ſatisfaciat: Et ne ſe poſſit excuſare offeremus & ipſi per ſõam noſtram & ibimus cum eo: Nam ſi uoluerit accep tare: & in Venetiis ingredi mare expectabimus eum An cõe: & ibi cõiungẽur ei cum illis trirẽibus quas poterĩus

armare & omni potentia noſtra. Et ibimus ſecum aut in Albāiam aut ī Epyrum aut in eum locum de quo melius uidebitur. Interim hungari turcos in Raſcia uel alibi in uadent: Quibus non dubitamus Imperatorem daturum inducias. Non erit quin dux ipſe Burgundiæ ad decē mil lium hominum pugnatorum ſecum adducat. Rogabīus & Regem franciæ: ut ſi non poſſit ipſe uenire ſaltem ali quem nobilem prīcipem cum Duce Burgundiæ mittat: quod nō credīus negaturum Nos ex territoriis eccleſiæ ducemus quos poterimus: Et ulterius alios reges & prin cipes auxilia bonis ut mittant rogabimus Epiſcopis uero & aliis eccleſiaſticis mandabimus ut ꝑ uiribus ſuis & ali quid minus ſuppetias afferant Sperandū eſt ꝙ per hunc modum & ex italia & ex aliis nationibus non paruas poterimus copias nobiſcum adducere. Nam quis ille erit tam durus: uel princeps uel epiſcopus qui romano pon tifici proprium corpus offerenti auxiliū neget: pro chri ſti nomine defendendo. Verum quia magna res eſt ieſu chriſti Vicarium ſuam ſedem relinquere & aduerſum fi dei hoſtes uexillum crucis deferre neceſſarium putamus ante quā hoc uulgetur ita prouidere ut tali modo poſſīus exire qui ſit ad honorem dei: & ſalutem chriſtiani populi & hoſtium noſtrorum confuſiōem & exterminium: hoc autem futurum exiſtimamus ſi rex Franciæ auxilia pro mittat: ſaltem decem milium pugnatorum: ſi dux burgū diæ ī propria perſona uenerit: ſi dominū uenetū apte bel lum Turcis indixerit: & cum claſſe potenti nos aſſociare uoluerit: & ſi demum ita territorium eccleſiæ dimittere poterimus quod ī abſentia nō ſit periculum: hoc ultimū non multum difficultatis habet. Inuenientur ēim per facile modi quibus prouideatur. Et iam aliquid medita tum eſt: quod ſuo tempore aperietur. Nunc iſta tria ſunt

exquirēda:ut ſcilicet ueſtrū & regis franciæ & ducis Bur
gūdiæ ut præmiſſum eſt habeamus auxilium .Nam ſine
his non auderemus tātum aggredi negocium.Iſtis habi
tis confidimus multos concurſuros:& futuram rem pro
dei honore alias inauditam :hoc præcipuum eſt quod
nobis occurrit:hoc cogitauimus unicum eſſe remedium
quo chriſtiāi poſſint exercitari.Non petimus ꝙ aliquis
contribuat pecunias:Nolumus alienum aurum qui no
ſtrum offerimus corpus·Nemo poterit dicere quia quæ
rimus queſtum.Libenter ponemus animam noſtram ꝓ
ſaluatore chriſto ieſu qui ſuā pro nobis poſuit in ara cru
cis:& utinā digni ſimus ꝓ nōine ieſu martyriū pati:hæc
eſt cogitatio noſtra fili dilectiſſime hoc conſcilium hoc me
dium per quod chriſtiani ad tutelam fidei ualeant excita
ri:Commūicamus hoc tecum & ſecretiſſimum eſſe uolu
mums donec ſit tēpus ꝙ offeratur .Si tibi & tuo grauiſſi
mo conſillo placet certifica nos per tuas litteras quod ue
niēte Duce Burgnndiæ in propria perſona & rege frāciæ
auxilium de quo ſupra diximus offerente cum claſe ualli
da nos uelis aſſociare ſiue aſſociari facere:& nos tuo & il
lor habito uotiuo reſponſo publicabīus ſolemniter tranſi
tum noſtrum.Legatos mittemus quocunque opus erit:
indulgentias dabimus & alia queuis neceſſaria faciēus:
& tibi in tuis territoriis omnia concedēus qnæ digna ui
debuntur.Tantum eſt ꝙ a nobis in hanc uſq; diem pro
comuni ſalute potuit excogitari.Si meliora inueniemus
conſilia non refutabimus hæc ſex ex noſtris cardinalibus
ſub magno ſilentio aperta ſunt:& ab eis laudata.Horta
mur te ut hæc occultiſſima ſint:neque aliis cōmunicentur
q̄ iis ſine quibus res concludi nō poteſt.Nam nos hoc or
tari noſtro nō ſcribimus:ut ſecretius negotium fiat.Nā
multis decauſis non expedit hoc ante publicari q̄ ſpes ſit

poſſe fieri Cupimus ut q̄ celerime tuis litteris nos certio
res reddas An conſilium placeat:& an tuum dominium
ea facere uelit quæ petimus.Nam habito tuo reſpōſo ad
ea que reſtabunt:ſi id placebit abſque mora nauabimus
operas quamuis cariſſimi in chriſto fili noſtri Caroli frā
ciæ Regis oratores qui ad nos ueniūt propediem ſint af
futuri.Non tamen eos in hoc negocio:duximus expectā
dos:Cum ſciremus nihil in hac re ipſis eſſe commiſſum
duod ad propoſitum faciat.Et noluimus medium tēpus
perdere:Erit neceſſe ad eum mittere.Quod ita demum
faciemus ſi hanc noſtram cogitationem tuū graue iudi
cium approbauerit.& ſuas partes obtulerit.Datum ro
mæ apud ſanctum petrum die viii Martii Mccccl xi.

XLV Epiſtola Pii Papæ ſecūdi ad Epiſcopum Tornacē
ſem laudans eum de his quæ aduerſus turcos ꝑ
ſequebatur.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei :Vene
rabili fratri Gulielmo Epiſcopo Tornacen
Salutem & apoſtolicam benedictionem.Vidi
mus te & Frācofordiæ Ratiſpōæ:& ī multis
germanoꝝ conuentibus aduerſus turcos chriſtianam re
ligionem infeſtantes toto feruere pectore:teque pro inde
ualde dileximus.At cum dilectus filius Philippus burgū
diæ Dux anno ſuperiore per nos rogatus fidei orthodo
xæ opem afferre pulcherimam ſpem rei benegerendæ ꝑ
aduētum ſuum nobis prebuiſſet deinde ſubticuiſſet:ita
ut rem prorſus neglexiſſe uideretur:fuimus & de illo &
de te haud paꝝ ſtomachati & illi ſuccenſebamus:qui ſuo
non faceret uoto ſatis & te in anīo noſtro accuſabamus
qui tuū non implores officium neque illū de ſuo debito

commoneres:neque nos de ſtatu rerū certiores faceres: putabamus ab eo uiro:qui fueras in Germania te longe mutatum:Sed recreaſti nos modo tuis litteris quibus et moram ducis expurgas:& rem optime incohatam refers .Laudamus & ducem & tuam fraternitatem:horta murque ut cepta perficiatis.Scribimus Duci quēadmodum ex exemplari quod preſentibus introcluſum ē:plāe cognoſces.Legito excellentiæ ſuæ litteras noſtras:& ad uerbum interpretator:& reliqua facito ſicut de tua probitate confidimus:ita ut breui ducem carnalibus oculis intueamur quem mentalibus aſſidue cernimus:& una ꝓficiſcamur ī hoſtem deo propitiāte uictores euaſuri.Primogenitum ducis noſtris uerbis ex corde ſalutabis:quē intelligimus ſimilem patri creuiſſe:uirtutis & religionis amatorem:nobilem borbōii Ducisſam quam dignam omni honore reputamus commonefacito ne fratrem a dei ſeruitio retrahat:quoniam ultor eſt domīus iniuriarum ſuarum & parentum peccata pūit in filiis.Si natos amat ſuos rebus omnibus honorē dei præferat.Bene uale ſcriptum Tibure ſexto idus Iulias Mcccclxiii:

XLVI Epiſtola Pii Papæ ſecūdi ad ducē Burgūdiæ mones ut ſeruet quæ prōiſerat ei aduerſus Turcos

IVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei.Dilecto filio noſtro ī chriſto ieſu Nobili uiro Philippo duci Burgundiæ.Salutem & apoſtolicam benedictionē.Cum uideremus anno ſuperiore mentis noſtræ oculis quanta immineret chriſtianæ religioni pericula niſi turcorum armis ac furori q̄prope occurreretur.Miſſimus ad te uenerabilem Fratrem noſtrum Laurētium Epiſcopū Ferrarienſem:qui noſtra

tibi consilia patefaceret: & tuam opem imploraret. teque de uoto commoueret. Respondisti ut principem nobilem et religionis amātissimum decebat. Velle te desiderio nostro satisfacere dixisti: missurumq; mense octobrio legatos ad nos qui de re tota transigerent Recreasti nos tuo responso spemque nobis pulcherimam præbuisti: fidem euangelicam tuis præsidiis aduersus mhaumetiam impietatem saluatum iri. Expectauimus oratores tuos: non uenere in tempore. Cecidius magna spe: doluius: nesciuimus quo uerteremur. Perscrutati sumus aliquorum aliorum principum animos. Non inuenimus qui sponsam christi ecclesiam sacramque religionem consolaretur. Cō cti post sua desideria uadunt publice salutis obliti: īterea sæuissimus turcorum princeps maumethes congregatis ualidis exercitibus terra marique christianum populum crudelibus lacerauit modis: Lesbon insulam nobilem nōi christiano parentē inuasit: Cepit: dirripuit: & īfelices omnes animas in Asiam transportauit mulierum & puerorum: uiros autem palis affixit. Misit deinde in hungariā & ī Valacchiam suos duces & maximas ītulit clades fidelibus populis: Nouissime uero bosnam ingressus est. & tā quam tempestas horrida cūcta uastauit opida munitissima expugnauit: ac protriuit: Regem omni auxilo destitutum ī captiuitatem adduxit. regno uniuerso potitus est. Regina inops atque infelix dum turcos fugit christiāos nequiores inuenit a quibus capta detinetur: ut quidam putant: Turcorum principi ad ineundam gratiam dono danda Discurrit omnem Illirici oram absque aduersario uictor exercitus: Trepidant uicini omnes & qui minus potens sunt prius sese dedūt quā adeantur. Dux Stephanus a filio inuaditur qui cum potenti manu turcorum aduersus patrem bellum gerit: & magnam ei partē agri

ademit. Raguſei q̄uis mœnibus altis atq; craſſiſſimis urbem munierint impetum nihilominus tam ualidi ac ferociſſimi hoſtis formidant nec putāt ſe reſiſtere poſſe. Implorantque mœſti & anxii undique auxilia. Scanderbechius inducias cum hoſte pepigit: quanuis plæriq; aſſerant eū ad turcos omnino defeciſſe: Quod nondum exploratum habemus. Veneti quanuis potē tiſſimi ſint non tamen metu uacāt: cum hoſtes uires animo uoluūt: cogitant quæ poſſint inueniri remedia quibus modis tantus impetus declinetur præparant arma uiros naues & alia ad bellum neceſſaria: facturi extremum pro religione conatum: ſi a reliquis chriſtianis nō deſerantur: būgari quoque quantum poſſunt tantum conantur & ſuis pectoribus tanquam parietibus reliquam chriſtianitatem defendunt: trepidant tamen ſcientes ſeſe impares eſſe tantis hoſtium uiribus Cuncta in metu conſtituta ſunt: nec ſpes hactenus ulla data eſt: quæ poſſit labantes retinere animos quaſi dormiant chriſtiani principes: ita ruinam fidei orthodoxæ uenturam expectant: omnes ignoſcunt & nemo ſuccurrit. Tu primus inuentus es cariſſime fili & prīceps deo amantiſſime: qui nos & reliquam chriſtianitatem in hac animorum conſeruatione tantaque tribulatione conſolari ac recreare dignatus es: qui per dilectum filium lucam nūcium noſtrum ad te miſſum literas ad nos dediſti generoſiſſimi animi tui īdices: In quibus oratorum tuorum tardiorem miſſiōem excuſas: & te prorſus miſſurum infeſto aſſumptionis gloriоſæ uirginis mariæ affirmas: facturumque omnia p noſtro deſiderio ad expeditiōem cōtra turcos obeūdā

Petiſque ut in eodem tempore legationes Italiæ apud nos habeamus: cum quibus res ipſa defenſionis fidei uotiue ac fœliciter trāſigi queat: quoniā ad illa te præparas: quæ per Ferrarienſem Epiſcopum petiuimus: Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti pater miſericordiarum & deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatiōe noſtra nec deſerit nos ī tempore malo. In tempore aptiſſimo aduenerūt litteræ tuæ priuſquam uenena ulterius ſerperent mortiferi ſerpentis. Retinebit hæc tua deliberatio nutātes animos: & omnium mentes confirmabit quæ labare. quomodo uidebantur. Laudamus miruminmodum animi tui conſtantiam ac magnitudinem: quæ perſeuerat in propoſito ſuo & quæ deo uouit nullo pacto uult eſſe irrita: nec audit conſilia incontrarium data. Et qs te non magnis præconiis ad cælum tollat: qui unicus es inuentus hoc tempore aflictionis fidem chriſtianam defenſurus. Qui & ſi ætate prouecta excuſari poſſes apud homines domi manēs & q reſtat æui inter cognatos & cariſſima pignora traducens: maius deo ſeruire & cum laboribus & anxietatibus maximis pro ſancto euāgelio decertare. Digna hæc mēs tuo genere dignū propoſitum Francos illos unde originem ducis imitaris qui nullos pro fide chriſti tuenda labores nulla pericula deuitarunt: atque ideo deus eorum regnum in poſteros continuauit: Perge fili amātiſſime age ut poſliceris præpara te ad tuum aduentum. Sume arma & ſcutum & ueni in auxilium populo dei. Eſto ſaluator chriſtianitatis: In periculo cōſtituta eſt religio noſtra

niſi adiuues: turci Boſſinam occupauere ex quo regno & hungariæ & Germaniæ imminent: & in Italiam ſibi portam aperuerūt. Nam breuis eſt ad forum Iulii trā ſitus Imminent Adriatico mari: & ciuitatibus ueneto rum quæ ī littore Dalmatiæ ſitæ ſunt: quas ſi occupa uerīt quod abſit: clauſum eſt mare uenetis: & ōnis na uigatio interdicta: quoniam uenetus claſſes ſine rēigi bus Sclauonicis armari non poſſunt: Occurrēdum eſt priusq̄ iſta fiant. Danda ſunt auxilia uenetis & hunga ris: q̄ niſi tua uirtute parentur difficile eſt aliunde opē afferri: Noſti quibus cladibus italia afflicta eſt in ſiciliæ regno. Noſti Germanorum conflictationes: Hiſpania & Anglia ualde remote ſunt prouinciæ: & ſuis domeſti cis diſſenſionibus agitantur. Solæ galiæ quieſcunt qua rum uires tu ipſe afferre potes cum fauore cariſſimi filii Francorum Regis potentiſſimi & cgriſtianiſſimi: qui ſi nolit exire regnum poteſt tamen multis aliis modis expeditionem in turcos iuuare. Dux mediolani pro ſua animi magnitudine ut confidimus non deerit huic operi: nec Dux Mutinæ qui alias Mantuæ magni ficentiſſime ſe obtulit. De genuenſibus parum ſperare licet quibus ē opus auxilio aliorum. Florentini florent & poſſunt ſi uolunt plurimum afferre præſidii: & uo lent ut credimus cum uiderint rem ſerio geri: nec reli qui potentatus Italiæ auxilia denegabunt: excepto re gno fatigato nimis atque prorſus exhauſto. Mitte igi tur fili legatos tuos ad res firmandas ut polliceris: & præpara te quantocius ad ueniendum: Nos legatiōes italiæ ad tempus deſignatum ad nos uocamus: nec du bitamus affuturos: Interea legatū delatere Cardinalē

Tuſculanum ad uenetos mittimus:qui cum ſenatu eo rum de rebus neceſſariis tranſigat oſtendat animum noſtrum & ſpem bonam faciat:Noli dubitare:iuuabit deus cauſam ſuam nec ſinet ſuam ſpōſam perire:Nos fili quæcunque ſignificauimus tibi per Ferrarienſem adimplebimus:exponemus animā pro noſtris ouibus quæ chriſti ſunt & bonum illum paſtorem imitabimur Tu & nos ætate graues ponemus uelamē ante oculos iuuenum principum:& fortaſſe multos excitabimus: Eſto certus fili:quoniam tu & nos & hungari & uene ti etiam ſi alii ſcileāt:perficiemus cum laude & bono re dei hoc iuſtiſſimum bellum:quia ueniēt multi ſine mandato principum:& in Aſia erunt motus multi & in grecia:& manus dei erit nobiſcum:quæ uinci non poteſt.Expectamus cum deſiderio tuos oratores:& tu um aduentum:facturi omnia quæ noſtro incumbunt officio.Miſericors deus qui tuæ menti ſanctum inſpi rauit propoſitum corpus tuum incolume & animum perſeuerātem in ſuo ſeruitio cuſtodiat.Scriptum ma nu propria Romæ.vi nonas Iulias:Mccccl xiii:pontifi catus anno quinto.

XLVII Epiſtola pii Papæ ſecūdi ad Regem portugal liæ monens ut preſtet auxillū cōtra turcos.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū dei.Cariſſi mo ī chriſto filio Alfonſo Regi Portugalliæ illuſtri Salutē & apoſtolicā benedictiōē:Itu ri ſumus in bellū cōtra turcos hocipſum per nepotem noſtrum anno ſuperiore ſignificauimus Ituri ſumus non miſſuri.Corpus noſtrum quanuis debile huic expiditioni & deo donabīus:non pugnaturi

neq; enim uires ad hoc assunt: Sed oraturi prælio itere rimus & alios adhortaturi. Mense maio proxio dilectus filius nobilis uir Philippus Burgūdiæ Dux ad nos cum classe uecturus est: cū eo iter īgredieur. Veneti quoq; classem ualidā adiūgent: & būgari terrestri itīere turcos aggredientur: scis qd olim uoueris. Nobis euntibus non licet tibi māere dōi: de necessitate salutis obligatus es: tanquam princeps & tanquam chriſtiāus: defensioni sacro sanctæ religionis totis uiribus tuis assistere. Ob hāc causam remittimus ad te procuratorē tuū de nostro ꝓposito nostroq; desiderio plene instructū: ipsum audi: & uota nostra exaudi. Fac ne sine te tuisq; auxiliis in tā sanctam & necessariam expeditionem ꝓficiscamur: quando de tua singulari uirtute & aīo generoso præceteris orbis chriſtiāi Regibus præcipuā gerius fiduciā. Noli fallere opinionē nostrā: Quod sine preiudicio aīæ tuæ & noīs tui magno dedecore fieri nō posset Scriptū Romæ apud sanctū Petrū iii nonas Octobris Mcccclxiii.

XLVIII Epistola pii Papæ secūdi ad regem castellæ persuadens ut nolit deesse in expeditiōe pro fide:

IVS Episcopus seruus seruoꝝ dei: Carissimo in Chriſto filio Henrico castellæ & legionis Regi illustri Salutem & apostolicam benedictiōem. Ituri sumus cum Philippo Duce burgundiæ & cum uenetis contra turcos: sicut audies ex Suero capellano tuo uiro probo: hortamur excelentiam tuam ne desis nobis: Sed hostendas in hoc opere tam sācto nobilitatem animi tui & regni gloriam: Sicut de tua singulari uirtate confidimus. Scriptum Romæ apud sanctum Petrum die v Octobris Mcccclxiii.

XLVIIII Epistola Pii Papæ secundi ad Franciscum sfor
ciam Ducem Mediolani monēs ut personaliter
proficiscatur contra turcos.

PIVS Episcopus seruus seruorū dei. Dilecto fi
lio Nobili Viro Francisco Duci Mediolāi. Sa
lutē & apostolicam benedictionem. Quæ scrip
turi sumus absentes/multo libētius præsentes diceremus:
& si non tanta terrarum spacia nos disiungerent conuēire
atque alloquí tuam nobilitatē nullo pacto neglexissemus.
Digna enim res est quæ uerbis potius quam litteris agite
tur: At cum præsentia corporalis negetur oris officiū sup
plebit epistola/quanuis interrogata non respondebit: nec se
ipsam tuebitur impugnata/nisi nostræ petitionis honestas
& ingenii tui bonitas spem afferret/non confidereūs scrip
tis impetrare quod quærimus? Quid hoc sit scire quāpri
mum aues: exponemus cum fiducia: desiderium nostrum
piasque cogitationes aperiemus Amanti filio: aduerte atq;
aures benignas adhibe. Christianus es. christumque dei fi
lium colis cum patre & spiritu sancto regnantem: unūque
deum in trinitate personarum: & trinitatem in unitate di
uinitatis adoras. Multa & magna ab hoc ipso deo consecu
tus es bona. Quæcunq; in te maxima & optima sunt: dei
dona esse nō ambigis: libet paululum ista pcurerre. Quis
tibi parentem clarissimum sfortiam inter belli duces sui
sæculi principem dedit? Deus: quis te adolescentem exerci
tui cum patrē inimica rapuisset ūda præfecit? Deus: Quis
tibi uictoriam de Braccio tribuit? Deus: quis tibi aut Florē
tinos/aut: Venetos/aut insubres: aut ligures: aut transalpi
nos gallos totiens supare concessit? Deus: quis tibi uxorē
formosam prudentem nobilem fecundam & magni prin
cipis filiam coniunxit? Deus: quis tibi Mediolanū subegit?

Deus:Quis te fratribus bello claris honeſtauit?Deus:qs te pulcherrima ſobole donauit?Deus:Quis tibi ualidum et honeſtum corpus indulxit?Deus:Quis te ex mille periculis liberauit?Deus:Quis te ad ſexageſſimū uitæ annum perduxit?Deus:Si uelimus beneficia numerare:quæ in te bonitas magni dei cumulauit longiores fuerimus quam inſtituimus.Tu illa melius noſti:Cuius adoleſçentia ad rei militaris ſcientiam non aliēis præceptis:ſed ſuis imperiis non offenſionibus belli ſed uictoriis non ſtipendiis ſed triūphis eſt tradita.Qui alienis copiis cū aliq̄diu præfuiſſes pluraque bella geſſiſſes quā alii uiderunt aliisque pugnādo uiciſſes tibi tandē militare ſtatuiſti et proprium ducēs exercitū laborādo:uigilando:inſtando:uincendo ad regnū uſq; perueniſti:Ducem te uocat populus.Res ipſa regem te eſſe declarat.Ei enī præſides regno quod lōgobardi olī tenuere.Ciuitatum numero populorum frequentia potentia quoq; & opibus pluribus regīs ſublimius atq; præclarius ultra citraque padum regnas floremque illum Italiæ obtines:cui Gallia ciſalpina fuit olim nomen.Nunc lōbardia dicitur:Inter chriſtianos principes magnus & clarus haberis:Inter homines noſtri ſæculi:unū te fortūatiſſimū concti prædicant:omnia ſuppetunt tibi que mortales optima ducūt:nec tu ita neſcius es ut hæc tibi attribuas qī tua uirtute quæſita ex alto cōceſſa ſunt.Sine bonis quæ priſci fortunæ dixerunt:nos temporalia uocamus:multos uidimus uirtute præſtantes.Benignis te oculis reſpexit deus qui tibi & uirtutē largitus eſt:& uirtutis ampliſſima præmia.Sed quid tu fili pro tot tantiſque beneficiis largitori omnium domino retribuiſti?quid feciſti ut gratus uidereris?Cauiſti ne deum offendere?an potius tāto licentius uixiſti:quanto fortuna tua fuit maior?Noli ægere ferre si liberius tecū agimus:accipe patris uerba in bonam partē

Noſce te ipſum & quæ geſſeris in hanc uſq; diem mente reuolue: Gratus ne filius an contumax atq; rebellis fuiſti deo cum Romanæ ecclesiæ bellum intuliſti: & patrīonium Beati Petri īuaſiſti: nec dimiſiſti niſi coactus? Quot te duce rapinæ incendia: cædes ppetrate ſunt? Quot raptæ uirgines? Quot matronæ uiolatæ? Quot urbes incēſe? Quot ſacraria direpta atq; diruta? Et quam feciſti pro tot offenſionibus emendam? introſpice conſcientiā tuam: uide qs fueris & q̄ duxeris uitam. Si caſtus: ſi modeſtus: ſi abſtinens ſi iuſtus: ſi præceptorum dei cuſtos bene eſt. At ſi lapſus es ſi legem domini contempſiſti: debitorē te eſſe nequaquam ignoras. Cogita ut diſſoluas aliquando debitū: duplex tibi ſatisfaciēdi ratio incumbit: altera pro peccatis quorum tu ipſe cōſcius es: altera pro maximis & innumerabilibus bn̄ficiis que tibi a deo collata ſunt. Tempus eſt tandē ut ſatiſ facias: Sexageſſimum exegiſti annum. Quantum ſuperſit æui incertum eſt. Nemo craſtinā diē ſibi promittere poteſt Neſcis quid ueſper uehat. Impoſſibile eſt ſenē diu uiuere: dum tempus adeſt diſſolue debitum. Præſens iam ꝓpemodum uita effluxit: Inquire alteram priuſquā iſta prorſus deficiat niſi dum uiuis in hoc ſæculo de altero cogitaueris totus moriere. In tenebras mitteris exīiores: nūq̄ uiſurus lucem niſi dum luce præſenti frueris: opera lucis feceris: niſi delicta expiaueris quæ cōmiſiſti: & dignā gratitudinē pro ſuſceptis beneficiis oſtēderis: caue ne uoceris ad iudicium priuſq̄ ſatisfacias occupa tempus quod adeſt: occaſionem quæ obiicitur arripe: obiecta facultas eſt qua facile poſſis & debitum tuum perſoluere: & uitam æternā acq rere. Quaeris quo nam pacto: uia impromptu eſt: quam ſi tenueris non ſolum animæ tuæ: ſed gloriæ quoque conſules: cuius nomen per omnia ſæcula manſurum ad ōnes gentes illuſtre perueniet. Si neglexeris infamis fies: deo &

hominibus odioſus. Cogeris facere quæ ſuadebimus: niſi & nominis & animæ detrimentum perferre uolueris. Expectas cum deſyderio hanc tibi uiam mõſtrari: iſthuc uenimus. Philippum Burgundiæ Ducem noſti Regio Francorum ſanguine natum ditiſſimus ac nobiliſſimis prouinciis præſidentem nulloque noſtri ſæculi rege minorem: is audita Boſnenſiũ ſtrage regiſque gentis eiuſce miſerrima nece: & q̃ indies turcorum uires inualeſcunt: chriſtianorum debilitãtur: nec iam finitimis Turco populis animus eſt arma capeſcere miſertus chriſtianæ religionis ne præda Turcor̃ fiat ne Sanctum euangelium conculcetur: corpus ſuum in expeditionem aduerſus blasfemam gentem deuouit. Legati eius ad nos miſſi aſſerunt eum ꝑximo uere aut in itinere moritur̃ aut ad nos uentur̃. Vlterius ꝑ nr̃a uoluntate ſiue in græciam ſiue in Aſiam profecturũ bellum turcis illatur̃ huius te ſequi uiam optamus quod hic factur̃ ſe offert: idem ex te deſyderãus. Arma in turcos induas cupimus: Non es ſenior eo. Quod ipſe pollicetur recuſare non potes: dimidio breuior tibi ſupereſt uia nec nos te ſub alio quouis Imperatore militatur̃ quærīuſ Dux eris & moderator exercitus. Nec philippus quanuis nobiliſſimus & altiſſimo ſanguine natus ducatum tuum dedignatur. Qui uero expetit ac magnopere deſyderat in turcos pugnaturo te ſibi ducem fore: Salutem chriſtiani populi quærit non gloriam ſuam. Nouit quantum in bello ualeat auctoritas atq; fælicitas Imperatoris quantique te faciant in armis cum ciues: cum hoſtes nõ ignorat cui ad res militares bene fæliciterq; gerendas diuinitus quædam ſemper adiuncta proſperitas fuit. Vnum te eſſe confidit qui ducere ſcias exercitum ac reducere qui hoſtium præuenire conſilia noris atq; õnes inſidias euitare: Notũ eſſe in turcis tuũ nõen non dubitat. Quod ſi te præſentẽ

in caſtris acceperint non miſ auctoritate tanti uiri quã i robore magni exercitus terrebũtur .Recte ab oratore ſcr ptũ ẽ ad adminiſtranda bella uæhemẽter ptinere qd hoſtes quid ſocii de noſtris imperatoribus exiſtiment cum opini one non minus famæ quam certa ratione moueantur homines:Quibus ex rebus optat Philippus optamus et nos maxime expeditioni quam paramus in turcos:ne cor pus tuum ne te ducem deneges:ne ue tuam auctoritatem fœlicitatemque ſubtrahas:Prĩcepſ que ſunt digna princi pe cogitabit inqt ſapiens.Amplectere hoc munus tua uir tute digniſſimum glorioſe princeps.Nulla res ẽ in qua te poſſis aut laudabilius aut glorioſius exercere.Reſpice ſta tum chriſtianitatis:Conſidera quæ nunc eſt chriſtiana re ligio:& quæ olim fuit.De ſanctis apoſtolis ꝓphetauit Da uid quod in omnẽ terram exiret ſonus eorum:& in fines orbis terræ uerba eorum nec mentitus eſt.Diſſeminatum euangelium omnis impleuit terras:Chriſto totus paruit orbis.Vide quo ſumus redacti:Vix ãgulũ Europæ ſerua uimus.Hieroſolymã perdidimus in qua Ieſus pro noſtra ſalute crucem pertulit.Sepulcrum illud ſacrum que lectũ in quo propter nos uita noſtra obdormiuit in domĩo ſpur ci & fœtidi Mahumetis obſeruant cultores quæſtuſq; tan tum cauſa noſtris oſtendunt.Miſerima condicio chriſtião rum:qui domini & dei ſui ſepulchrũ niſi Saraceni permit tant uidere nõ poſſunt.Antiochiam in qua ſedit beatus Pe trus anteq̃ Romam peteret.& Damaſcum in cuius agro creditur Adam fuiſſe formatus:& ſeptem Aſiæ ciuitates quibus prædicauit Iohannes apoſtolus:& omnem Aſiam Syriam:Meſopotaniam:Perſidem:Mediam ulterioreſq; gentes Mahumeteus occupauit error.Qui natus in Ara- bia Egyptum infecit:& Alexandriam beati Marci ſedem euangelicæ doctrinæ fœlicem olim ſcholam optimarumq;

artiū & omnium litterarū nobile ſacrarium corrupit. Cire
nem peruaſit: & Emulam Romanæ urbis Carthaginē om
nemque lybyam decipiens iuſta Mauritaniam Gaditano
tranſmiſſo freto in hiſpaniam uſq; penetrauit: Cui uſque
ī hanc diem pars Beticæ paret quam nunc Granatam uo
cant. Ex aſia quoq; in Græciam Mahumetea tranſiuit inſa
nia nec tantas impedire blasfemias: helleſponto licuit con
tendentibus de imperio græcis ciuili diſſenſione craſſante
patrum noſtrorum memoria turci Gallipolim: & Adria
nopolim: multaſq; alias ciuitates: & in Tracia & in Theſſa
lia & Attica: & ī reliqua grætia occupauere. Nouiſſime di
ebus noſtris orientalis imperii caput ac tocius græciæ co
lumen: Conſtantinopolis in turcorum poteſtatem perueīt
quam priſci nouāromam appellauere patriarchali ſede at
imperiali throno glorioſā quæ ante hoc tempus a chriſtia
no nomine nunq̄ abhorruit: nunc non ſine magno dedeco
re noſtro amiſſa eſt: neq; hic noſtra calamitas finem habu
it. Bulgariam totam ꝑdidimus & Raſciam & Seruiam: &
quicquid terrarum ab Adrianopoli Sauum uſq; Amnem
ac Danubium interiacet: Valachi quoq; ultra Danubium
quæſiti: non pauci ad turcos defecere. Ex altera parte qua
notiſſima noſtris mercatoribus ſeſe maria infundunt:
Peloponeſus amiſſa eſt. Arx Græciæ quondam uocata &
Achaa: & Acarnania & Epyrus & Macedoniæ maior pars
& hoc tādem āno probpudor: Boſna capta eſt & lesbos abſ
que humani ſanguinis effuſione abſq; contumelia chriſti
ani nominis abſq; iniuria magni dei ſanctæque trinitatis
hæc fortaſſe geſta dixerit aliquis mendacium eſt In capti
uitate conſtantinopolitana. Conſtantino Imperatori abſci
ſum caput haſtæ ſuffixum per ciuitatē: & caſtra delatum
eſt nobilitas cæſa: Sacerdotes crudeliter laniati plebs uenū
data: & ad ſeruitia in Aſiā miſſa. Sacræ uirgines inceſtatæ

matronæ ac puellæ ea paſſæ quæ uictoribus libuerūt: ſacra loca fædata atque dirupta. Nobile Sacte Sophiæ templū Iuſtiniani Ceſaris opus toto orbe memorabile ſpurciciæ mahumetex reſeruatum: imagines dei ac ſanctorū delete diuina & inmortalis trinitas publice blaſfemari Crucifixi ſimulachrum per deriſionem in caſtra portatum ſputo lu to atque omni fæditate prouolutum nec minora in aliis lo cis perpetrata. Raſcianis principibus quos uocant Deſpo tos & uti oculi optimates gentis ſuffixi palis: aut grauio ribus affecti ſupplicijs. Non eſt memoratu facile. In ſub actis prouinciis quātam exercuerint turci ſæuiciam q̄ta in chriſtiāos immanitate ſint uſi. Catacuſinū inſulæ dn̄m apud Mitylenem crudeliter trucidarunt: atq; Italici gene ris puberes omnes acutis transfixere palis. Grecanicam plebem uændidere ſub haſta. In Boſna quoq; Stefanū re gem qui ſalutē pactus ſeſe dederat hoſti. Mahumetes ipſe humano ſanguine inſaciabilis: & omni beſtia truculentior ſua manu obtruncauit & cum eo nobilem patruum pari crudelitate peremit. Viroſq; omnes potentiores coniecit in uincula in fœminis nulla modeſtia uſus eſt: in ſacris nul la reuerentia populus in ſeruitutem adductus: Vaſtata re gio: diuina & humana pariter deleta: hæc facta ſunt nr̄is diebus: & tacuimus ac tacemns. Quid iam reſtat niſi ut in Italiam ueniatur. non multum itineris ex Boſna ī foꝛ Iulii: nec ualde difficilis aditus. Carni ſunt medii: nec petē tes populi: nec altis tuti fluminibus: nec aſperioribus clau ſi montibus. Si uelit itinere terreſtri italiam inuadere tur cus non eſt ꝓcul abeſt. Si maritimo ſexagīta millia paſſu um: aut amplius paulo ex Aulona uſq; Brunduſium naui gatio patet. Quid tibi uidetur fili ? parua ne cēſes: quæ cri ſtianis intulit turcus mala ? futura ne cernis pericula ? nun qd præteritas uīdicare īiurias decet ? futuraſq; præcauere

an impune christianæ religioni turcus illuserit diuinūq; nomen blasfemauerit? Quanuis non est diuina maiestas quæ lædi possit aut minui: nos tamen blasfemias dei atq; sanctorum inultas ferre non decet. Multa in ueteri testamento exempla leguntur: quæ nos admonent illatas deo contumelias uindicare. Non tulit finees adulterantē zambri in zelo domini scortum atq; ipsum interfecit: nec Mattathias sacrificantes idolis tolerauit hebreos: cum septē filiis robustissimis Antiochi ꝑfanatores deiecit dicens melius esse mori in bello q̄ uidere mala gētis suæ ac sanctoꝝ. Non est uerus christianus: non est fidelis non est dignus honore qui sine mentis conturbatione diuinas blasfemias audit. Si clientulus si subditus noster si libertus si seruus uiolatur irascimur: arma capimus: uīdictam exposcimus & pro contumelia dei non cōmouebimur? Si propinquo: si amico aliquid agri sublatum est uires cum eo iungimus: atq; omni cōatu studioq; recuperare perdita nitimur. Eu quantum agri quantū possessionis quantum imperii domino nostro ablatum est christo iesu: nec de recupatione cogitamus ingrati filii sumus & hereditate domini prorsus indigni qui tanta desidia atque torpedine quæ illi sunt ablata negligimus Quid perdita cōmemoramus? Vtinam solliciti essemus seruare quæ restant. In āgulum Europæ redacti sumus: neque hoc tueri conamur. Vrgent indies turci: murus noster hungaria quatitur hac expugnata Germāi cladem expectant & Itali: quanuis ad nos ut diximus aliæ portæ pateant. Nulla dies præterit quæ nō aliquid auferat Euangelio. Perimus in horas & non sentimus. Lætargum patimur dormientes morimur. En fili: en princeps nobilis potes ne ista audire: & non animo cōmoueri? Minime quidem te adeo ferum aut ferreum esse credimus. Angeris ut arbitramur hæc audiens: nec potes de cōmuni

ſalute non cogitare: Verum de cõmunibus rebus cõmũia cogitas: & quaſi de communi ſorte ſis unus ea facturum te polliceris quæ faciant alii. Non hoc uolumus plus ali quid exigimus: ex uiro ſingulari ſingularia petimus ex ra ro rara. Philippo te ſocium cupimus in exercitu te uidere præſentem ducere copias ordinare acies: ſignũ prelii dare hoſtes inuadere urgere profligare ac prorſus delere deſy deramus huic te muneri accingas oramus hunc laborem & quæ ſunt in eo picula præcãur ne fugias. Sic te deo gra tũ oſtendes: Sic tua peccata purgabis: ſic fama apud õneſ clarebis: & nulla unquã ætas de tuis laudibus conticeſcet Dices te ſatis gloriæ nactum ſupioribus bellis: extare uic torias tuarum multis in locis trophea quæ te fama ſuper æthera uehant: quæ clariſſimæ geſſeris: per multa ĩ omniũ ore uerſare poetas & oratores in tuis cælebrãdis laudibuſ deſudaſſe: iamque publice hiſtorias & poemata legi de tu is operibus ædita. Bella quæ hactenus geſſiſti fili: quanuis tibi multũ peperere laudis: quæ fortitudĩem patientiã ui gilantiam celeritatem induſtriam cõſilium: cæteraſq; uir tutes tuas patefecerũt. Plurimũ tamen ab his diſtant quæ nunc gerenda proponimus. In illis priuatã utilitatem ſec tabaris: in iſtis cõmunem inueſtigabis. In illis temporale regnum quæſiuiſti in iſtis æternũ adipiſceris. In illis non fuiſti ſine peccato: in iſtis ab õni peccato mundaberis. Illa cupiditatis fuerũt iſta religionis erunt: illa hominum iſta dei quanuis præclara ſunt quæ geſſiſti hactẽus: leuiuſcula tamen uidebuntur ad ea compara: quæ nunc facienda pro ponimus: quæ nõ ſolum feciſſe ſed uoluiſſe facere beatitu dinem præſtat. Quantũ diuina præcellunt is: tãtum bella pro chriſto ſuſcepta ea ſuperãt: quæ hominũ cauſa regnã di cupiditate geruntur. In his uerſatum pleno te ore: & q nũc uiuunt: & poſtea laudabũt. Ad hæc ſenectutẽ fortaſſe

obiicies. Sinite me iã ſum grauioris ætatis inqes: qetem carioſa membra depoſcunt: non ſum aptus galeæ. Thoracem ferre non poſſum. Deo gratias agimus qui tibi hanc excuſationem ademit: diuino munere ſoſpes es: & optime uales: multo te ſeniores militauere Maſſiniſſam ferunt extremo iam ſenio nullo adiutore conſcendiſſe equũ & mũera obiiſſe militaria. Sigiſmundum Cæſarem uidimus ſupra ſeptuageſſimũ annum caſtra ſequentem. Quid uetera aut externa quærimus: In familia tua extant exempla. Michelettus patruus tuus florentini ductor exercitus ad nonageſſimum annum militãdo peruenit. Non excuſat ætas Ducem: morbi excuſare poſſunt anni nõ poſſunt. Militiæ aſſuetos homines equo inſedentes magiſquam lectulo incubantes mori delectat: atq; idcirco ſine lãgoribus plærũq; uitam finiunt. Deſiccat malos humores labor nec arctetis ſinit. locum eſſe doloribus: & fortaſſe tua nobilitas: ſi pro ſua conſuetudine militiæ inſudaſſet: laboreſq; caſtrorum pertuliſſet neq; ad urbanum ocium ſe redegiſſet ſuperiori anno ægrotatione illa caruiſſes quæ te prope exanimauit. Crede nobis fili longe ſanius in negocio uiues quã in ocio Caſtrenſes labores ac uigiliæ exercitatio ſudor & quas interea nutritus es: ætatemq; fere omnem duxiſti militiæ moleſtiae: atq; anguſtiae diutius te in uita conſeruabũt. Noli accuſare ſenectutem qui non es Philippo ſenior. Multi in ea aetate in qua es caſtra ſequuntur: & princeps qdem Tarentinus multo te natu grandior & hoc anno & ſupiore fuit in caſtris. Ille in profana priuataq; cauſa exercere fatigareq; ſenium non recuſat. & tu in cõmuni diuinoque opere ſenectutis obtentu excuſatiõem prætendes. Tuum ingenium tuam induſtriam tuos oculos qui uidere omnia in bello ſolent: non tui corporis robur tuaſ ue manus queriũs conſulere mõere imperare tuũ erit Iuuenes lacertos

exercebūt & fortia pectora obiicient hostibus. Noli nega re nobis praecelsum animum tuum: absit excusatio senec tutis. ubi cū senibus est eūdū. Erimus & nos si deus de derit in hac expeditione præsentes: non solum ætate uerū etiā morbis graues. Stat aīus cāicię nr̄am huic militiæ cō secrare: & iutile corpus ei restituere q dedit. Nihil ualēus ī bello: quis nescit? Spectare prælīū possūus pugnare nō possūus: nec dignitas nr̄a est cui competat ferrum strīge re qui eius locum tenemus: cui dictum est a domino mitte gladium tuū in uagina. Principes sæculi ensem exercere: nostro iussu debent: nostrum est pugnantibus pro religiōe benedicere diuinumq; implorare fauorem: & hoc quidem sedulo faciemus. In monte aliquo aut ex alta puppi specta bimus præliantes: & instar Moysi precibus: & oratiōibus incumbemus: dum tu ac Philippus acies ordinabitis: & ro bustissimi milites manū conferent. Ibimus crucem domī præferentes: Sequemur Sacratissimū christi corpus: sanc torum reliquias adducēus in hostes christianæ religionis caput & ornamentū & suppreme maiestas ibit in bellum. Quantus sit fidei zelus: quantaue christianoꝝ cura: nūc palam fiet. Si non sequentur christū domini qui christiāi uocantur apparebit eos falsum induisse nomen. Nos tāen te comite: ac Philippo iter agemus. Ibimus in hanc expedi tiōem ne dubita. Senes sequemur senes. bellum hoc senū appellabitur: & hanc notam nostri sæculi regibus ac prin cipibus īuremus: ut exeūtibus ad bellum pro religione se nibus iuuenes domi manserīt mēorabile in posteris opus forsitan & aliqui uerebuntur infamiam iuuenes & nostra castra sequentur plura de hac senectutis excusatione dice remus: nisi ꝑspecta esset animi tui generositas. Cui quæ maxima sunt: & claritudinem præ se ferunt. haud diffici le suadent Necnon tuū iudicium formidaūs: Cōsiliarios

tuos & uxorem & amicos & liberos non te ipſum timẽus Scimus egregiam mentem tuam ſentire nobiſcum: ardua cupis & alta: nec animo tuo quicquam maius eſt: Sed ade runt conſiliarii: aderunt & amici. Quid agis maxime prĩ ceps inquient: quo te is perditũ in græciã nauigabis? Iur cis inferes bellum: & regnum tuum nobiliſſimum atque opulentiſſimũ tanto labore quæſitum hoſtibus diſſipandũ relinques? Et quis illud te abſente tuebitur? Vxori ne com mittes an filio: nunq̃ ſatis in fœmina præſidii fuit: filium adoleſcentia prohibet amminiſtrare. An neſis quot circun ſtãt lupi rapaces? Difficile cuſtoditur quod a multis quæ ritur. Ducere te: florem militiæ oportebit. Quis fines de fenſurus domi manebit? inſidias noſti finitimarum genti um: & unde timendum ſit: tute melius noſti. Caue ne dũ alienas opes tutari pergis ãittas tuas: & liberi tui pulcher rima ſoboles in ſpem regni nati educatiq; domo tandem electi panem mendicare cogantur. Si corpus tuũ ſi teipſũ paruifacis at ſaltem liberis conſule: qui te habiturum in hoc bellum nunq̃ amplius uidere ſperant: & iam iam te si mul ac regnum amiſiſſe uidentur. Hæc ſuggeret tibi non dubitamus magna pars eorum qui latera tua ſtipant: & q̃ tuo fauore lauti facti ſunt ac potẽtes. Ex purpuratis tuis alii expenſas formidabunt: alii labores ac pericula: pauci erunt qui talia conſulentes non ſibi magis: quam tibi con ſulant: quanuis de tuo periculo non de ſuo ſeſe ãxios oſtẽ tabũt. Sed age bone prĩceps expendamus hæc cõſilia. Nos tantum ab illorum opinione diſtamus ut quæ illi formidã da putant tutiſſima cenſeamus: uec uereamur aſſerere prĩ cipatum tuum ſecuriorem futurum in cauſa dei te abſen te quã ſi domi delitueris. Remanebit uxor tua nobiliſſima mulier: quam ſubditi omnes colunt. Remanebit Galeazi us ſpes unica gentis inſubrium: magnanimum illum &

ſapientiſſimū olim ducem proauū ſuum nomine referēs
Cuius mēoria ex cordibus longobardoꝝ deleri non poteſt
Vnde illis timor forſitan ex Francia? At rex ille francorū
cuius chriſtianiſſima propago dicitur: nunquā eo erroris
adduceretur ut regnū tuū inuaderet dum chriſto militas
cauebitur quoq; & huic parti ſecuritas tibi ab illo fiet. qd
de Venetis dixerimus? An hos uereri oportebit: quorum
ſaluti conſules? rem Venetorum ages & illorum arma tĩe
bis? Non coherēt iſta ſimul nec uero conſonant. Quin po
tius ſi quid rubiginis eſt inter Senatum Venetum: & tuā
excellentiam ſi quid ſuſpicionis: si quid ſimultatis totum
hoc tuo itĩere auferetur. Obligabis tibi & poſteritati tuæ
Venetos: æterna erit illorum erga tuum genus caritas ac
beniuolentia: parui labore tempus in multos annos tuis
poſteris conſules: & quid erit timendum domui tuæ hinc
Venetis inde francis ſecuritatem ꝓmittentibus? Adde Flo
rentinorum uigilias ac diligentes excubias: quoꝝ perma
xime intereſt in tuis tuorumq; manibus ſeruari Mediola
num Illi ſubibunt curam: ne quid detrimenti per abſentiā
tuā res longobardicæ patiantur. Illos tuis filiis adiutores
patronos ac tutores relinques. Illi nō minus de ſalute tuæ
domus quā tu ipſe ſolliciti erunt. Ipſe præterea deus ōni
potens: & domīus noſter ieſus chriſtus tuorum filiorum
cuſtos erit: tutāq; tibi familiā & ſaluū principatū cōſerua
bit: nec cū ſuā agites cauſā relīquet ipſe tuā. Sed ære alīēo
grauatus ſum ais: tātos ſubire ſumptus nulla ratione po
tuerim. Imo uero hæc unica uia eſt qua poſſis diſſoluere
debitum: diminues ſumptus nō augebis. Quamplurimi
te ſequētur ſuo ære militaturi. Deus ipſe tibi adiūget mi
lites: multis modis licebit ad hoc bellum pecūias quærere
Scis quæ Mantuæ meditata fuere: & illa & alia in mediū
uenient: Iacta cogitatum tuum ī domino & ipſe te enutriet

Non deeſt argentum deo:cuius ſunt omnes theſauri ter
ræ.Inueniet eccleſia quo pacto neceſſaria tibi ſuppeditet.
At dur⁹ eſt inquis dulces relinquere natos:&am atam cõ
iugem & urbis opulentiſſimæ delitias:aſſuetus regno uo
luptatibus regni carere non potes:Non petimus hæc ita
relinquas quaſi nunq̃ recupaturus.Carere ad breue tem
pus his te cõmodis uolumus:moxq; ad ea reuerti:Dulci
ora ſunt intermiſſa gaudia uoluptates commẽdat rarior
uſus:poſt laborem gratiſſima quies:ſuauiſſimus poſt ui
giliã ſomnus.Sitis potum approbat:cibum fames:mar
ceſit in ocio uirtus.Redeũti ex bello cuncta tibi & ſuauio
ra uidebuntur & meliora:Si reuertar īquis.Quid ſi mo
riar:recta in cælum ibis peccatis exutus omnibus:& nul
la priſtinæ ſordis inq̃natus macula.Beatus qui uel ī bel
lo ceciderit uel iturus ad bellum in uia fuerit morte pre
uentus:Pari apud deum lance ponderantur & qui cauſã
eius tuentur:& qui tueri totis uiribus adnituntur:Volũ
tatem inſpicit æthereus iudex magiſq̃ opus.At domi uel
les mori tanq̃ molius oſſa cubẽt manibus tumulata.ſuo
rum:uana iſthec:facilis iactura ſepulcri:conſulendũ eſt
animæ magis quam corpori.hæc ubicunq; moriaris tãtũ
dem habet ad cælum uia:honeſta mors quærenda eſt nõ
pompa ſepulcri:præcioſa incõſpectu domini mors ſãctoꝝ
eius:Sanctos domini eſſe nemo dubitat:qui ꝑ teſtamẽto
eius moriũtur qui pro religione pugnantes in bello cadũt.
Si omnibus qui patriã auxerint iuuerint:defenderint cer
tum eſt eſſe in cælo diffinitum locum in quo beati æuo ſẽ
piterno fruantur qnemadmodum philoſophi tradiderũt:
quid de illis dicemus qui pro republica chriſtiana tuẽda:
pro fide catholica amplianda pro ſancto euangelio conſer
uando animam ſuam poſuerunt:Quis dubitet in cæleſti
regno cũ bt̃iſſimis ſpiritibus lucidas his ſedes cõſtitutas

esse. Credendū est sacris eloquiis. quoniā nec oculus uidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascedit: quæ ꝓmisit dominus diligētibus se. Et quoniam nō sunt dignæ passiones huius sæculi ad futurā gloriam quæ reuelabitur ī nobis. Caue fili ne uel uxor te domi retineat. uel filiorꝫ cognatorūqꝫ caritas: aut regni delectabile culmen. Noli pro deo graue ducere his ad tempus carere quæ tandem inuitus quando uoluerit deus cogeris relinquere. Si nunc dimiseris iubente dño cito recuperabis dimissa: & amplius æterni regni ꝓmissionem accipies. Si hanc iussionē neglexeris dimittes tamen aliquando & uxorem & liberos: aut ipsi præmoriētes te dimittent. Regnū quoqꝫ relinquere oportebit: nec recupationi locus erit: Incertum quo sis iturus Nam quæ spes futuri regni esse potest ei qui uocatus ad regnum ire contempsit? Timemus tibi fili: timemus uehementer: nisi audias uocem dei qui te ire in turcos iubet Iam senes es: ut ais quāto uixisti diutius tanto minus superat uitæ. Emerenda est altera priusq̄ ista deficiat? Caue ne decipiaris ab his qui animam extingui cū corpore putant: & alterum negant sæculum: credendum est semper sacris ueteribus que sermonibus deum esse dicentibus: q opera hominū bona præmiat mala punit: & impios igne urit inextinguibili: pios indefectibili luce donat: beatosqꝫ reddit. Quod non solum nr̄i theologi docent: sed philosophorꝫ quoqꝫ peritissimorꝫ libri confirmāt. Consule tibi & noli cum fœliciter in hoc mundo uixeris in alio miser esse in quo fine termino uiuitur. Sed opinaris fortasse difficil limū tibi offerri bellum ex quo uictor nequeas aut honoratus reuerti. Audiuisti multa de turcis & impio Mahumetis quod terra mariqꝫ late pateat: quod īnumerabiles exercitus cogere turci soleant: quod Asiæ dominentur & græciæ quod auri & argenti diuites facile desyderiū suū

expleant. Quid ualebunt noſtræ uires ais aduerſuſ tantū imperatorem? Dicemus breuiter: quanuis magnam eſſe Mahumetis potentiam non negamus; minor eſt tamen q̄ fama feratur: excedit rumor uerum: numeroſos fatemur exercitus cogere poteſt: uerum imbellis populi: & prorſus effœminati. Græcia quæ quōdam robuſtiſſima fuit: & orientis impium uendicauit: omnium hodie gentiū uiliſſima & abiectiſſima eſt. Aſyaticos mulieres potius q̄ uiros dixeris. Inermes ad prælium eunt: parma tantū & arcu muniuntur: non cataphracti equi uiſuntur: non galeati equites rara lorica cernitur rarior thorax: enſe recuruo: ceſimq; pugnāt quāuis robuſta turcor̄ corpora dicāt nuda ſūt tamen aut armis tecta debilioribus. Quid faciēt miſeri ubi noſtrorum equitum cohortes inciderint & aſperas ferro haſtaſq; acies īcurrerint? aptiſſima cædi turba eſt tanquā pecudes mactabuntnr. In mari non eſt turcorum claſſis quæ Venetam ferre qneat. In terra hūgaros formidant Quid faciant cum latinos & noſtræ ſplendorem militiæ uiderint Hactenus cum græcis pugnauere & inermibus populis ubi ad noſtros uentum fuerit ſentient quantū diſtent a mulieribus uiri. Quid quod in Tracia Myſia tota que græcia: & ubiq; citra Helleſpontū aduenæ Turci sūt īhoſpites pauci pro multis: nec diligūtur a ſubditis. Quis enim eum diligat dominū qui ſuæ religionis eſt hoſtis? & a quo miſerrima præmitur ſeruitute? Odere græci turcos Quod ſi ſpes eis fiat recuperandæ libertatis facile noſtriſ armis illos eiicient. Recens capti Boſnenſes ſerui: Raſciāi cito ab eis deficiēt. Albani præſto ſunt nobiſcū arma conīungere. Maritima claſſis modo unam prouinciam modo alteram infeſtabit. hungari per Raſciam & Bulgariam penetrabūt: Sunt & in Aſia uiri potentes Caramānus Cilyciæ tyrānus & alii cumplures mahumetis inimici q̄ eum

a tergo ferient. Non ſufficient uires eius tot loca tueri: nec tantis apparatibus reſpondere. Vexillum crucis chriſtia naque ſigna certiſſimæ copiæ ſequentur: Hungaroꝝ: Burgondorum: Venetoꝝ: Albanorum: Tueqꝫ ſi ueneris: & noſtræ & illoꝝ qui coacti ſeruiunt turcis quamprimū poterunt iugum excutere: Alios præterimus qui ſuopte ingenio etiam non uocati uenient: cum increbuerit fama te simul ac Philippum cum uenetis hungaris ac Romano pōtifice expeditionem pro religione parare uerebitur. Ludouicus franciæ Rex: qui ſe chriſtiāiſſimum uocitat ī eo exercitu ſuos non apparere francos qui pro chriſto pugnaturus egreditur. Pudebit eū pudebitqꝫ cæteros reges cum tu eas ac Philippus & nos uiuificæ crucis ſignum præferamus: defenſioni fidei auxilia non præbere. Venient plures quā credāmus: alios religiōis zelus adducet: alios cupido gloriæ: & magna uidendi auiditas trahet. alii cū domi tuto eſſe non poſſint ſub ſpetie militiæ honeſtum ſibi exilium eligent. Quoſdam inuitos militare domino reges cogent ne domi ſeditiones excitent. Non deerit chriſto unde ſuū poſſit parare exercitum atque ſupplere. Accingere igitur fili: & ī hanc glorioſam expeditionē te ipſum q̄totius præpara: neqꝫ hoc bellum euites: quod nos te debiliores adituri ſumus & Philippus te ſenior ingreſſurus. Eſto gratus dño pro beneficiis tibi collatis. Conſule āimæ tuæ dum tēpus habes. Redime peccata quæ commiſiſti hoc tam præclaro facinore quod tibi proponimus. Amplectere oblatā gloriam: ut hanc tantæ laudis hæreditatem tuis relīquere poſteris ualeas. Conſule periclitanti religioni: & hoc bellū tā neceſſariū uolens libenſqꝫ ſubito: in quo ſi te ducē præbueris certam nobis uictoriam de immaniſſimo Dracōe pollicetur domīus. Si abfueris neſcimus quidnam ſpare poſſimus: & magnā tui nominis timemus infamiam: nec

dubitamus quin domini & ſaluatoris tui indignationem incurras. Conſolare nos: & uniuerſam chriſti eccleſiā conce de te deo in hoc ſanctiſſimo bello. Suſcipe demandatā ꝓuīciam læto animo: quæ te glorioſū in terra faciet: & deniq; regnaturum aſſumet in cælū. Filiis uero tuis: & natis natorum & qui naſcentur ab illis regnum perpetuo confirmabit. Miſericors deus qui tuos in hanc uſque diem feliciter greſſus direxit: & in cuius manu ſunt corda regū: det tibi eligere quod ſuæ uoluntati ſit placitum: teque tuamque domum bene cuſtodiat. Data Romæ:.

L Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Blancāmariam Duciſſā Mediolani ne obſtet uiro deliberanti ire pro fide:.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectæ filiæ Nobili mulieri Blancæ Mediolāi Duciſſæ Salutem & apoſtolicam benedictiōem. Virum tuum aduerſus impios Turcos arma ſumere iubet deus hoc ei ſcribimus uide ne obſtes periculosū eſt diuinæ uoluntati reſiſtere: periclitatur chriſtiana religio: In foribus hoſtes aſſunt prope ad radicem poſita eſt ſecuris niſi uigilamus niſi forti animo reſiſtimus hoſti actū eſt de nomine chriſtiano. Spes magna ſalutis in tuo uiro ſita eſt. Si ſumpſerit arma & ſcutum ductoremq; ſe chriſtianis præbuerit liberabit dominus: in manu eius populum ſuum: & immaniſſimū Draconem conteret. Quod ſi ꝓuinciam hanc recuſauerit: nec diuinæ uocatiōi paruerit cæteri quoq; ſe ſubtrahent: impedieturq; ſua culpa chriſtianæ fidei expectata defenſio. Quod de ſua magnāimitate: haud quaq̄ putamus: Cui ſemper magna & præclara cordi fuerunt. Te ipſam ueremur ne uiri propoſito aduerſeris ne retentes ire uolentem obiiciaſq; more mulieꝝ mille

pericula:amantis est ab amato nō posse diuelli:concedītus
ista cōiugio nec miramur acerbam tibi futuram uiri ab
sentiam:Sic maritalis expoſcit affectio:Sed maior est chri
sti caritas.Si plus uirȝ quam deū diligis nō es deo digna
In euangelio hæc legisti.Deo nihil negare oportet.Caue
ne tui ãoris causa uirum a deo seiungas odisse hoc esset
non amare.Noli esse impedimento his quæ diuina maie
stas ordinat.Recordare quot accepisti a deo bona:nec ue
lis ingrata uideri.Deus hūc tibi quē diligis uirum dedit
Audebis ne proparuo tēpore repoſcenti negare:Conceſſū
in multos annos in paucos menses concedenti non pmit
tes?Caue ne cæleſtem maiestatē offendas in cuius manu ē
uirȝ tuū auferre cū uelit:nihil ei negandum est qui potest
cogere.Sine ueniat cōiunx tuus & ea faciat quæ iubetur
Sine deleat peccata sub hoc itinere:& suæ saluti consulat.
eris tu quoque meriti sui particeps:si pro seruitio dei ma
riti absentiam æquo animo tuleris:Propone tibi & cōiugi
moriendum esse aliquando:& quod ætate prouecti ambo
diu simul esse in hoc sæculo non potestis.Fugit uita mor
talis:& quasi fumus cito euanescit.Quærenda est altera
quæ neqȝ moleſtias habet neqȝ finem.Illic thesaurizandū
est illuc aspirandum:Si uirum tuum in prominciam sibi
decretam iusseris ire:aut ire uolentem nō impediueris &
illi & tibi optime consules:ambo post hanc uitā cū christo
regnabitis:Alioqn & tibi & illi timemus.Hortamur igit̄
ne uiri uitā impedias:ne absentiā parui temporis ī uita su
stineas.Redibit ne dubita cito ad te glorioſus gaudebisqȝ
tui & sui causa:ambo in hoc opere celestis uitæ præmia cō
sequimini:& qui fuistis in hoc mundo fœlices in altero
eritis beati.Pius & misericors deus ī aīo tuo ponat que
suæ sunt beneplacita uoluntati.Data Romæ:.

Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad cunctos chriſtianos ut ꝓficiſcãtur ſecũ in expeditionẽ contra turcos.

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Vniuerſis & ſingulis chriſtifidelibus. Salutem & apoſtolicam benedictiõem. Ezechielis ꝓphete magni ſententia eſt: Venientem gladium niſi annuntiauerit ſpeculator animaꝝ quæ perierint ſanguinẽ de manu eius requirẽdum fore. Quod ueriti ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri Nicolaus quĩtus & Caliſtus tertius ab eo tempore quo turcorum efferata rabies Conſtantinopolim expugnauit uenturum ad interiora chriſtianitatis hoſtilem gladium clamare non ceſſauerunt. Commonere chriſtianos principes ac populos q̃to in periculo eſſet nr̃a religio: niſi occurreretur hoſtibus priuſquã amplius ĩua leſcerent. Suaſere ut arma ſumerent: defenſionẽ catholicæ fidei ſubirent: furentibus beſtiis obuiam irent nec ſineret immanem Draconem Mahumetem fideles deuorare aĩas Videbant ferocem illius animum occupata Cõſtantĩopoli minime quieturum cuius inexplebilis eſſet dominandi cupiditas: nec dubium quin orientali ſubacto imperio ad occidentale aſpiraret. Annuntiata eſt in tempore futura calamitas: ſed non eſt credita. Non fuerũt auditæ ſanctorum paſtorum uoces: utiles admonitiones ſurda pertrãſiuit aure: chriſtianus populus hungari tantum ſub Caliſto uigilantes arma ſumpſerunt: qui de tuendo regno ſoliciti: dũ ſuos fines obſeruant cuſtodiunt noſtros. Ex ipſis hũgaris ac theutonibus & aliis uicinis non pauci quanuis magna ex parte pauperes & ſecundum ſæculum ignobiles: inclyti uero in conſpectu dei crucẽ domini aſumpſerũt & magno in hoſtes ſpiritu perrexerunt: quorum potiſſime auſibus apud Albãi græcam quã noſtri Belgradũ uocant. Turcoꝝ

ingentes copiæ ꝓfligatæ fuerunt:& Mahumetes ille terri
bilis ac ferox turpem arripuit fugam.Nationes aliæ tan
quã nihil ad eos turcoꝝ facta pertinerent in ſuis ſedibus
quiete manſerunt.Nos deinde ſicut domino placuit quã
uis indigni tanto mũere Calliſto ſucceſſimus qui mox in
apoſtolatus initio Mantuanum conuentũ indiximus:In
quo de cõmuni utilitate cõmunibus chriſtianoꝝ conſiliis
ageremus.Venit in mentem quod per Iſayam ſcribitur
Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas syõ
exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas iheru
ſalem:exalta noli timere.Dictum id nobis putauimus.sa
tisfecimus ut arbitramur præcepto.Affuimus ĩ tempore
præfinito non ſine ſumptu & labore graui oſtendĩus fide
libus chriſtianis uulnera ſua:& quæ paſſi fuerant.& quæ
paſſuri uidebantur:niſi ſeipſos aduerſus turcos defende
rent.Clamauimus quaſi tuba exaltauimus uocem noſtrã
audiuit omnis eccleſia:ſed nõ exaudiuit uerba nr̃a.Non
fuit plus ponderis noſtris quam prædeceſſorum uocibus
fruſtra conati ſumus in caſſũ abiere labores.Interea quã
tum creuerint turcoꝝ uires difficile dictu eſt auditu mi
ſerum.Amari põtico uſq; ad Amnem Sauum & ab ægeo
pelago uſq; ad Danubium nobiliſſimas inter iacentes pro
uincias ſuæ poſſeſſionis fecere.Tranſiuerũt & ipſum Da
nubium Valachiæq; magnam partem occupauerũt.Pene
trauerunt & ſauum atq; agros hungariæ longe lateq; ua
ſtauerunt.Hoc anno Boſnam inuaſerunt uniuerſumque
regnũ ſibi ſubicerũt & inſulam lesbon.Quanta uero cru
delitate in ſubactis urbibus ac ꝓuinciis uſi ſint horret ãi
mus dicere.In conſtantinopoli græcoꝝ Imperator obtrun
catus eſt:& caput aſta ſuffixũ per caſtra delatum Raſcia
nis principibus eruti ſunt oculi.in lesbo multitudo pube
rum palo transfixa in Boſna regem qui ſalutem pactus

ſeſe dederat cum patruo ſuo Mahumetes ipſe hũano ſan
guine inſatiabilis ſua manu ut fertur iugulauit. Quis no
biles uiros. quis ſacerdotes cõmemorauerit ad cædem rap
tos? Senes ac iuuenes in plateis immaniſſime trucidatos?
Vbique cruor cæſorum uiſus: ubiq; morientiũ gemitus
auditus: Nulla reuerentia matronarũ: nulla uirginũ. Fædũ
relatu eſt quantum hoc gẽus hominũ in libidinem ſit im
merſum: cui omnes abominationes gentium pſeudo pro
pheta quẽ uenerantur indulſit. Quid de ſacroſãctis eccle
ſiis dixerĩus? Tẽplũ illud Sãcte Sophiæ Iuſtiniãi opus to
to orbe memorabile Mahumeteis ſpurciciis reſeruatum
eſt. Reliqua ſacraria aut dirupta ſũt aut poluta: altaria diſ
iecta atque protrita. Imagines ſanctorum delete aut luto
fedatæ nulla Saluatoris chriſti aut glorioſiſſime matris
eius ſtatuta ſine ſingulari probro dimiſſa simulacrũ cru
cifixi per deriſionem in caſtra delatum ſaxis & luto peti
tum & tandem in cæno relictũ. O domine deus uenerunt
gentes in hereditatem tuam polluerunt templum ſanctũ
tuum poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas uo
latilibus cæli carnes ſanctorum tuorũ beſtiis terræ. Effu
derunt ſanguinem eorum & non erat qui ſepeliret. Quã
uis non poteſt lædi tua maieſtas nec tua gloria minui de
cet tamẽ ſeruos tuos decet nos miſeros chriſtianos quæ tu
am ueluti in cõtumeliam fiunt totis cõatibus auertere at
que ulciſci. Non tulit finees adulterãtem zambri ſed zelo
incenſus domini Madiãi te Scortum & illum ĩterfecit. ui
dit Matthatias ſacrificantem idolis hebreum & doluit:
& contremuerũt renes eius & accenſus eſt furor eius ſe
cundum iudicium legis: & inſiliens trucidauit eum ſuper
aram. Sed quis eſt zelus noſter? quæ cura religionis? Blaſ
fematur ſancta trinitas: conculcatur euangeliũ: ſacra pror
ſus abiiciũtur noſtra: chriſtianũ nomen fũditus eradicat

& ſubticemus? Nemo eſt qui pro cõmuni ſalute aſſurgat Stat mater eccleſia dolens & gemens & non eſt qui conſo letur eam. Et quid dici de nobis poteſt infelicibus chriſtia nis niſi prophetícum illud: Facti ſumus obprobrium uici nis noſtris ſubſannatio & illuſio his qui ĩ circuitu noſtro ſunt. Maiores noſtri hieroſolymã perdidere: & omnẽ Aſiã ac libyam noſtro tempore Græcia eſt ãiſſa: & Europæ ma xima pars. In angulum orbis redacta chriſtianitas eſt dei & domini noſtri ieſu chriſti ſepulchrũ: niſi ſarracẽi ue lint uidere non poſſumus quæſtus cauſa nobis illud oſten dunt. Patriarchales ſedes ueneratu digniſſimæ Conſtanti nopolitana Antiochena Alexandrina & hieroſolymitana iugo ſeruitutis oppreſſe aut a Sarracenis occupãtur: aut a turcis non ſine dedecore atq; ignominia chriſtiani nomi nis Rõanã eccleſiã matrẽ omniũ fideliũ ac magiſtrã quã beati apoſtoli Petrus & Paulus ſuo martirio dedicarunt nunc nobis eripere Mahumetes interminatur. & faciet ni ſi tandẽ excitamur a ſomno: & conatus eius ſtudemus eli dere. Ve nobis chriſtianis principibus: ue uobis ut quid nati ſumus uidere contrictionem populi noſtri: & contri ctionem ſacræ religionis? uidemus fratres noſtros ĩ mãus inimicorum rapi ex diuerſis excarnificari ſuppliciis & nõ mouemur. Videmus indies chriſtianor& prouincias ab in fidelibus inuadi & nõ angĩur: ſed in domo qeſcĩus Quot iam regna ab euangelio ſunt aliena? Quæ gens iã nõ he reditauit terram domini & non obtinuit ſpolia eius? Siue orientem reſpicimus: ſiue meridiem ſiue in arcton uerti mus oculos: oĩs eccleſiæ compoſitio ablata eſt. Ancillam ui demus quæ fuit libera: & domina gentium. Ecce ſancta no ſtra & pulcritudo noſtra & claritas noſtra magna ex parte deſolata eſt: Coĩquinauerũt eam turci & ſaraceni & aliæ fe diſſimæ gentes. Quid nobis adhuc uiuere? niſi cogitãus

de tãta infamia ſurgere ac priſtinum recupare decorem?
cõmouemur uæbementer dum talia mente uoluīus Angi
mur cruciãur nec Animo poſſumus eſſe quieto niſi prin
cipes chriſtianos pro tutela ſacre religionis aduerſus im
pios turcos arma ſummere uideãus:Paſtoralis officii nr̃i
eſt quis neſcit?dominici gregis curam gerere:qui eius lo
co ſucceſſimus cui dictū e a dn̄o.Paſcæ oues meas .Oues
chriſti fideles populi ſunt:his conſulere nos oportet .has
ꝓtegere & totis conſeruare conatibus ne lupoꝝ aut aliaꝝ
beſtiaꝝ morſibus pateant.Sed qd agat infœlix paſtor ubi
lupoꝝ īnūerabiles turmæ gregem inuadunt?iuſſiq; cães
inſurgere latrare ac defendere caulas obaudiūt ac diffu
giūt hæc īpræſentiaꝝ conditio nr̃a eſt.Turci tanq̄ lupi &
immanes beſtiæ oliue dōinicū ideſt chriſtianā plebem la
cerare conant̄ & lacerant.Vocamus in auxiliū prīcipes tã
quã cuſtodes chriſtianæ plebis:aures claudūt nolūt audi
re uocé paſtoris poſt ſua qſq; deſyderia ꝓgit.Quid age-
mus?Soli ne lupos hoc é turcos aggrediét?nō ſūt uires
nr̃e quæ tantã uim ferre queant.Nimiū creuit turcoꝝ po
tencia non poteſt eoꝝ impiū deleri niſi chriſtiãoꝝ magno
conatu:magniſq; claſſibus & exercitibus.Non hét apoſto
lica ſedes unde iſta conqrat:niſi chriſtiãi reges chriſtiãiq;
populi opem afferãt.At hoc eis hactenus ſuadere nō potu
imus .Cōuentū fecimus:legatos miſſimus oīa tẽptauīus
quæ uiſa fuerūt ad excitãdos aīos ꝓ tẽpore neceſſaria.Nō
ꝓfecimus.Quomodo nunc ꝓficiẽus?Quid ergo?Negli
gẽus ne fidei defenſionẽ?Minime qdẽ paſtor bonus inqt
in euãgelio ueritas aīam ſuã dat ꝓ ouibus ſuis.Mercena
rius autẽ & q non ẽ paſtor:cuius non ſunt oues ꝓpriæ ui
det lupū uenientẽ & dimittit oues & fugit & lupus rapit
& diſpgit oues.Admouẽur hiſ uerbiſ qd nam agere debe
amus extrema oīa tentanda ſunt ꝓ ſalute dn̄ici gregis.In

grauioribus morbis grauiora adhibent remedia medi
ci idem & nos facere conuenit. Non decet paſtorem ſuas
oues relinquere: occurrere lupis oportet etiam ſi ſit anĩa
pro grege ponenda. Paſtor bonus imitãdus eſt dominus
noſter ieſus & optimi præceptoris ueſtigiis inherendum
qui uerbo quod docuit opere adimpleuit. Alios hactenus
exhortati ſumus defenſionẽ fidei ſuſcipere atq; in bellum
ire miſſuri legatos & alia facturi: quæ noſtræ falcultates
ſufferre poſſent: mãſuri pro neceſſitatibus eccleſiæ apud
ſepta ouiũ quæ reſtãt nõdum expugnata: Nunc maiora
promittemus: & quando aliter excitare chriſtianoꝝ torpẽ
tia corda non ualemus nos ipſos periculis obiectabimus
noſtrumq; caput aduerſus turcos offeremus ĩ bellum: &
quantum nobis eccleſia romana & patrimõium beati Pe
tri miniſtrare poterit: tantum pro fide catholica protegẽ
da exponemus: & profundemus in hoc itĩere. Nec ſoli ꝓ
ficiſcemur in hoſtes: clariſſimo genere natus & amabilis
deo princeps Philippus Burgundiæ Dux in hãc expediti
onem uenturum ſe offert: non ſine delecta militum mãu
& exercitu ualido: potẽtis & clari uenetoꝝ ducis ingens &
formidanda claſſis ſuperioribus mẽſibus in græciam naui
gauit: totamq; fere Peloponneſſum ui atq; armis eripuit
hoſti: Iſthmumq; peniuſulæ qui ſexmillibus paſſuũ inter
duo maria patet: undecĩ ut aiunt diebus excitatis muris
ac turribus clauſit: memorabile factum & inter præclara
ueterum opera numerandum. Hæc eadem claſſis ut pro
miſſum eſt nobis non deerit. Spondẽt quoq; & cæteri Ita
liæ potentatus pro ſua religione & in commune bonum
affectione præcipua: & tam ſancto digna opere auxilia: fa
uente nobis altiſſimo maritimum bellum fœliciter abſol
uemus: quoniam non ſunt turci pares in pelago uenetis
Exaltera parte ĩ terra pugnabunt hungari genus homiũ

in bello ferox:& qui iã turcos uincere didicerũt.Inclytus rex gentis Matthias iam coronam & pacem ĩ regno cõſe cutus ingentes poterit armare atq; in prælium ducere co pias.Hæc nobis certiſſima ſunt belli præſidia:cum his ibi mus:cum his dei prælium decertabimus.Erunt & albani nobiſcum & multi per Græciam ut ſperamus:& alias ho ſti ſubiectas puincias a turcis deficiẽtes caſtra noſtra ſe quentur:chriſtiani enim ſunt oderũtq; Mahumetem:ho ſti parent coacti metu:qui non eſt diuturnus magiſter of ficii:ut primũ ſpes libertatis affuerit aduerſus iſolentes dominos cornua erigẽt:nec deerũt in aſia motus ut ſunt in omni gente atq; in omni prouincia.male pacati homi nes & nouitatum cupidi qui tempus expectant.Non erit facile turcis tot locis occurrere:difficile defenditur quod undiq; oppugnatur.Quod ſi qs ĩnumerabiles hoſtiũ co pias eſſe dixerit:ne putauerit in caſtris fidelibus parẽ nu mer; cogi poſſe:reſpondemus multum inter ſeſe diſtare homines & alios natura imbelles eſſe alios feroces uirtus ſpectanda eſt magis quam nũerus.Non eſt ĩ multitudĩe uictoria belli:de cælo fortitudo conceditur.Tam facile deo eſt in paucis uincere q̃ in multis:Noſtra cauſa dei eſt:pro lege dei pugnabimus.Ipſe dominus conterret hoſtes ãte faciem noſtram.Audimus ſuſurrare aliquos non deſunt qui murmurantes aiunt.Quid ages in bello ſenex ægro tus:ſacerdos?non eſt bellare tuũ nec potes nec debes feri re gladio:qui loco eius ſuffectus es:qui præcepit domĩus ut gladium in uagĩam mitteret.Reges tuo iuſſu tenẽtur enſes exerere:tuum eſt iuſta bella gerentibus benedicere Fatemur non conuenit nobis effundere ſanguinem quã do p alios poſſumus iuſticiæ fideiq; neceſſitati ſubuẽire Quod ſi religio in periculo eſt:& abſque noſtro nõ poteſt ferro defendi:nõ eſt nobis uetitũ quod Samueli & Heliæ

inuenitur fuiſſe permiſſum. Sed non eſt hoc propoſitum noſtrum: ut gladio pugnẽus ĩ bello. Nam quo pacto ſtrĩ xerimus enſem qui uix manus ad benedicendũ populũ poſſumus eleuare? Oratione pugnabimus: nõ ferro præci bus adiuuabimus præliantes nõ barcchiis. Erimus ĩ alta puppi: aut in aliquo monte propinquo dum prælium ge retur præliabitur: & nr̃is benedicemus hoſtibus uero maledicemus: quemadmodum de Moyſe legitur in bello Amalechitarum: quo orante uĩcebat Iſrahel. Ceſſante ora re ſuccũbebat. Orabimus & nos ſine ĩtermiſſione ꝓ bella toribus noſtris: hoc præſtare poterimus: hoc ſædulo facie mus. Cor contrictum & humiliatum nõ deſpiciet dõinus Poſſemus & hoc ipſum domi manẽtes facere: nec minus ualerẽt præces. Sed non eſt ſola oratiõis cauſa quæ nos ꝓ priam ſedem relíquere cogit & in bellum trahit: ut alios excitemus ꝓgimus: exemplo noſtro inuitare quãplurĩos ſtudemus. Sequent̃ & nos uenerabiles fratres noſtri ſan ctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales: quemadmodum ad hoc ipſum qui ualidi ſunt ſponte ſe obtulerunt: Sequẽtur & Epiſcopi complures & alii minoris ordinis ſacerdotes ac clerici non oraturi tãtum uerũetiam pugnaturi: cũ res ipſa poſtulauerit. Expertas quoq; bellorꝫ & robuſtiſſimas militum cohortes & fortia pectora iuuenum ex agris ec cleſiæ ducemus ad prælium qui uobis oratione pugnãti bus ferro pugnẽt: Ibimus extenſo dominicæ crucis uexil lo ſacratissimum chriſti corpus præcedet: & ſanctarum reliquiarum arcula. Saluatorem in bella uadentem ſeque mur ipſi chœrebimus. Ipſi præces aſſiduas porrigemus: ab ipſo ſalutem implorabimus. Miſerebitur noſtri ut ar bitramur piiſſimus ieſus: nec populum ſuum inhoſtium manus uenire permittet: cuius præcioſiſſimus ſanguis ĩ ara crucis effuſus a maligno nos hoſte liberauit. Et quis

erit christianoꝝ tam feri tam lapidei tam ferrei pectoris qui audiens Romanum pontificem beati Petri succeſſo rem domini noſtri ieſu chriſti Vicarium æternæ uitæ cla uigerum:patrem ac magiſtrum uniuerſoꝝ fideliū:cum Sacro ſenatu Cardinalium cleriq; multitudine in bellum pro tuenda religione proficiſcẽtem libens domi remãeat Et q̃ poterit excuſatio quemquam iuuare? Senex debilis: ægrotus in expeditionem pergit:& tu iuuenis ſano ac ro buſto corpore domi deliteſces. Summus ſacerdos:Cardi nales:Epiſcopi:clerici prælium petũt:& tu miles tu baro tu comes tu marchio tu dux tu rex tu impator ĩ ædibus propriis ociaberis? Siccine peruerti hominum officia paci eris? ut quæ ſunt regum ſacerdotes agant:& quæ nobili tati conueniunt ſubire clerũ oporteat. Neceſſitas ire nos urget quia non poſſumus alio pacto pro diuinæ legis de fenſione chriſtianorum animos commouere. Vtinam & hoc modo commoueamus. Non pergimus in bellum tan quam noſtri ſit officii. Sed quoniam aliter conſulere fidei non ualemus. Neſcimus an hoc ſufficiens remedium erit Mandauit dominus beato Petro ut titubãtes fratres ſua conuerſione firmaret dicens. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua:& tu aliquando conuerſus confir ma fratres tuos. Quod petro dictum eſt & nobis dictum intelligimus. Confirmare fratres qui titubant debemus Confirmabimus uos fratres & filios ut ſperamus ac pro fectione noſtra & ita non præualebunt portæ ĩferi aduer ſus eccleſiam dei nobis cõmiſſam. An denegabitis nobis auxilia ueſtra:& caput ueſtrum patrem ac magſtrum in hoſtes proficiſcentem fideles chriſtiani deſeretis? En quã ta gloria uobis erit crucem domini:cum ſacratiſſimo cor pore ieſu:Ipſumq; romanum præſulem ſine ueſtris præ ſidiis in hoſtem pergere:Noſcite reges ac prĩcipes officiũ

ueſtrum idcirco gladium geritis:ut eccleſiam fidēq; tuea
mini atq; ut malos & impios hōines debita pœna cœrcea
tis.Et qui nam homines peiores:quam turci reperiūtur
Qui fidē ſanctæ trinitatis abiiciētes & ſaluatorē chriſtū
uerum deum eſſe negantes abhominabilem Mahumetis
complexi legem in ōnia ſcelera ,plabuntur:& iā maximā
orbis partem ſuis Nefandis ab uſibus fœdauerūt:& legē
conantur euangelicam diſſipare.Aduerſus hos gladium
dedit uobis diuina maieſtas:ī hos illum exercere debetis
ac diuinam ulciſci contumeliam:An non pudet tam diu:
tā fœdam gentem:tam turpiter in chriſtianos eſſe craſſa
tam:An bellum non ſatis iuſtum:non ſatis neceſſarium:
eſſe putatis aduerſus nationes quæ conuenerūt diſperde
re uos & ſancta ueſtra?Accīgimini iam tandē:& quōiam
ſine nobis ire non uoluiſtis :ite nobiſcum.Sumite arma
& ſcutum & uenite in auxilium noſtrum.Imo uero in au
xilium ueſtrū & uniuerſæ rei publicæ chriſtianæ.Exem
plū de Philippo recipite:quem nec domeſticæ deliciæ qui
bus prouinciæ ſuæ plurimū abūdant nec ſuorum preces
nec itineris longitudo aut difficultas:nec ſenectus ipſa &
propoſito ſuſcipiēdi cōtra turcos belli uſq; ī hāc diem dei
icere potuerunt.Neque fauente domino in futurum dei
icient.Imitamini hunc nobiliſſimum principem:memen
tote profeſſionis ueſtræ:quam in baptiſmate ſubiiſtis.Co
gitate quātum deo tenemini & quātum proximo reddite
uicem pro ſuſceptis beneficiis:eſtote grati altiſſimo qui
uos creauit ex nihilo:nec animalia bruta aut lapides ſed
homines rationales eſſe uoluit.Et cum primi parētis cul
pa damnati eſſetis ac mancipia facti demonum:miſit fili
um ſuum in ſimilitudinem carnis peccati qui morte ſua
mortem ueſtrā deleret.Stupēda & inæſtimabilis caritas:
ut ſeruum redimeret filio non pepcit.Dominus Ieſus in

cruce pro nobis inter latrones pependit: Innocens agnus cum ſceleratis deputatus eſt: Specioſus forma præfiliis hominum euerberatus laceratus ab impiis deformis apparuit. A planta pedis uſq; ad uerticem nō erat in eo ſanitas neq; ſpecies neq; decorum. Sic placitum patri qui ꝓpter peccata noſtra tradidit illum propitiatorem enim ꝓpoſuit eum perfidem in ſanguine ſuo: Iniquitates noſtras ipſe portauit: & liuore eius ſanati ſumus: qui cum inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per morte filii eius. O crudelis chriſtiāe: o īgrate o mētis īops: potes ne hæc audire & nō aīo cōmoueri? nō cupe ꝓ illo mori qui pro te mortuus eſt. De honore illius agitur qui te de diabolica ſeruitute præcioſiſſimo ſanguine ſuo redemit: de chriſti nōine diſcepatur: de fide catholica: de baptiſmo: de cæteris eccleſiæ ſacramentis: de Sacro ſancto eugeālio. Aduerſus hæc omnia turci militāt: hæc euertere ac prorſus delere conāt & tu nihil contra moliris? Quid agis inbers? redde te gratum deo: & cogita quōam pacto creatori redēptoriq; tuo aliqua ex parte ſatisfacias: quoniam peccator es redime tuas iniquitates hac tam ſancta & ſalutifera profectione. An diuitias bonitatis domini & patientie & longaminitatis eius contēnis? an ignoras quoniam bōitas dei ad pœnitentiam te adducit? Caue ne ſecundum duriciem tuam: & impœnitens cor iram tibi theſaurizes īduriciæ & reuelationis iuſti iudicii dei: qui reddet unicuiq; ſecundū opera eius. Conuertere & agito pœnitētiam ab omnibus iniquitatibus tuis & non erit tibi ruina: propterea expectat dominus ut miſereatur tui: proiice preuaricationes antiquas: & fac tibi cor nouum & ſpiritum nouum & ueni: milita pro domino ne morte moriaris æterna. Cogita de proximis tuis & fratribus chriſtiāis: qui uel ſunt ī captiuitate turcorum dura ſeruitute oppreſſi uel captiuari ī

dies atq; in ſeruitutem rapi uerẽtur. Si homo es humani
tas te trahere debet ut opem feras homini īdigna feren
ti. Si chriſtianus pietas euangelica qua iubẽur proximos
tanq̃ nos ipſos diligere. Conſidera proximorum tuorum
chriſti fidelium ærumnas in quos turci deſeuiunt. Filii e
complexu parentum & infantes ab uberibus matrum eri
piuntur uiolantur uxores in conſpectu uirorum. Senes
tanq̃ inutiles occiduntur: iuuenes tanq̃ boues aratro iun
guntur & terram uomere uertunt. Miſerere fratrum tu
orum: affer opem tam dura ferentibus. Quod ſi nihil ho
rum te trahit at ſaltem de tua ſalute cogita nec te tutum
idcirco exiſtimes quia manſionem fortaſſe procul a turcis
ſortitus es. Nemo tã rẽotus eſt: quin reperiri queat. Si ui
cinum dimiſeris in periculo qui ante te ꝓximus eſt igni:
dimitteris & ipſe ſimiliter a uicino qui retro te habitat.
Tales oportet nos eſſe in alios: quales erga nos illos cupi
mus inuenire. Nolite auxilia gallorum ſperare: Theutões
niſi & nos hungaris: nec nos galli hiſpanorum: niſi theu
tonibus opem fertis. Qua mẽſura metieritis eadẽ remeti
etur & uobis. Nec propterea ſibi quiſpiam blãdiatur quo
niam principatu polleat aut regno: Conſtantinopolitãus
imperator & Trapezuntius: & Rex boſnæ: & Raſciæ domi
ni & alii quamplures principes capti & crudeliter occiſi:
quid ſit expectandum edocent. Nihil tam contrariũ Ma
humeti quã nomen regium. Orientis adeptus Imperi
um ad occidentale feſtinat: nouam erigere Monarchiam
conatur. Vni turcorum imperio: & uni Mahumetee legi
cuncta ſubmittere ſtudet. Si poteſtis talia ferre principes
ac populi chriſtiani manete domi: nec iam de ſubuertẽda
formidabili turcorum potẽtia cogitate. At ſi ſerule iugũ
orretis: ſi contumeliam dei & proximi tolerare nequitis
ſi pudet ſemiuiros Aſiaticos Græcorum gentẽ: quod nũq̃

antea fecerunt ſubegiſſe:eoq; ſuperbiæ prorupiſſe ut Eu
ropam ſibi totam breui tempore parituram ſperent.Si
cor uirile uobis eſt:cor nobile:cor altum:cor chriſtiānum
ſequimini ueſtigia patris ueſtri:ſequimini caſtra noſtra:
uēite ī auxilium fidei:uēite ī auxilium fratrum ueſtrorꝫ
opponite uos murum pro domo dei:cogitate de ueſtra ſa
lute:de ueſtra gloria:nolite permittere ut ſine ueſtris au
xiliis proficiſcamur in turcos:Mittite ſubſidiarias acies:
iuuate chriſtianum exercitum.Quanto fortiores ibimus
tanto citius auxiliante domino cum victoria reuertemur
Nec putetis inſuperabiles turcos eſſe:Vinci poſſunt & ſæ
pe victi fuerunt.Quantum ualerēt arma turcorꝫ Belgra
dus oſtendit.Minor eſt turcorum potentia quam fama
feratur.Imbellem atq; inermem multitudīem ad prælīū
ducūt quam tanq̄ pecudem gregem diſſipare licebit:nec
ipſa turcorum agmina grauioris armaturæ uſum didice
re:raras loricas rariores thoraces induūt:nec galeas mo
re noſtro lucentes oſtendunt:rara teguntur corpora fer
ro acinace utuntur & arcu:parma ſe protegūt:& galeris
piloſa quadam materia duraq; contextis.Quod ſi latīas
incīderīt acies rigentes calibe ferratasq; haſtas & catafra
ctos equos & manu baliſtarum ſagittas ītelligent cū mu
lieribus ſe hactenus pugnaſſe:nunc cum uiris eſſe certan
dū.Diximns quæ nobis certa prōiſſa ſunt auxilia:& quā
ta ſpe victoriæ procedamus.Quod ſi uos quoq; coniunxe
ritis arma & auxiliares addideritis turmas multo alacri
ores ibimus:nec dubium quin orientales ingreſſi prouī
cias tanto maiorem ad nos concurſum inueniamus dedē
tium ſe populorꝫ quanto ualidior fuerit noſter exercitus
Si mouebimini uos chriſtiani occidentales & animarum
ueſtrarum paſtorem ſecuti fueritis:mouebuntur & mul
ti ex Græcia atq; Aſia chriſtiani:qui uerum eſſe chriſti ui

carium Romanum pontificem non dubitant. Iam dudū nō fuit in oriente Romanus præſul: Vt primum intonuerit aduentaſſe latinam claſſem Romanum uehentem præſulem innumerabiles turmæ non dubitamus ad uiſendū beati Petri ſucceſſorem cum flætu & lachrimis ſacros oſculaturi pedes accurrerent: ſeq; & ſua permittēt ei. Hac ſpe freti Venerabiles fratres ac filii dilectiſſimi: his ratiōnibus perſuaſi: his conſiliis moti. Venerabilibus fratribus noſtris Cardinalibus hoc ipſum ſuadentibus corpus noſtrum cāiciemque noſtram & ſeniles ac debiles arctus huic ſanctæ expeditioni conſecramus: dominoq; commendamus. Satuētes circa nonas Iunias quæ proxime inſtāt Anchonam petere atq; in eius portu nauem conſcendere & cum ea claſſe quā iterim noſtro & aliorū ſumptu poterimus inſtruere Adriaticum ingredi pelagus: & ulterius recto itinere aduerſus hoſtes fidei proficiſci: non dubitantes quin Philippus Burgundiæ Dux maritimis armatus copiis ad idem tempus præſto aſſit: Venetiq; ualidam claſſem de qua dictum eſt expeditam in mari habeāt: & tam ille quā iſti ſeſe nobis cōiungāt: ſub uexillis eccleſiæ ac uitæ crucis ſigno aduerſus impios turcos auctore domīo fæliciter pugnaturi. Cruce ſignati autē qui ſuis aut mittēdum ſumptibus in hac pia expeditiōe militaturi ſunt & nauigia æquo præcio ad traiiciendum Venetiis habeant curabimus: Eapropter uos omnes & ſingulos Cardīales Patriarchas: Archiepiſcopos: Epiſcopos: Abbates & cuius cūque conditionis uiros eccleſiaſticos: religioſos & ſæculares: qui de ſorte domini effecti eſtis. Vos quoq; Imperatorem: Reges: Duces Marchiones: Comites: Commūitates: Barones: Nobiles: Milites Ciues: & alios quoſcunq; fideles: ſiue in urbibus commoremini: ſiue in agris per uiſcera miſericordiæ dōini noſtri ieſu chriſti: per paſſionē

eius qua uos redemit:per iudicium extremum īquo ſta
bitis ante tribūal eius:accepturi unuſquiſque ſecundum
opera ſua:per ſpē uitæ æternæ quā repromiſit dōinus di
ligentibus ſe:obnixe monemus requirimus & obſecrāus
ut quæ commode poteſtis in hanc ſanctam expeditionem
nobis auxilia præbere non differatis.Sed in tempore præ
dicto ad nos mittatis.Vēiat per ſeipſum qui ualidus eſt
& commode poteſt Qui uenire non poteſt mittat alium
aut alios iuxta uires ſuarum facultatum:ſi neque alium
poteſt mittere de bonis ſibi a deo collatis:quantum ſecū
dum conſciētiam ſuam poteſt per fideles manus in hanc
expeditionem contribuat.Aut īcuſtis repōat :quæ ad hoc
opus in ſingulis dioceſibus conſtituētur.Nec dubitet qs
piam magna præmia conſecuturos a domīo:eos qui hoc
tam ſanctum opus ac tam neceſſarium pro ſuis uiribus
adiuuerīt.Manifeſtum enim exploratumq; eſt omnibus
qui ſacroſanctam religiōem fidemq; orthodoxam adiuue
rint auxerint defenderint certum eſſe in cælo diffinitum
locum in quo beati æuo ſempiterno fruantur.Credendū
eſt ſemper ſacris ueteribuſq; ſermonibus:poſt hanc uitā
migrandum eſſe in alteram aſſerentibus:& qui pie ī hoc
ſæculo uixerunt:legemq; domini ſeruauerunt:in altero
uitam beatam ſine fine cōſecuturos:alios uero miſeram
Infallibile propheticū illud eſt quod nec oculus uidit nec
auris audiuit:nec in cor hominis aſcendit:quæ promiſit
dominus diligentibus ſe:& quod Paulo teſte:non ſunt cō
digne paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ re
uelabitur in nobis.Iuſtiſſimus eſt retributor dominus:
qui nec bona ſine præmio:nec mala ſine pœna præterit.
Confidite in deo & non cōfundemini:date de bōis ueſtris
ei qui dedit uobis & centum accipietis pro uno:& uitam
æternam poſſidebitis:Quam ut certius conſequi ualeant

qui noſtris exhortationibus obedientes hoc ſanctū opus & neceſſarium iuxta poſſibilitatem ſuam adiuuerīt ·Nos de omnipotentis dei miſericordia:ac beatorū Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritae cōfixi:de plenitudine poteſtatis eælitus nobis cōceſſe omnibus uere pœnitētibus & confeſſis qui in hanc expeditionem nobiſcum uenerint aut p hungariā uel aliam uiam cōtra turcos arma protiſlerint:& per annum aut ad minus per ſex menſes:ſi amplius non potuerint in bello perſeuerauerint: plēiſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & ueniā elargimur:ita ut pro ſatisfactione delictorum:& pœnæ quæ fuerat imponēda:ſuccedat labor itineris ac militiæ nec ſacerdos aliam pœnitētiam confitentibus iniungat:qui uenturi ſunt. Volentes eos qui ut præmiſſū eſt ad hoc ſanctū opus proficiſcentur:omnem gratiam & indulgentiam cō ſequi quā noſtri prædeceſſores ꝓficiſcētibus in ſubſidiū terræ ſanctæ & in anno Iobeleo Romam petentibus dare conſueuerunt. Non dubitantes quin āimæ illorum quos ad bellum hoc proficiſci bona mente contigerit cum beatiſſimis ſanctorum patrū & angelorū dei ſpiritibus:poſt hanc uitam in cæleſtibus ſedibus collocentur:& cōſortes inperpetuū chriſti factæ æterna fælicitate fruant̄. Quod ſi forſitan anno non exacto ipſorum aliquos poſt iter arreptum in proſecutiōe tā pii & tam ſancti operis ex hac luce migrare contigerit. Volumus & concedīus ut tales nihilominus præfatam indulgentiam integraliter conſeq̄tur. Similiter & eos qui commode uenire non ualētes:alium uel alios ſuis expenſis ſecundum ſuarum iurium facultatem tranſmiſerint:uice ſua ad annum uel ad minus ad ſex menſes in hoc bello militaturos ita ut non ſolū mittentes indulgentiam & gratiam huiuſmodi conſequant̄ ſed etiam miſſi:& ut omnis ætas & ſexus & cuiuſcunque

professiõis homines huius sanctæ indulgentiæ participes esse possit. Volumus ut personæ quorumcũq; mõasteri orum seu locorum religiosorum marium uel mulierum cuiuscunq; ordinis uel professionis existant: quæ pro sin gulis decem suppositis claustri sui unum bellatorẽ destĩa uerint hac eadem indulgentia & gratia plenarie gaudeãt & missus ipse gaudeat. Idem concedimus et indulgemus uniuersis christi fidelibus qui non ualẽtes per se singuli alium mittere duo simul tres ue aut quatuor aut plures usque ad decem unum miserint qui uice eorum in bello pugnaturus aut aliud opus utile facturus ĩterfuerit. Vo lentes ut ipse pariter gratiæ particeps fiat: si per annum aut ad minus per sex menses continuauerit aut post iter arreptum in uia decesserit. Insuper qui commode ueuire aut alium per se uel cum alio aut aliis mittere nõ ualens quantum per ebdomodam cum familia sua exponere cõ sueuit in arca ĩ sua ciuitate uel dioceſi ob hanc causam cõ stituenda imposuerit indulgentias huiusmodi pariter as sequatur. Volumus autem & apostolica auctoritate man damus ut quicunq; huic operi tam sancto se obligauerĩt salutare signum uiuificæ crucis uestibus imprimant: & ĩ humeris suis illius memoriam portent cuius passione ab æterna damnatione redempti sunt. Ipsum imitantes cui ad nostram redemptionem eunti: factus est pricipatus su per humerum eius: & qui nos admonens ad sectanda ue stigia sua. Qui uult inquit uenire post me abneget semet ipsum: & tollat crucẽ suam & sequatur me. Ne uero hæc nostra profectio & ipsum profectionis tempus fideles po pulos lateat mandamus omnibus & singulis per totum orbem metropolitanis ĩ uim eius quã nobis debẽt obediẽ tiæ ut ipsi primum in ecclesiis eorum cautata missa solẽ ni spiritus sancti & cõuocato populo has nostras litteras

publicent:& in circuitu eccleſiarum proceſſiones faciant: deinde copias earum auctenticas ſuffraganeis ſuis quan tocius mittant:illos monentes:ut & hoc ipſum ī ſuis eccle ſiis cum deuotione & diligentia faciant cæterum in tanto chriſtianæ religionis diſcrimine quantum a turcis in præ ſentiarum cernitur imminere:nulli dubiū eſſe debet quī chriſtiani omnes tam reges & principes q̄ alii potentatus & priuati homines ad defenſiōem catolicæ fidei & ſanctæ legis cuangelicæ:Iuxta poſſibilitatem ſuam:cum bonis & corporibus ſuis de neceſſitate ſalutis uiriliter aſſurgere: & indeſinēter aſſiſtere teneantur.Eapropter fideles ipſos ieſu chriſti cultores.Vniuerſos & ſingulos cuiuſcunque ſtatus & conditionis fuerint:ſiue pontificali ſiue impera toria uel regali præfulgeant dignitate:harum ſerie mone mus ac requirimus:& ī uim promiſſionis factæ in ſacri ſuſceptiōe baptiſmi:& uim iuramenti præſtiti cum digni tatum ſuarum inſulas ſuſceperūt:& per obediētiā nobis debitam eis & eorum ſingulis mandamus ut hāc ſanctā expeditionem:ad quam profecturi ſumus non ſine maxi mo corporis noſtri diſpēdio modis quibus poſſint quam cellerrime adiuuare & promouere feſtinent:ab illo cuius cauſa agitur exuberantia ſuſcepturi præmia:& in præſen ti uita & in futura.Negligentes autem negligentur & in extrēo iudicii die minime inter illos inuēient:quibus dic turus eſt dominus.Vēite benedicti patris mei percipite regnum.Nam quo pacto cū chriſto regnaturus eſt:qui temporale regnū:aut delicias aut uoluptates pro chriſto non uult relīquere?cum dicat ipſe chriſtus in euangelio. Qui diligit patrē ſuū & matrē ſuam aut uxorem aut fi lios pluſquam me:non eſt me dignus:Conſiderate iſta fi deles chriſtiani & mente reuoluite dilgēter:ne ignorātes ignoremini:& tandem pœniteat:nō adiuuiſſe in periculo

conſtitutam ieſu chriſti religionem & fidem. Caueāt ſibi qui tales fuerint. Tu uero quicunq; fueris chriſtianæ fidelis: qui pro tuis facultatibus expeditionem contra turcos obeundam adiuueris· Benedictus eſto in ciuitate & benedictus in agro: benedictus fructus uētris tui & fructus terræ tuæ: fructusq; iumētorum tuorum & armētorū & gregum: benedicta horrea tua: & benedictæ reliquiæ tuae. Benedictus eſto ingrediens & egrediens: Det dominus inimicos tuos qui conſurgunt aduerſum te corruentes in conſpectu tuo: & mittat dominus benedictiōem ſuper cellaria tua: & ſuper omnia opera manuū tuarum: & abū dare te faciat omnibus bonis: & conſtituat te in caput & non in caudam. Tibi autem qui uolēs audire uerba noſtra non ſolū adiuuare opus ſanctiſſimū ad quod anhelamus negligis: uerumetiam uolentes impedis aut deterres nō ſolum nouiſſima illa tremēda examinis die coram redemptore tuo cui omnia dedit pater in manus ad ſempiternū ſupplicium eſt expectanda: ſed miſera interim per omnē uitam timenda calamitas: Iuſtum eſt enim ueri dei iudicium. Iuſte ultiones ſuæ. Conſiderat ſemitas pedum tuorum: nec falli ī faciem poteſt: paratam uero bonorum & malorum operum gerens mercedem: nec iu remunerātum quod bene nec impunitum quod male geſſeris eſſe permittet. Fidelis autem populi ſui & ſanctæ eccleſiæ ſuæ & legis ſuæ catholicam cauſam perturbās: ubicunq; eris inuenieris ab eo & quæ diuinæ uoces iniquis denunciat erunt tuo capiti horis omnibus trepidanda: ne uidelicet maledictus ſis in ciuitate: maledictus in agro: ne mittat dominus ſuper te eruſiem & ſitim & increpationem ī omnia opera tua: ne egeſtate febri & frigore te percutiat: ne ſis ſemper calumniam ſuſtinens & oppreſſus cunctis diebus: & ſtupens ad terrorem eorum quæ uidebunt oculi

tui:ne det tibi dominus cor pauidum & deficiẽtes oculos & animam mærore conſumptam:& ne ſit uita tua quaſi pendẽs ante te:& ne timeas nocte ac die:& non credis uitæ tuæ.Aduerſus uero hãc iram domini dei tui:poteſtas nulla tua:nomen nullum tuum:nec terrẽum priuilegiũ poterit præualere.Sagittæ eius acutæ penetrant ad ĩtima cordis:& carbones deſolatorii animam nocentem exurũt Vos uero infelices piratæ & infelices latrões:qui uel terra uel mari diabolo militantes in chriſtianos latrocinia exercetis:ſi euntes ad hanc ſanctam expeditionem:ſi redeuntes ab ea impedire capere uel ſpoliare quocũq; prætextu eritis auſi:uos inquam cum adiutoribus ueſtris:cum fautoribus ac receptoribus:anathema eſtote & ab eccleſia chriſti penitus alieni. Voſquoq; qui ſciẽter his uænditis aliquid emitis ab his aliquid portum aut loca eis concedituis cum eis publice uel occulte communicatis pariter anathema eſtote.In uos autẽ uniuerſitates locorum & ciuitatum:mandamus per eccleſiarum prælatos interdicti ſententiam ferri. Nolentes ullum priuilegium ſedis conciliorum ue quẽcunq; uerborum uim habeat:uos ab hac pœna defendat etiam ſi de uerbo ad uerbũ inſeri uel particulatim illud exprimi & reccnſeri oporteret.At tu domine deus qui noſti corda hominum & renes eorum ſcrutaris:& nihil ignoras eorum quæ fiunt.Si bene agunt chriſtiani principes priuatiq; homĩes ſi de tuo honore ſolliciti ſunt:ſi defenſioni fidei non deſunt:ſi expeditiõi quam pro tuendo euangelio præparamus quæ præſtare poſſunt auxilia non denegant:adiuua eos dirige greſſus eorum: dieſque multiplica:retribue mercedem pro benefactis:cõſerua eis regna & principatus patrimonia & poſſeſſiones auge: & tandem ad pinguia paſcua tua & diuitas mẽſes accerſito.Quod ſi corde ĩdurato ſua potius quã tua quæ

rentes priuatas cauſas magis quam publicas curant:aua
riciæ ſtudent:uoluptatibus ac deliciis indulgent & nos ad
tua bella uadentes nolũt aſſociare:aut auxilio iuuare cũ
poſſint quin potius opem ferre uolentes impediunt:aut
conuertere illos dõne & ſana quod infirmũ eſt:aut quod
noxium eſt ne noceat cohibeto.Anguſtias noſtras aſpicis
pie deus de excelſo ſancto tuo:& noſti quia præter gloriã
nominis tui:& præter ſalutem gregis dominici nihil ali
ud quærit uox noſtra.Memento domine ieſu chriſte quo
naim beato petro & ſucceſſoribus eius claues regni cælo
rũ tradidiſti:uolens quæcunque ligarentur ab eis in ter
ra ligata eſſe in cælis & quæ ſoluerentur ſoluta.Ecce aſſũ
beati Petri ſucceſſor impar meritis auctoritate non mĩor
indignus Vicarius tuus reſpice ad præces noſtras:& exa
udi nos de alto ſolio tuo:benedicto qbus ipſi benedicĩus
& quibus maledicimus maledicito.Ne memineris iniqui
tatum noſtrarum antiquarum:cito anticipent nos miſe
ricordiæ tuæ:adiuua nos deus ſalutaris noſter:& propter
gloriam nominis tui domine libera nos:& propitius eſto
peccatis noſtris propter nomen tuum:Da felicem curſũ
ceptis noſtris: Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui
effuſus eſt a turcis introeat in conſpectu tuo:audi gemi
tus compeditorũ:& redde inimicis noſtris ſeptuplum in
ſinu eorum:Improperium ipſorũ quod exprobauerũt ti
bi:Reſpice ſuper populum tuum benignis oculis:fac nos
ire cum proſperitate ad bellum tuum:ac reuerti fœlices
Da nobis uictoriam de tuis hoſtibus ut tãdem recupata
Græcia per totam Europam dignas tibi cantemus laudes
tibique perpetuo ſeruiamus:& omnis terra te adoret &
nomini tuo pſallat in ſæcula ſæculorum:Datum Romæ a
pud Sanctũ Petrũ anno ĩcarnationis dõinicæ:Mccccl xiii
xi.kalendas Nouembris:Pontificatus noſtri anno ſexto.

Epiſtola Pii Papæ ſecundi ad Ducem Burgũdiæ ut nõ interponat tempus ad eundum contra tnrcos

IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei: Dilecto filio nobili Viro Philippo Burgundiæ Duci a deo dato: Salutẽ & apoſtolicã benedictionem: Epiſtolæ tuæ de clade Venetoꝝ ac de dieta regum: de que dilatione tuæ profectionis ad nos miſſe: quanuis heri & nudius tertius habunde reſpondimus: libet tamen hodie iterum reſpondere: ut in rebus agendis quæ celeritatem exigunt. ſcias nullam interponendam eſſe moram. Audi ergo hæc pauca. & illo tuo iudicio diuiniſſimo diligenter expende: ac percipito ueritatem: quæ ut ex tuis litteris accepimus haud quaquã ſincere ad te delata eſt. Neque enim qui de Venetis in Peloponeſo profligatis rumor ad mercatores ĩ tuis regionibus agentes peruẽit: uerus extitit. Iacturã fatemur aliquam obſidentes Corinthum Venetorum copiæ acceperunt: ubi uulneratus Dux exercitus paulopoſt obiit. Præfectus claſſis timore quodam inani perculſus tãquã infinitæ hoſtium turmæ ad ſe debellãdũ uenirent: ſimulque imbribus & frigore uexatus: murum quem ſumptu maximo & ingẽti celeritate ad Iſthmum erexerat: contradicentibus ſociis: & amicis relinquere ſtatuit: collectiſque machinis & omnibus armamentis in claſſem ſeſe recepit: & aput neapolim in portu nauales copias cõtinuit. Equitatum pedeſtreſq; ſocios intra Peloponeſum per hyberna diſtribuit. Quod poſtq̃ Venetiis in ſenatu recitatum eſt quanuis ignauia præfecti multifariam damnata ſit: non tamen depoſuere patres belli gerendi curã. Sed tanto acrius atq; maioribus ſpiritibus nauãdas bello operas decreuerũt quãto cũ maiori dedecore res pulcebrrimæ cæptas

præfectus p ſocordiam & ignauiam deſeruiſſet. Miſſa ſũt illico equeſtrium ac pedeſtrium copiarum ſupplemẽta: & defuncto duci ſuffectus alter. Præfecti quoque claſſis qui per ignorantiam & puſillaminitatem abſque hoſte fugiſſet hoſtem Antiquata poteſtas: & in eius locum ſubrogatus alius auctoritate animo & rerum experientia maior Vrſatius Iuſtinianus Senatoria gente natus: & inter primores apud Venetos honoribus & opibus excellens: quẽ profectum recens armatis triremibus iam in prouinciã peruenisſe: & claſſis imperium ſuſcepiſſe putamus quam ſupra quadraginta triremium eſſe tradunt. Non eſt igit cur uereare in tempore præſcripto uenetos paratos eſſe non poſſe: qui iam parati ſunt: & mãus per ſingulos dies cum hoſte conſerunt: Illudq; ſummis deſyderiis flagitãt ut tua & noſtra claſſis quamprimum eis adiũgatur ne ſoli tantam belli molem diutius ſuſtinere cogantur quod eſſet eorum rei publicæ grauiſimum atque intolerabile. Poſt deſertum Iſthmum intelligẽtes turci qui per Bœtiã & Atticam propinquasq; regiones morabantur murum a Venetis errectum ſine cuſtode rẽanſiſſe Coactis ut aiũt Quindecim millibus militum Pelopõeſum ingreſſi Argis petiere: arbitrãtes prima in curſione mũitione potiri. Sed a præſidio Veneto & hyemantibus ibi militibus præter opiniõem turpiter & cum damno repulſi ſunt. Quidam captos a turcis agros: & deinde a Venetis qui arcem reti nuiſſent recuperatos aiũt: famæ nondum ueritas equata eſt. Turci ab argis Neapolim petiere ubi colocatam in ſtatione claſſem diximus: concurſum eſt hic ſemel & iterum tertioq; õn detractãte Veneto cũ turcis prælium: Ter cõ miſſa pugna: ter turci ab oppido reiecti ſunt iacturamq; non paruam tulerunt. Octingentis ſuarum deſyderatis ex Venetis quãpauciſſmi ceciderũt his actis nõ placuit

turcis plura temptare circa munitiões: ſed agros populati pecora & homines quotquot īuenerunt abegere: Peuī ſulamq; reliquerūt: hæc ex litteris admirati ſui: qui ſecundum locum in claſſe tenet Senatus uenetus accepit: Non eſt igitur tam turpis belli facies in græciam chriſtianam: partium quam tuis mercatoribus depicta eſt. In pannõia uero atq; in illirico res noſtræ multo ſuperiores ſunt. Cariſſimus enim filius noſter Mathias hungariæ rex cum exercitu profectus ī Boſnam profligatis hoſtibus quicūque obuiam dati ſunt omnia recuperauit: quæ āno ſupiori magnus ipſe Turcus īuaſerat: Proſpera ſunt apud būgaros omnia: nullis inter ſe diſcordiis: agitātur cum Imperatore reconciliati ſanctam ut appellant coronam ab eo uendicauerunt: ſolemnia corōationis propediem cælebrāda feruntur: Nulla per circuitum bella timētur niſi turcorum: Aduerſus hos nihil obſtat: quī proxima æſtate ualidiſſimum cogant exercitum: & in campum ſpleni ac florentes exeant: Non parua eſt būgarici regni potētia quādo unitum eſt & cōcors ut in præſentiarum: Quod ſi audiant hungari te nosque ac Venetos in bello eſſe contra turcos Græcaſque oras: uexare nacti quod ſemp optauerunt arripient cupide occaſionem & animis ingentibus ex altera parte turcos ferient: nec ſinent habere quietem Eritq; dura res Mahumeti inde terreſtes copias: hinc maritimas propulſare. Nec deerunt hungaris auxilia ex uicinis regionibus. Teutones ut arbitramur exortatiōibus legatorum noſtrorum quos ad eos miſſimus: & Poloni ſocias manus iungent & in tanta chriſtianæ fidei neceſſitate ſubſidia non denegabunt. Ipſi uero hungari ut cōmunis fert opinio poſtq̄ acceperint Romāum præſulem ieſu chriſti uicarium erecta cruce cum ſacro ſenatu ī turcos profectum eſſe nullis poterunt edictis miniſque domi

retineri.Cuncti ſignum crucis accipiēt & armati utrūq; poterunt hoſtilem terram inuadent difficilius prohibebi tur miles quā cogetur.Nec italia noſtra nobis crede fili ī tanto negotio deſes erit.Plura aderunt nobis auxilia quā forſitan exiſtimes.Nō deerit ī cauſa ſua ſibi dōinus :Ali os zelus fidei trabet:Alii ne fiāt in fames:uel īuiti ſequē tur:Non ſcribimus iſta ſine cauſa:Cum te uiderint Rōa num applicuiſſe portū mirabilis fiet acceſio populorum & iamiam ſeſe multi præparant qui erunt nobiſcum in tempore accinti:ut claſſem ingrediantur.Nec claſſis ipſa noſtra ut in domino confidimus contemnenda erit :neq; ultra tempus præfixum differetur.Non eſt igitur fili cur moras profectioni tuæ adducias:tanquā res in Italia mi nus prouiſas arbitrere.Aut uenetos parum inſtructos ī termino putes:Omnia præſto erunt & gaudebit cor tuū poſtq̄ nobiſcum fueris:& antiquum illum ueneratuque dignum Venetiarum Ducem cum ſuo Sēatu nobiſcum uideris nauigare:& ordinem rerum atq; animorum prō ptitudīem cognoueris.Quibus admodum aduerſa eſſet dilatio quam poſtulas:nocuit enī ſemper differre paratis Quod uero de conuentione regum ſcribis deque pace p petua aut temporanea:& auxiliis quæ ineuntum concor diæ promittuntur quanuis magnifacimus:& pacem illā totis deſyderamus præcordiis.Non eſt tamē eius momē ti ut profectionem tuam aut impedire aut retardare de beat:ſi quidem te remanente ad conuentionem ſtatutam & pacem tractante:īcertum eſt an uoti compos fias.Nā & in conuentu præterito & ſæpe alias fruſtra de pace tra ctatum eſt.Illud certum & exploratiſſimum eſt.quod te ad præſtitutam diem non ueniente murmurabunt natio nes fidemq; tibi & nobis abrogabunt:Hungari ſpem po nēt & fortaſſe turcis qui multa prōittunt auſcultabunt

Veneti quoque rebus ſuis conſulent: quos turci magnis & aſſiduis pollicitationibus ſolicitare non deſinunt: Nol lent in bello remanere ſoli dicent duo menſes petuntur : forſitan uiginti fient ſi non ſeruatur primus terminus nec ſecundo locus erit: Quid præterea menſe auguſto ꝑ derit aduentus? prius fugiet æſtas quam ueniatur ad ho ſtes: Quid agat in hyeme claſſis? totus nobis peribit ānus Hæc ſecum peſitantes: Veneti nec tibi nec nobis credent & quod in rem ſuam fuerit cogitabunt non ſine periculo chriſtianæ religionis: paucos inuenias qui fidem impe rio præferant. Non ſunt tibi omnes ſimiles: qui propter religionem tuendā nulla coactus neceſſitate ſolo dei amo re florentiſſimas opes & ampliſſimum regnum dimitte re decreuiſti: populi & mortaliū turba maior facilius fidē quam principatum relinquunt: Ideo ſi acceperit multitu do populorum ſtatutam diem neglectam eſſe facile cōtur babitur: nec de ulteriori profectione ſpem ſuſcipiet: Depo net feruorem qua erat accenſa ad obeundam in turcos ex peditionem. Deponet arma apparatusq; omnes abiicient & in te noſque culpam referens damnabit nomīa noſtra neque deinceps nobis etiam iuratis fidem præbebit. Inte rea turci cornua erigent: pedeſtres equeſtreſq; copias ap parabunt . Naues inſtruent: & omnia ꝑ circuitum occu pabunt: cūcta eis obedient ſine labore: ſine negotio ſubiici ent: non reſiſtentes. Infame erit in græcia & in Aſia nomē noſtrum: nec remāebit Angulus nō hoſti parens: hæc cer tiſſima ſunt detrimenta. necnon euitabimus ſi manſeris domi ad pacem tractandam ut incerta conſequaris bona certiſſima patieris emergere mala. Quod non credimus tuæ mentis eſſe qui bonus es & ſapiens: Si poſſes ad trac tādam concordiam intereſſe conuentui: & ad nos in tem pore proficiſci ſuaderemus ut maneres; quod cum fieri

nequeat profectionem tuam remanſioni præponius:hor
tamurque ut uenias neque moreris.Cum deo res agi
tur deo uouiſti:deo tu noſque ac Veneti expeditionem in
turcos promiſimus tempusque præfixius quando eſſet
exeūdum nō eſt deo negāda fides:nec nos eius opinionis
ſumus ut te deo nolle ſeruare promiſſa exiſtimemus:qui
conuenta hominum nunquā fregiſſe diceris.Rogant te
inde franciæ & Angliæ Reges:ut ad conuentionem rema
neas:de pace acturus hinc Veneti:hinc Romanus ponti
fex:hinc Ieſus cuius in periculo lex poſita eſt:ut uenias
& promiſſa adimpleas hortantur.Elige quibus magis pa
rere uelis.Nos te deum hominibus prælatum non dubita
mus:bellum cum turcis ſi non ueneris non fiet & ordīa
ta peribunt.Si non manſeris poterit & ſine te tua tamen
ordinatione tuis conſiliis:tua prouidentia pax Regū trac
tari atq; concludi.Nec inutilia erunt eorum auxilia quan
docunq; uenerīt nobis.Turcorum bello implicitis:times
niſi remanſeris concordiam tractaturus deficiētibus me
diatoribus inter Reges pacem non habituram locū: neq;
auxilia inde contrahi poſſe.Nos ſi domi deſtīearis neque
ueniąs ad præſtitutam diem:cuncta quæ in Italia & ī bū
garia cæteriſque in locis contra turcos parātur peritura
timemus māifeſtamque cernimus chriſtianæ fidei iactu
ram.Vtrunque malum:utrunque fugiendum.At cum
duo ſimul incumbunt mala ita ut alterū incurrere opor
teat:prudentis hōinis eſt eligere quod mīus noceat mīus
que certum ſit:Nemo qui ſapiat ex duobus periculis ſua
ſponte maius certiuſque ingrediī:In francia & Anglia di
ſcordes reges de dominio & fortaſſe de gloria contendunt
In Græcia & Hungaria inter Chriſtianos & turcos :non
ſolum de Imperio:uerumetiam de libertate:de uita:de fi
de ac religione certatur:In altera contentione quicunque

uicerit christo seruiet: in altera supantibus Turcis Christo renuntiare & Mahumeti parere fideles populos oportebit: peribit euangelium & omnis nostra religio cõculcabitur. Quod mente uoluens tua nobilitas amissa pridem Constantinopoli expeditionẽ in turcos uouit: quæ in hãc usque diem per annos decem & amplius dilata est: fatemur sine tua culpa. Verum non sine damno christianæ rei publice plures enim interea prouinciæ: regnaque non parua in turcorum potestatem peruenere: & ĩfinita christianorum multitudo bello capta in seruitutem Mahumetis redacta est. Nunc si differas ulterius & promissa in tẽpore negligas adimplere: nec tu culpa carebis: qui minori & incerto malo prætuleris maius & certius: nec nos infamiam euitabimus: qui uulgatam & omnibus populis nationibus gentibusque promissam profectionem nostram sine te perficere non poterimus. Circõspecta est & prouida tua nobilitas: nihil horum ignoras: per te ipsum õnia nosti: nec eges monitorie. Hinc honor urget: & christianæ religionis utilitas atque necessitas: ut quamprimum uenias. Inde regum præces te retrahũt Verum non sine periculo tui decoris & communi damno: Cum nequeas illis morem gerere: & quæ deo ꝓmisisti seruare: Generositas ut arbitramur: & animi tui fortitudo ad honestiora propensior erit: Hæc habuimus quæ ad scripta tua respondemus: Nunc curare tuum est ut opinioni quam de tua probitate atq; constantia fideles populi sibi persuaserunt sponsionique nobis & deo factæ non desis. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ. x. Kalendas Februarii. Mccccl xiiii Pontificatus nostri Anno Sexto.

OPVS ĩpressum Mediolani Per Magistrum Antonium De Zarotis Parmensem. Mccccl xxiii. Maii. xxv.

Ego Fr. Andreas